nis de tribus ꝓpaginib⁹ in vite dicẽs. Tres
ꝓpagines tres adhuc dies sũt:post quos re-
cordabitur pharao misterij tui. tũc restituet
te in gradũ pristinuz. Geñ.xl. Tres dies sũt
tria tempora.s.tempus legis naturalis.tem-
pus legis scripture.tẽpus legis gr̃e.q̃ signã-
tur in tribus missis solennibus quas hodie
celebrat ecclesia. ¶ Jn tertio tẽpore deus pa-
ter misertus est generi humano:cũ ip̃m resti
tuit ad participandã gloriam diuinitatis in
christo.

¶ Tertio nos prophete spi-
ritusancto reuelante vidimus gl̃iaz dñice in
carnationis.vt patet. ¶ Moyses hanc vidit
in Rubo ardente ⁊ non cõbusto.vt habetur
Exo.iij. Per ignẽ figurat̃ diuinitas. Juxta il
lud Deus noster ignis consumens est. Per
rubum figuratur virtus virginalis. Juxta il-
lud. Rubum quẽ viderat moyses incombu.
conser.agno.t.l.x.d.ge. ¶ Aaron hanc vidit
quando ṗcepit deus ꝙ singule tribus pone-
rent virgas suas super altare dei. Sola autẽ
virga aaron sicca ⁊ arida floruit:fronduit:et
fructuz amigdalinũ ꝓtulit. Nume.xvij. Per
hanc virgã figurat̃ beata virgo. Esa.xi. Egre
dietur virga de radice iesse:⁊ flos de radice
eius ascendet.⁊ hoc nõ naturaliter.sed virtu
te dei. Juxta illud. Non ex virili semine s; mi.
spi.v.d.f.c.f.ven.floruit. Gedeon hanc vidit
in vellus quãdo apparuit pluuia descendẽs
in vellus:terra nõ madefacta.pluuia.i.dei fi
lius.descendit in vellere.i.in vterũ virginis.
p̃s. Descendit sicut pluuia in vellus:terra nõ
madefacta.i.virginitate incorupta. Juxta il
lud. Quando natus es ineffabiliter de virgi
ne tunc implete sunt scripture. Sicut pluuia
in vel.des.vt sal.fa.ge.hu. Josue hanc vidit
in statione solis:qñ pugnans cõtra Gabaõ
ait. Sol cõtra gabaon ne mouearis.⁊ stetit
sol spatio vnius diei in medio celi. Josue.x.
Quia sol.i.est filius dei Malachie.iij. Orie
tur vobis timentibus nomẽ meũ sol iusticie
Stetit in medio celi.i.in vtero virginali. p̃s.
Suscepimus deus misericordiam tuã in me
dio templi tui. David hãc vidit:qñ in psal.
dixit: Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt si
bi:iusticia ⁊ pax osculate sunt. Naz in myste
rio incarnatiõis xp̃i fuit vnio diuinitatis cũ
humanitate:⁊ vnio anime ⁊ corporis. Mise
ricordia cõuenit diuinitati.p̃s. Misericors ⁊
miserator dñs. Veritas humanitati. Johã.
ṗmo. Plenũ gratie ⁊ veritatis. Justicia ani
me xp̃i. Esa.lvi. Juxta est salus mea vt veni
at ⁊ iusticia mea vt reuelet̃. Pax cõuenit cor
pori xp̃i. Esa.liij. Disciplina pacis nostre su-
per eum.tunc autẽ misericordia ⁊ veritas ob
uiauerunt sibi qñ diuinitas vnita est huma-
nitati xp̃i.tũc iusticia ⁊ pax osculate sunt:qñ
anima xp̃i infusa est corpori xp̃i in quo fuit
omnimoda pax:q2 nulla peccati cõtagio.qñ
veritas.i.corpus xp̃i:de terra.i.de maria vir
gine orta est. Sicut enĩ primus adam de ter-
ra virgine operatione spũssancti subito for-
matus est.sic corpus christi de maria virgĩe
spiritusancto operante mox formatũ est. Ju
sticia vero.i.anima xp̃i de celo ꝓspexit. quia
ab instanti creationis fuit perfectissime bea
ta.⁊ vidit deum intuitiue ⁊ beatifice. Salo
mon hanc vidit:quando dixit. Cãti.iij. Egre-
diemini ⁊ videte filie syon regem Salomo-
nem in dyademate quo coronauit eum ma-
ter sua in die despõsationis illius ⁊ in die le-
ticie cordis eius. Sed vbicunq3 in libro can-
ti.ponitur nomen Salomonis intelligend⁹
est ipse deus, vt dicunt doctores hebreoꝝ.

Synagoga autem nunq̄ vocatur mater dei
in scriptura. sed sponsa: filia: amica: ⁊ virgo.
vt patet Jeremie. xi. ⁊. xxxi. Si ergo deus ha
bet matrem ⁊ non s̄m naturam diuinam. se
quitur q̄ habeat eam s̄m naturam humanā
¶ Esaias hanc vidit: quādo. ix. ca. dixit. Par-
uulus datus est nobis ⁊ filius natus est no-
bis ⁊ factus est principatus super humeruz
eius ⁊ vocabitur nomē eius admirabilis cō
filiarius: deus fortis: pater futuri seculi prin-
ceps pacis. Sed hec auctoritas intelligit̄. de
messia: vt patet per translationez caldaicā: q̄
dicit sic. Infans dat᷒ est nobis ⁊ recipiet sup
se ad seruandum legem. ⁊ vocabitur nomen
eius ante. admirabilis consilij: deus fortis p
manens in secula seculoꝝ. Messias in eius
diebus pax multiplicabitur. Et patet q̄ loq̄-
tur de xp̄o. ¶ Jeremias hanc vidit: quando
xxiij. ca. dixit. Ecce dies veniunt dicit dn̄s et
suscitabo dauid germen iustū. ⁊ regnabit rex
⁊ sapiens erit ⁊ faciet iudicium ⁊ iusticiaz in
terra. Et hoc est nomen quod vocabunt eū.
domin᷒ iust᷒ noster. Sed hec auctoritas loq̄
tur de xp̄o. vt patet per translationez caldai-
cam: que dicit sic. Ecce dies veniunt dicit do
minus: ⁊ suscitabo Messiam iustum. ⁊ hoc
est nomen qd̄ ipsi appellant eum. domin᷒ iu
stus noster. Et sic patet intellectus ⁊c̄.
¶ Ezechiel hanc vidit: quando. xliiij. cap. ait.
Conuerti me ad viam porte sanctuarij exte-
rioris que respiciebat ad orientē: ⁊ erat clau-
sa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clau-
sa erit ⁊ non aperietur: ⁊ vir non transibit p
eam. quoniam domin᷒ deus israel ingressus
est per eam. Augustin᷒ in quodā sermōe ex-
ponit hoc dicēs sic. Quid est porta in domo
domini clausa: nisi q̄ virgo maria semp erit
intacta? Quid est vir non transibit per eam:
nisi quia Joseph nō cognouit eam? Quid ē
dominus ingredietur ⁊ egredietur per eam?
nisi q̄ filius dei nascetur ex ea? Daniel hāc
vidit: quando. ix. ca. ait. Septuaginta hebdo
made abbreuiate sunt supra populum tuū: ⁊
supra vrbem sanctam tuam: vt cōsumatur p̄
uaricatio: ⁊ finem accipiat peccatum et delea
tur iniquitas: ⁊ adducatur iusticia sempiter-
na: ⁊ impleatur visio ⁊ prophetia ⁊ vngatur
sanctus sanctorum. Per has hebdomadas
intelliguntur. cccclxc. anni vt patet. Aggeus
propheta hanc vidit: quando. ij. caplo dixit.
Adhuc modicum: ⁊ ego mouebo celuz ⁊ ter
ram mare ⁊ aridam ⁊ veniet desiderat᷒ cun-
ctis gentibus ⁊ magna erit gloria dom᷒ isti᷒
nouissime: magis q̄ prime dicit dominus ex
ercituuz ⁊ cetera. Zacharias propheta hāc
vidit: quando. ix. caplo dixit. Exulta satis fi-
lia syon. iubila filia hierusalez. Ecce rex tuus
venit sanctus ⁊ saluator: pauper ⁊ sedens su
per asinam. Scd̄m glosas hebreorum super
illud Canti. p̄mo. Exultabimus ⁊ letabimur
in te deo sancto benedicto. Predicta aucto-
ritas zacharie: intelligitur de aduentu messie
vt patet.

¶ Quarto nos Judei vidi

mus gloriam dominice incarnationis.
¶ Primo nos doctores legis dicentes cum
Esaia. xxiiij. ca. A finib᷒ terre laudes iusti au
diuimus gloriam iusti. Secretum meum mi
hi. secretum meum mihi. id est secretuz gene-
rationis eternalis ⁊ temporalis filij dei. Itē
in glosa nostra super illud Esaie vltimo. An
teq̄ p̄turiret peperit. que dicit sic. Anteq̄ na-
tus fuisset ille qui in seruitutem redegit vlti-
maz: natus fuit saluator. id ē ante natiuitatē
Titi ⁊ Vespasiani: qui ciuitatem ⁊ templuz
destruxit: ⁊ populum captiuauit. in seruitutē
subegit: vt patet per translationem caldaicā.
que dicit. Adhuc non erat ei veniens angu-
stia ⁊ adhuc nō venerat ei dolor propter par
tum: ⁊ reuelabitur messias. Sed dolor ⁊ an-
gustia partus exprimit calamitatem in obsi-
dione hierusalem. ¶ Pastores viderunt hāc
gloriam. Juxta illud Luce. ij. Pastores loq̄-
bantur adinuicem Transeamus vsq̄ Beth
leem ⁊ videamus hoc verbum quod factum
est quod dominus fecit ⁊ ostendit nobis. Et
venerunt festinantes ⁊ inuenerunt Mariaz
⁊ Joseph: ⁊ infantem positum in presepio.
Super quo Beda in sermone dicit sic. Pa-
stores quidē illi: felici gaudio festinarunt vi-
dere qd̄ audierant. ⁊ quia ardenti amore q̄-
sierunt. continuo saluatorem quē quesierunt
inuenire meruerunt. hec ille. Sic ergo vide-
runt. Symeon vidit hanc gloriam. Juxta
illud Luce. ij. Et ecce homo erat in Hierusa-
lem: cui nomē Symeon. ⁊ homo iste iustus
⁊ timoratus: expectans consolationez israel.
Super quo Augustinus in sermōe dicit sic.
Multum senex iste fuit ad audienduz serus:
sed ad videndum maturus. Non expectauit
vt videret xp̄m loquentem. quando vidit in
fantem. ⁊ hoc illi iam concessum erat decrepi
to: quasi desideranti ⁊ suspiranti ⁊ dicenti in
orationibus suis. Quando veniet? Quādo
nascetur? Quando videbo? Putas durabo?

Putas me hic inueniet? Putas isti oculi videbunt per quem cordis oculi reuelabūtur? Dicebat ista quotidie in orationibus suis: ⁊ ꝓ desiderio suo accepit responsum: ꝙ non gustaret mortem nisi videret xp̄m domini. Hec Augustinus. Ideo dixit. Nunc dimittis domine ser. ⁊c̄. Anna prophetissa filia Phanuel de tribu asser: vidit hanc gloriaʒ. Iuxta illud Luce. ij. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domiō: ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptioneʒ israel. Sic ergo ipsa vidit. Zacharias sacerdos pater Iohannis baptiste vidit hanc gloriaʒ dicens. Luce p̄mo. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. p̄ibis em̄ ante faciem domini parare vias eius ⁊c̄. Usqꝫ oriens ex alto ⁊c̄.

¶ Helisabeth mater Iohannis baptiste vidit hanc gloriam: dicens Luce p̄mo. Unde hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me? Oīs isti clare viderunt.

¶ Quinto nos apostoli vidimus

gloriam dominice incarnationis. Iuxta illud. Luce. x. Beati oculi que vident que vos videtis. ⁊ .i. Iohannis primo. Qđ audiuimus: quod vidim⁹ oculis nostris quod ꝑspeximus: ⁊ manus nostre contractauerunt de verbo vite. hoc testamur ⁊ annunciamus vobis ⁊ hoc scimus quoniam cognouimus eum. et sic patet.

¶ Sexto nos Pagani vidimus

gloriam dominice incarnatiōis. In hodierna christi natiuitate. Iob vidit hāc gloriam. Unde sanctus Thomas secunda secūde. questione: ij. articulo. vij. dicit sic. Multis gentiliuʒ facta fuit reuelatio de christo. vt pʒ per ea que predixerunt. Nam Iob. ix. ca. dicitur. Scio ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ in nouissimo ⁊c̄. hec Thomas. Qui tamen ꝓphetans de christo xxxi. ca. dicit sic. Uidi solē cuʒ fulgeret: ⁊ lunā incedentem clare ⁊ letatū est cor meū in abscondito. Significans ꝑ soleʒ diuinitatē: per lunā humanitateʒ in xp̄o: que incessit clare i. sine cōtagione vllius peccati. ⁊ quia hanc gloriam vidit: mente ⁊ spiritu letatus est ⁊c̄. Sibille etiam viderunt hanc gloriam de quibus sanctus Thomas ibidē dicit sic. Sibille etiam quedam prenunciauerūt de xp̄o. vt Augustin⁹ dicit. hec Thomas de quibus sigillatim videamus. Sibilla ꝑsica: vestita aurea veste cum velo albo in capite dicit sic. Ecce bestia conculcaberis ⁊ gignetur domin⁹ in orbem terrarum ⁊ gremiū virginis erit salus gentium. ⁊ pedes eius in valitudine hominū. Inuisibile verbuʒ palpabitur. Sibilla Libica: ornata serto viridiuʒ florum in capite: vestita palleo honesto: ⁊ nō multum iuuenis: dicit sic. Ecce veniet dies ⁊ illuminabit dominus condensa tenebrarum ⁊ soluetur nexus synagoge: ⁊ desinent labia hominum: ⁊ videbunt regem viuentium ⁊ tenebit illum in gremium virgo domina gentiuʒ: ⁊ regnabit in misericordia. ⁊ vterus matris erit statera cunctorum. Sibilla Delphica que ante troiana bella ꝓphetauit. vestita veste nigra: ⁊ capillis circumligatis capiti: in manu cornu tenēs ⁊ iuuenis: dicit sic. Nascet̄ ꝓph̄a absqꝫ m̄ris coitu ex virgīe ei⁹. Sibilla Chimica in italia nata vestita celestina veste deaurata capillis per scapulas sparsis: et iuuenis: dicit sic. In prima facie virginis ascendet puella facie pulcra: capillis prolixa sedens super sedem stratam. puerum nutriēs. dans ei ad comedendum ius ꝓprium. i. lac de celo missum. Sibilla Erithrea in Babylonia orta: monachali veste induta: nigro velo in capite: manu gestans gladium nudum: non multum antiqua: mediocriter facie turbata: habens sub pedibus circulum aureum ornatuʒ stellis ad similitudinem celi: dicit sic. In vltima etate humiliabitur deus. humanabitur plēs diuina: vnietur humanitati diuinitas: iacebit in feno agnus: ⁊ puellari officio educabitur. Sibilla Samia a Samo insula iuuenis habens formosum pectus subtili velo capite cooperto. manum ad pectus tenens. ensem nudum sub pedibus habens: dicit sic. Ecce veniet diues ⁊ nascetur de paupcula: ⁊ bestie terrarū adorabunt eum clamabunt ⁊ dicent. Laudate eum in atrijs celoꝝ.

¶ Sibilla Cumana que fuit tempore Tarquini prisci vestita aurea veste: librum apertum ⁊ altum in manu gestās: ⁊ librum in sinistra habēs super genu capite discoperto: dicit sic. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Iam redit ⁊ virgo redeunt saturnia regna. Iam noua progenies celo demittitur alto. Tu modo nascenti puero quo ferrea primuʒ. Desinet ac toto surget gens aurea mūdo. Casta faue lucina tuus iam regnat apollo. Sibilla Hellespōtina in agro Troiano nata: vetula ⁊ antiqua veste rurali induta: ligata velo antiquo: capite sub gula circum-

noluto vsq3 ad scapulas quasi despecto ha
bitu dicit sic. De excelso celoꝝ habitaculo
ꝓspexit deus humiles suos: ⁊ nascet̃ in die
bus nouissimis de virgine he brea in cuna-
bulis terre. ¶ Sibila Phrygia induta veste
rubea: nudis brachijs antiqua facie saturni
na: crinibus sparsis per dorsum: digito indi
cans: dicit sic. ¶ Flagellabit deus potentes
terre. Ex olimpo excelsus veniet ⁊ firmabi-
tur consilium in celo. ⁊ annunciabitur vir-
go in vallibus desertoꝝ. ¶ Sybilla Tybur
tina non multum senex veste rubea indu-
ta: desuper ad colluz pellē hyrcinam per sca
pulas habens: capillis discopertis. breuem
in manu tenens: dicit sic. ¶ Nascetur xp̄us
in Bethleem annūciabitur in Nazareth. re
gnāte tauro pacifico fundatore quietis. O
felix illa mater cuius vbera illum lactabunt
¶ Sibilla Europa decora iuuenis: facie ruti
lans: velo subtilissimo ī capite ligata: indu-
ta veste aurea. breuem in manu tenens: di-
cit sic. ¶ Ueniet ille ⁊ transibit mōtes ⁊ col-
les ⁊ latices olimpi. regnabit in paupertate
⁊ dominabit̃ in silentio ⁊ egredietur de vte
ro virginis. ¶ Sybilla Agrippa vestita ro
sea veste cum clamide rosea nō multū iuue-
nis: manū tenens in gremio quasi admirās
⁊ sinistram manū tenens ostendendo deor
sum cum breue scripto dicit sic. ¶ Inuisibile
verbum palpabitur. germinabit vt radix: sic
cabitur vt folium: non apparebit venustas
eius. Circūdabitur aluus materna ⁊ flebit
deus leticia sempiterna ⁊ ab hoībus cōcul-
cabitur. Nascet̃ ex matre vt deus: ⁊ conuer
sabit̃ vt peccator. ¶ Homo q̄dam gentilis
vidit hanc gloriam. Unde sanct⁹ Thomas
secunda scd̄e. q. ij. arti. vij. dicit sic. Inuenit̃
etiam in hystorijs Romanoꝝ ꝙ tempore
Constantini augusti ⁊ hyrene matris eius
inuentū fuit quoddam sepulchrū in quo ia-
cebat homo aureā laminā habens in pecto
re in qua scriptū erat. Xp̄s nascet̃ de virgi-
ne ⁊ credo in eū. O sol sub hyrene ⁊ Cōstā
tini temporibus iterū me videbis. hec Tho
mas. ¶ Plures etiā gentiles viderunt hanc
gloriā. Unde sctūs Thomas ibidē dicit sic
Si qui tn̄ saluati fuerūt q̄bus reuelatio nō
fuit facta: non fuerunt saluati absq3 fide me
diatoris. q2 ⁊ si non habuerūt fidem expli-
citā: tamen fidē implicitā in diuina ꝓuiden
tia. credentes deū esse liberatorē hominum
sm̄ modos sibi placitos: ⁊ sm̄ ꝙ aliquibus
veritatē cognoscentib⁹ ipse reuelasset sm̄ il-
lud Job. xxxv. Qui docet nos sup iumēta
terre. ¶ Magi in oriente positi viderūt hāc
gloriaz. iuxta illud Mat. ij. Uidimus stellā
eius in oriente ⁊ venimus adorare eū ⁊c.

¶ Septimo nos xp̄iani vi-
dimus gloriaz dn̄ice incarnationis. Unde
Maximus in sermone de natiuitate dn̄i di
cit sic. Uiderūt siquidē p̄res nostri magna
innumera q3 mirabilia opa dei. Celū illis an
gelicas escas rorauit. Lapis durissim⁹ dul-
cia pocula ministrauit. Jordanis ꝓpetem su
um meatū in fontē retorsit. Ualidissim⁹ ho
stiū murus tubarū strepitu corruit. Sol q̄3
cōmoratus in celo longiorez triūphanti po-
pulo diē ꝓstitit. Nobis vero nullis antea seculis
videre datū est vt vnigenitus altissimi quē
trementes archāgeloꝝ ꝑtātes suscipiūt ho-
minē se hominibus exhiberet: ⁊ carnē quā ab
hoīe sumpsit in deū transformaret. hec ille.
Certificatus est enī hō de gloria natiuitatis
xp̄i testimonio miraculoruz in quadruplici
genere. ¶ Primo in corporib⁹ celestib⁹. Naz
circa solē apperuit circulus aureus. Appa-
ruerunt etiaz tres soles q̄ postmodū in vnū
redacti sunt. Apparuit insuper circulus au-
reus in cuius medio erat puella pueruz ge-
stans in gremio. Apparuit preterea noua
stella magis in oriente. ¶ Secūdo in elemē-
tis. ignis nou⁹ apparuit qui sodomitas cō-
sumpsit. Aer nouam claritatem induit cum
nox in lucem versa est. Fons aque in oleum
est conuersus. Terra nouam fecunditatem
ostēdit. cum vinee Engadi floruerunt ⁊ bal-
samū ꝓduxerūt. Tertio in creaturis insen
sibilib⁹. tēplū pacis corruit. Statua Romu
li cōfracta est. Ydola egypti subuersa sunt.
¶ Quarto in creaturis cognoscentib⁹. Bos
⁊ asinus adorauerūt xp̄m in ꝓsepio. Octa-
uianus renuit vocari de⁹: ⁊ xp̄m adorauit.
Angeli collaudāt ⁊ ꝓdicāt dei magnalia. Et
sic tot⁹ mūdus exultat: vt dicē possit. Uidi-
mus gloriam eius que nos saluabit in secu
la. Amen.

¶ In festo sancti Stephani prothomar
tyris. Sermo. vi.

Stephanus plenus
spūsctō vidit gl'iam dei Act. vi.
⁊ in ep̄la ⁊c. Btūs Aug⁹. ī ser
mone hui⁹ diei dicit sic. Preclar⁹ athleta dei
vinct⁹ spū dei. ad stadiū certaminis ꝓr exiuit:
⁊ tantā victorie adeptus est gloriaz: vt pri-

mus acciperet coronaȝ. Miles xp̄i fidelis: signifer martyrum fortis post xp̄m martyrij meruit principatū. ⁊ cum ad crucis ꝑuenit signa: priori de celo mittitur palma. hec ille.

¶ Super quo verbo moueo talem questiōeȝ Utrū beatus Stephanꝰ adhuc in carne viator: fuerit diuine essentie clarus cōtēplator

¶ Ad istam questionem respondent duo doctores noui testamenti. Primus est beatꝰ Augu. in sermōe huius diei dicēs sic. O beata fidei officina: q̄ tm̄ exaltasti martyrē vt ipsam cōspiceret maiestatē. Ecce inquit video celos apertos: ⁊ Jesum stantē a dextris dei. patuit sedes dei: ⁊ sulcato aere: celoꝝ latera penetrauit. Uidet xp̄m: cōfitens xp̄m: moriturus ꝑ xp̄o: perrecturus ad xp̄m. Hec ille.

¶ Secūdus est sanctus Tho. iiij. sniaruȝ. di. xlix. q. xlix. articlo. vij. In Rub. dicēs sic. Cū beatitudo sit vltimus finis rōnalis creature. status vie in qualibet rōnali creatura: est ille in quo a beatitudine deficit. Beatitudo aūt cuiuslibet rōnalis creature cōsistit in visione dei ꝑ essentiam. Sed operatio delectabilissima in qua beatitudo consistit: oportet ꝙ sit potentie disposite ⁊ perfecte ad dignissimuȝ obiectum. vt patet per ph̄m. x. methaphi. Jō ad hoc ꝙ creatura ratiōalis sit beata ꝑ visionem dei in essentia sua. oportet ꝙ in hanc visionem sit potens per aliquam dispositionē sibi inherentem: quā dicimus lumen glorie. Sic aūt nulla pura creatura in statu vie existens: videre potest deum per essentiam. Sȝ contingit aliquādo diuina virtute ꝙ aliqua res miraculose ꝑducit̄ in aliquid: in qd̄ nullo modo pōt per aliquas dispositiōes sibi inherentes. Sicut ꝙ virgo pariat: ꝙ ignis in aqua comburat. Similiter potest miraculose fieri ꝙ diuina virtute aliquis intellectus creatus non habens nisi dispositiones vie: eleuetur ad videndum deū per essentiā nec tamē ex tali visione pōt dici beatus simpliciter. sed s̄m quid tm̄. inquātuȝ. s. cōicat in actu beati. Sicut etiā aliquod corpꝰ in statu grauitatis existens pōt miraculose participare actum agilitatis vel impassibilitatis. Sicut de abacuch legitur Dañ. vlt. ⁊ de tribus pueris conseruatis in fornace. Danielis. iij. Nec tamē eorum corpora erant gloriosa. Jō nulla pura creatura in statu vie existens potest deum per essentiā videre. Sed deus potest facere ꝙ videat adhuc in statu vie existens. hec Tho.

¶ Beatus stephanꝰ in carne viuēs vidit gloriaȝ dei: aut oculo corporali: aut mētali. Si corporali: fuerunt quattuor miracula in illa visione. Primū quia vidit celos apertos. cum s̄m naturaȝ celuȝ nō possit aperiri: nec diuidi: nec scecari. Secundū quia vidit Jesum: cum s̄m naturam impossibile sit corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria videri. Tertiū quia vidit xp̄m stare a dextris. cuȝ em̄ corpꝰ xpi sit in celo empireo: videndo ipsum vidit vltra celum aereū: sydereum: cristallinū vsq̄ ad empireū. Impossibile aūt est s̄m naturam: vt oculus corporalis in tanta distantia videre possit. Quartum est quia vidit xp̄m cum virtute se iuuantem in certamīe. Impossibile em̄ erat s̄m naturam vt stephanus superaret tot inimicos ip̄m persequētes: nisi diuina gr̄a fuisset adiutus. Sicut Sāpson vicit philisteos: virtute spiritussancti que designabatur in septem capillis eiꝰ. vt dicitur Judic. xvi. Sic stephanꝰ plenus spiritusancto vicit iudeos. Si autē vidit oculo mētali qd̄ cōmuniter dicit̄: sic dico ꝙ videre potuit: quia habuit oculum mentis purificatum ꝑ fidem. Actuū xv. Fide purificans corda eoꝝ. Illuminatū ꝑ sapientiā. p̄s. Reuela oculos meos: ⁊ cōsiderabo mirabilia de lege tua. Sanctificatum ꝑ gratiaȝ Math. v. Beati mundo corde: q̄m ipsi deuȝ videbūt. Deificatum per spiritū sanctū. Job xxxviij. De longe oculi eius prospiciēt. Et h° modo patet ꝙ Stephanꝰ plenus spiritusancto: vidit gloriam dei vt dicit verbum propositum.

¶ Stephanus plenus spiritu sancto: vidit gloriam dei.

Per sanctificationem.
Per electionem.
Per visionem.
Per orationem.
Per dimicationem.
Per passionem.
Per impetrationem
Per coronationem.
Per glorificationem.

¶ Primo beatus Stephanus vidit gloriam dei per sanctificationem. Unde Augu. in sermone huius diei dicit sic. Natus est xp̄s in terris: vt stephanus nasceretur in celis. Ingressus est dn̄s munduȝ: vt stephanus ingrederetur celuȝ. Altus ad humilia descendit: ⁊ humilis ad alta ascendit. hec ille. Sciendum ꝙ inter xpi discipulos: stephanus fuit primus natus in celo. Et si

cut xp̄us fuit primus natus in terris: sine vlla contagione peccati: aut originalis: aut actualis. Sic stephanꝰ fuit primꝰ natus in celo inter xp̄i discipulos: sine vlla macula: sed cum perfecta sanctificatione. Apocalip. xiiij. Sine macula sunt ante thronū dei. Sanctꝰ stephanus natus est in celo quadrupliciter.

¶ Primo ratione amplioris loci ad manendum. Sancti em̄ ꝙdiu sunt in vtero ecclesie: habent locum arctum. qm̄ terra exigua est ⁊ punctus. Sap̄. ij. Tanꝙ momentuz statere: sic ante te est orbis terrarū. Ideo exire appetunt vt recipiant locū amplum: de quo dicit Baruch. iij. O israel ꝙ magna est domꝰ dei: ⁊ ingens locus possessionis eius magnus ⁊ non habens finem: excelsus ⁊ immensus.

¶ Secūdo ratiōe vberioris cibi ad vescendū. Sancti em̄ ꝙdiu sunt in vtero ecclesie sunt ī cōtinua esurie. ideo exire appetunt: vt sint in plena satietate. p̄s. Satiabor cū apparuerit gloria tua. ¶ Tertio rōne liberioris aeris ad respirandum. Sancti em̄ ꝙdiu sunt in vtero ecclesie nō habent libertatem aeris. i. diuine refrigerationis: vt respirare possint. ideo exire appetunt: vt in dei eternitate respirēt. Unde cantat ecclesia. ¶ Inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirent. ¶ Quarto ratione maioris lucis ad videndū. Sancti em̄ ꝙdiu sunt in vtero ecclesie: sunt in tenebris multiplicis ignorantie. ideo exire appetunt vt veniant ad lucem claritatis eterne. Apocalip. xxi. Claritas dei illuminabit illam. ¶ Ista q̄tuor sibi reseruata in celo beatus stephanus vidit: ideo de vtero ecclesie exire optauit. Uidit em̄ celum apertum tanꝙ locū amplū ad manenduz. Uidit Jesum tanꝙ cibum ad vescendum. vidit dei dextram. tanꝙ beataz requiem ad respirandū. vidit gloriam dei tāꝙ eternam lucem ad videndum. et in his erat sanctificatio eius.

¶ **Secundo beatus stephanus** vidit gloriam dei per electionez. Unde Maximꝰ in sermone huius diei dicit sic. Hesterno die natalez habuimus dn̄i saluatoris hodie summe deuotionis. Hesterno quo redimimur ad p̄mium. hodie quo ꝓuocamur ad exempluz. Bene ergo hesterne solennitati festiuitas hodierna coiuncta est. vt illa credentes eueheret ad vitam: hec ꝯfitentes duceret ad coronam. Omni ergo ecclesie beatꝰ Stephanus datus est ad profectuz. Adhuc laycus dyaconi meruit electionem: ⁊ leuita martyrij meruit principatum. In plebe adhuc positus erat: sed iam virtutibus eminebat. humilis erat loco: s̄ celsus fide. Hec ille. ¶ Sciendum ꝙ dignitas beati stephani fuit: ꝙ ab apostolis fuit primus ordinatus. cuius dignitas apparet ex plenitudine spiritussancti que erat in eo. sed plenitudo est quadruplex. ¶ Prima est effluētie: que fuit in christo Johānis p̄mo. De plenitudīe eius nos omnes accepimus. Secunda est excellentie: q̄ fuit in beata virgīe: que pre omībus sanctis excellentius gratiā accepit. Luce p̄mo. Aue gratia plena. ¶ Tertia est abundantie: q̄ fuit in apostolis qui spiritumsanctuz in abundātia receperunt. Actuū. ij. Repleti sunt omēs spiritusancto. ¶ Quarta est sufficientie: quaz habent omēs fideles. Luce. i. Zacharias pater eius impletꝰ est spiritu sancto. ¶ Ista quadruplex plenitudo declaratur ad similitudinem aque. Est enim quedam plenitudo fluminis: ⁊ ista est effluentie que fuit in christo Psal. Flumen dei repletum est aquis. Quedam fontis ⁊ ista est excellētie que fuit in virgine: que ad instar fontis semper fluit. Canticoꝝ. iiij. Fons ortorum puteus aquarum viuentium: que fluunt impetu de libano. Quedam riuuli decurrentis: ⁊ ista est abundātie que fuit in apostolis. Unde postꝙ propheta dixit. Flumen dei repletum est aquis: statim subiunxit. ¶ Riuos eius inebriās ⁊ cetera. Quedam est vasis: ⁊ ista est sufficientie: que est plenitudo mensurata. iiij. Regum. iiij. Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca ⁊ cetera. ¶ Beatus Stephanus habuit istam quadruplicem plenitudinem. ¶ Primo effluentie: in continua doctrine emanatione. ¶ Secundo excellentie in signorum ⁊ prodigiorum ampla operatione. Tertio abundantie in tam benigna inimicorum dilectione. ¶ Quarto sufficientie in operatione strenua fide recta: ⁊ dilectione syncera. Actuū. vi. Elegerunt stephanum virum. id est virilem. ecce operatio strenua: plenum fide: ecce fides recta: ⁊ spiritusancto. ecce dilectio syncera. Sic ergo beatus stephanus vidit gloriam dei per electionem ⁊c̄.

¶ **Tertio beatus stephanus** vidit gloriam dei per visionem. Unde Augustinus in sermone huius diei: dicit sic. Iudei malicia cecabantur. Stephanus viso dei filio sapientia illustrabatur. Sciendum ꝙ

in veteri testamento quattuor genera hoim
viderunt maiestatem dei. ¶ Primo patriar-
che. Sicut Jacob in statu vie existens: vidit
deum facie ad faciez. Unde dixit Gen. xxxij.
Vidi dominũ facie ad faciem: ꝛ salua facta
est anima mea. Hec enim apparitio nõ fuit
dormiẽdo: sed vigilando. Nec tantũ audiuit
vocem secum loquentis sed etiam figuram
inspexit hominis tm̃. Unde dicitur ꝙ appa-
ruit ei vir ꝛc. quem angelum intellexit. Et ad
hanc eminentiam designandam dicitur ꝙ vi
dit dominũ facie ad faciem: angelum dñm
vocans. ¶ Secũdo duces. sicut Moyses. de
quo dicit Nume. xij. Palam ꝛ non p enigma
ta videt deum. ore enim ad os loquor ei. Un
de Augustinus libro ij. de trinitate dicit. Or
locutio illa que fiebat vocibus sic modifica-
batur: tanꝙ esset amici loquentis ad amicũ.
¶ Tertio reges. sicut Job. qui dicit. xi. Audi-
tu auris audiui te. nunc autem oculus meus
videt te. prius enim nõ fuit facta reuelatio ip
si Job: nisi per auditum loquentis non visi.
Postmodum vero per visionem loquentis.
¶ Quarto ꝓphete. sicut Esaias q̃ dicit. vi ca.
Vidi dominũ sedentem super solium excel-
sum ꝛ eleuatum: ꝛ plena erat omĩs terra ma
iestate eius. ¶ In nouo testamento etiã quat
tuor genera hominuz viderunt maiestatem
dei. ¶ Primo Johan. bapti. qui dicit Johan-
nis pmo. Vidi spiritum descendentem qua
si columbam de celo: ꝛ mansit super eum et
ego nesciẽbam eum. Sed qui misit me bapti
zare in aqua: ille mihi dixit. Super quem vi-
deris spiritum descendentem ꝛ manentẽ su
per eum. hic est qui baptizat in spiritusancto.
ꝛ ego vidi: ꝛ testimonium perhibui. quia hic
est filius dei. ¶ Secundo Petrus ꝛ duo filij
zebedei. quando viderũt christum transfigu
ratum. vt dicitur Mathei. xvij. ¶ Tertio pau
lus. qui dicit. i. Corinth xij. Scio huiusmodi
hominem raptum vsqꝫ ad tertium celum ꝛc.
Ubi dicit Glo. ꝙ deus ostendit apostolo vi
tam: in qua videndus est in eternum.
¶ Quarto Stephanus qui celum apertuz vi
dit: ꝛ gloriam dei conspexit: ꝛ Jesum glorifi
catum intuitus fuit. Unde dixit Actuuz. vi.
Ecce video celos apertos: ꝛ Jesum stantem
a dextris virtutis dei. quod fuit magnũ priui
legium.

¶ Quarto Beatus stepha

nus vidit gloriam dei per orationem. Unde
Fulgentius in sermone huius diei dicit sic.
Stephanus vt nominis sui coronam mere-
retur accipere: charitatẽ pro armis habebat:
ꝛ per ipsam vincebat. Per charitatem dei: se
uientibus iudeis non cessit. per charitatem
proximi pro lapidantibus intercessit: p chari
tatem arguebat errantes vt corrigerentur:
per charitatem proximi pro lapidantibꝰ ora
bat ne punirentur. Hec ille. ¶ Sciendum ꝙ
Beatus stephanus floruit quattuor virtuti
bus: quibus oratio sua meruit exaudiri.
¶ Primo virtute castitatis ꝛ mũdicie. In cu-
ius signum fuit constitutus custos viduarũ
ꝛ mulierum. vt patet Actuuz. vi. Et propter
eius puritatem omnes qui erant in consilio
intuebantur vultum eius tanꝙ vultum an-
geli stantis super illos. Secundo virtute ve
ritatis ꝛ sapientie. Actuum. vi. Surrexerunt
autem quidam de synagoga ꝛ cetera Usqꝫ.
non poterant resistere sapiẽtie ꝛ spiritui qui
loquebatur. ¶ Tertio virtute fortitudinis et
constantie. Actuũ. vi. Stephanus plenꝰ gra
tia ꝛ fortitudine. Fortis enim est ille qui est
impauidus contra bonam mortem. ¶ Quar
to virtute benignitatis ꝛ patientie. quia per
secutoribus non solum pepercit: sed etiam p
ipsis orauit. Cuius benignitas apparuit in
quattuor. ¶ Primo quia orando pro se: stetit
orãdo p suis lapidatoribus genu flexit: qua
si plus orationem quam pro ipsis faciebat.
ꝙ illam quã p se fundebat: cupiẽs exaudiri.
¶ Secundo quia pro ipsis maiori charitate:
ꝙ p se orauit: cupiens eos cõuerti: ꝛ a pena
eterna liberari. Un̄ Beda dicit. Pro se stãs
orauit. p inimicis genu flexit: quia maior ini-
quitas maius supplicandi remediuz flagita-
bat. ¶ Tertio quia cum clamore ꝛ lachrymis
pro eis orauit. Actuũ. vij. Positus autez ge-
nibus. beatus stephanus clamauit voce ma
gna. Unde Augustinus in sermone huius
diei dicit sic. Beatus Stephanus dyaconus
erat: euangelia legebat in quibꝰ inuenit scri-
ptum. Diligite inimicos vestros: ꝛ orate pro
persequentibus vos. Didicit legendo: perfe-
cit diligendo. Judei lapidabant ꝛ ille orabat
Illi eum furiose persequebãtur. ille pacatus
christum sequebatur. Illi lapides mittebãt:
ille orationes premittebat: tanꝙ diceret. do-
mine si isto modo occideris inimicos: quos
postea facies amicos. Hec ille. ¶ Quarto qꝛ
pro eis allegauit. dicẽs. Dñe ne statuas illis
hoc peccatũ: quia nesciunt quid faciũt. Un̄

Maximus in sermone huius diei dicit sic. In persecutione positus pro persecutoribꝰ dñm deprecabat. atq; in illa lapiduz ruina quando alius obliuisci poterat: etiam charissimos suos. ille domino cōmendabat inimicos. Plus itaq; tunc dolebat illoꝝ pecca ta ꝙ̄ sua vulnera. plus illorū impietatem ꝙ̄ suam mortem. Hec ille. ¶ Ecce quanta fuit benignitas eius pro inimicis suis exorando ⁊ cetera.

¶ Quinto beatus stephanus vidit gloriam dei per dimicationē. Unde Maximus episcopus in sermone huius diei dicit sic. Siquid distare inter martyres potest: precipuus videtur esse iste qui primus est. Mortem eñ quam dignatus est Saluator ꝓ omnibus pati: hanc iste primus reddidit saluatori. hec ille. ¶ Sciendum ꝙ in veteri testamento: fuerunt quattuor genera martyrum. ¶ Primo de patriarchis. ꝑmus fuit Abel de quo dicit Hiero. in omel. hodierna. De Abel nulla est ambiguitas qn hic sit: quem Caym frater suus occiderit. Justus autem non solum ex dñi nūc sententia. sed etiam ex Genesis testimonio cōprobatur: vbi accepta a deo eius narrantur munera. ¶ Secundo de sacerdotibus: primꝰ fuit Abimelech sacerdos: quez occidit saul. vt habetur. i. Regū. xxij. ¶ Tertio de ꝓphetis: ꝑmus fuit Zacharias filius Joiadis sacerdotis: quem occidit Joas filius Ochozie inter templum ⁊ altare. vt habeẗ. ij. Paralipo. xxiiij. Et Hieroñ. in omel. hodierna idem dicit. ¶ Quarto de principibus militie primus fuit Judas machabeus. vt habeẗ i. Machab. ix. ¶ In nouo testamento fuerūt quattuor genera martyrum. ¶ Primuz fuit sanctoruz Innocentiū. ¶ Secundū fuit Jo. bapti. Marc. vi. ¶ Tertium fuit xpi. Math. xxvij. ¶ Quartū fuit sancti Stephani. Act. vij. ¶ Quare autem beatus Stephanꝰ dicatur primus martyr: sunt quattuor rationes. ¶ Prima est quia fuit primus martyrio coronatus post christum. Unde Augꝰ. in sermo. huius diei dicit sic. Fratres charissimi. Heri celebrauimus natalem quo rex martyruz natus est mundo. Hodie celebramus natalem quo primicerius martyrum migrauit e mundo. ¶ Secūda ratio est quia fuit primus q̇ ex martyrio volauit ad celum Ceteri eñ martyres ante ipsum descendebant ad lymbū. iste autē subito ascendit ad celum. Unde Fulgentius in sermo. huiꝰ diei dicit sic. Heri celebrauimus temporalē sempiterni regis natalē. hodie celebramus triūphalē militis passionē. Heri rex noster trabea carnis indutus: de vteri virginalis aula egrediens: visitare dignatus est mundū. hodie miles de tabernaculo corporis egrediens triūphator migrauit ad celū. ¶ Ille sempiterne deitatis maiestate seruata: seruile cinctoriuz carnis assumens. in huius seculi campū pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis indumētis ad celi palatium perhēniter regnaturus ascendit. ¶ Ille descendit carne velatus. iste ascendit sanguine laureatus. ascendit iste lapidantibus iudeis: qꝛ ille descendit letantibꝰ angelis. hec ille. ¶ Tertia ratio est. qꝛ fuit primus pro fide christi mortuus. Qui eñ fuerūt ante christuz: mortui sunt ꝓ lege veteri. Licet autē innocentes fuerint occisi ꝓpter christū non tamē ꝓpter fidē xpi quā lingua confiterenẗ: sicut btūs Stephanus. ¶ Quarta ratio est. qꝛ baptismꝰ sanguinis primo in ipso habuit efficaciā: cum per ipsum aīa absoluatur a culpa ⁊ pena. sicut in baptismo fluminis. Sed in oībus martyribus precedentibꝰ istud martyriū nūꝙ̄ habuit talē effectū. cū oēs incurrerent penā dāni preter xp̄m: q̇ a quo absolueret nō habuit. Uñ. B. Ste. recte fuit figuratus ꝑ Gedeonē q̇ fuit primꝰ q̇ cepit cū hostibꝰ dimicare. vt ptz Judic. vij. ¶ Habuit eñ q̄ttuor adiutoria ꝓpter q̇ tāꝙ̄ miles strenuꝰ fortissime dimicauit. Primo habuit grande exēplū: sicut si miles videret añ se militē fortiter dimicātē. vñ vidit iesuz stantē a dextris ꝟtut̄ dei. Sup quo dicit gl. Ne hō lapidātibꝰ dubitet in terra: deꝰ hō crucifixus apparet in glia. Et Heb. xij. Recogitate eū q̇ talē sustinuit aduersuz se ꝯdictionē: vt nō fatigemini aīabus vr̄is deficiētes ¶ Secūdo habuit grande spectaculū. qm̄ vidit celos aptos. apertū eñ fuit celū vt rex ⁊ tota curia celestis videret militē dimicantē Miles aūt valde strenue dimicaret: q̇ a rege ⁊ a tota ciuitate se spectari cognosceret. i. Cor. iiij. Spectaculū facti sumꝰ deo ⁊ angelis eiꝰ. ¶ Tertio habuit grande p̄miū sibi oñsum: qꝛ vidit gl̄iam dei. Greg. Cōsideratio ⁊ spes premij minuit vim flagelli. ¶ Quarto habuit grande auxilium: quia vidit iesuz stantem. Super quo dicit glosa. Quia stare est pugnantis vel adiuuantis: recte a dextris stare vidit. quē inter persecutores adiu-

torem habuit. Miles em̄ valde securꝰ esset qui iuxta se pugilē fortissimū haberet. Exo. xiiij. Dn̄s pugnabit ꝑ vobis ⁊ vos tacebitis Et sic patet pugna victoriosa eius.

Sexto beatus stephanus

vidit gloriā dei per passionē. quia passio eiꝰ fuit similis passioni xpi. vt dicit glo. quantū ad quattuor. Primo q2 sicut xp̄s: sic iste falsis testibus accusat. Secūdo q2 xp̄s extra portā patit. stephanꝰ extra ciuitatē lapidat. Tertio q2 xp̄s ait tanq̄ filius patri. In manus tuas dn̄e cōmēdo sp̄m meū. stephanꝰ tanq̄ seruus ait. dn̄e iesu accipe sp̄m meuz. Quarto q2 xp̄s ait. Pater ignosce illis delictuz. stephanꝰ. Dn̄e ne statuas illis hoc peccatū. Unde Aug. in sermone huiꝰ diei dicit Orauit xp̄s ꝑ suis crucifixoribus. orauit ⁊ stephanꝰ ꝑ suis lapidatoribꝰ. Xp̄s ligno fixus orauit. ⁊ stephanꝰ stans sp̄m suuz dn̄o cōmendauit. fixoq3 genu ꝑ inimicis vt amicus dn̄z rogauit. Talia ergo in orōnis sue cōuiuio dn̄o exhibuit: qualia in sui dn̄i mēsa comedit. hec ille. Fuit ergo passio eiꝰ satis conformis passioni xpi. vt patet.

Septimo beatus stephanus

vidit gloriā dei per impetrationē. Un̄ Aug. in sermone huiꝰ diei dicit sic. Deniq3 vt noueritis quantū valuerit orō sancti martyris: recurrite nobiscū ad illū adolescentez: qui oīm vestimenta seruabat ⁊ tanq̄ manibus omniū lapidabat. Cui dictū est. Saule saule q̄d me ꝑseq̄ris. Ob hoc q̄dez debui ꝑdere te. sed stephanꝰ meꝰ orauit ꝑ te. Nam si martyr stephanꝰ nō sic orasset eccl'ia paulum nō habuisset. Sed ideo de terra erectꝰ est paulus: q2 in terrā inclinatꝰ exauditꝰ est stephanꝰ. hec ille. Sic ergo pt3 q̄ ꝑdestinatio potest iuuari precibꝰ sanctorum ⁊c̄.

Octauo beatus stephanus

vidit gloriā dei per coronationē. Habuit em̄ quattuor dignitates quibꝰ merebatur quadruplicē coronaz. Primo habuit dignitatem angelicā. Unde Aug. in s̄mone huius diei: dicit sic. Beatꝰ qui in ipsa obluctatione pugnantis iam preferebat speciē resurgentis habēs intra se sp̄m sctm̄: os gestabat angelicum. hec ille. Ratione huiꝰ meruit coronam aureā inq̄tū fuit virgo incorruptus Eccli. xlv. Corona aurea sup mitram eius. Sicut em̄ aurū est incorruptū: sic ⁊ ipsa v̄ginitas. Sap. iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cum claritate: īmortalis est em̄ memoria illius. Secūdo habuit dignitatē propheticā. q2 fuit plenꝰ sp̄ū sctō. ij. Petri. i. Spiritu sctō inspirati locuti sunt scti dei homīes Ratione huiꝰ meruit coronā stellatā inq̄tū fuit ꝑdicator lucidus. Dan̄. xij. Qui ad iusticiam erudiunt plurimos: erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Tertio habuit dignitatē apostolicā q2 fuit discipulꝰ xpi. Ratione huiꝰ meruit coronā gēmatā inq̄tum fuit vir perfectꝰ. ps. Posuisti in capite eiꝰ coronā de lapide p̄cioso. Lapis p̄ciosus hab3 claritatē: soliditatē: ⁊ virtuositatē. Et significat visionē dei q̄ sanctos facit claros in apta dei visione siue cognitione: solidos in permansione: ⁊ virtuosos in feruēti dei dilectōe Quarto habuit dignitatē leuiticaz ad quā ꝑtinet ministrare eucharistiā. Ratione huius meruit coronā roseā inquantū fuit sanguine purpuratus. Apoc. vij. Lauerunt stolas suas ⁊ dealbauerunt in sanguīe agni ⁊c̄

Nono beatus stephanus

vidit gloriā dei per glorificationē. Eius aūt glorificatio apparuit in miraculis que in q̄druplici genere fecit. Primo quedā declarant eiꝰ potentiā. Ostendit em̄ se habere potentiam sup quattuor elementa. Na3 in eiꝰ inuentione ignē quē demones excitauerāt in eos retorsit. Aer pluuiā destinauit. Tempestatem maris sedauit: terra tremuit. Secundo quedā declarāt eiꝰ mi̾icordiā. Nam quosda3 sanauit in corpore: sicut fratrē ⁊ sororem a cōcussione membrorū ⁊ septuaginta infirmos a diuersis infirmitatibꝰ liberauit. Septem mortuos resuscitauit: vt dicit Aug. li. xxi. de ciuitate dei. Tertio q̄dā declarant eius sapientiā. nam cōuertit paulu3 Unde Aug. Quo precessit stephanꝰ lapidibus trucidatꝰ illuc secutꝰ est paulus orationibus stephani adiutus. Quarto queda3 declarant eiꝰ reuerentiā. Nam eiꝰ corpus in monte syon loco honorato translatū est. licet nunc rome quiescat vbi angelorū voces audite sunt. Sic ergo beatus stephanus vidit gloriam dei. ad quam ⁊c̄. Amen.

In festo sancti Johannis apostoli ⁊ euangeliste Sermo. vij.

Sic eum volo. Johannis vlti. ⁊ in euāgelio presentis solēnitatis. Petrus da

mianus in sermone huius diei dicit sic. Hic
est quē redemptor noster ad declarandū sue
diuinitatis essentiā quoddā quasi organuz
fecit atq₃ vt hoc suppleret qd̄ ad tempꝰ ipe
dn̄s dispensatiue ad tēpꝰ suppresserat vica
rium dereliquit: vt cuz homīes tanꝙ̄ primo
lactentes firmiora iam in via veritatis ve-
stigia fixissent eos ad cognoscendaz diuine
noticie celsitudinē promoueret. hec ille. Su
per quo verbo moueo talem q̄stionē. Utrū
beatus iohannes maiori charitate fuerit a
xp̄o dilectus: ꝙ̄ petrus ad ecclesie regimen
electus. ¶ Ad istam questionez respondent
duo doctores ecclesie. ¶ Primus est Beda
omelia hodierna q̄ dicit sic. Diligebat autē
eū iesus: nō exceptis ceteris singularit̄ solū
sed pre ceteris quos diligebat familiarius
vnū quē speciali prerogatiua castitatis am
pliori dilectione fecerat dignum. hec ille.
¶ Secundus est Petrus damianus in ser-
mone huius diei dicens sic. Petrus petra.
petra quoq₃ factus est ⁊ iohannes: supra cu
ius fundū totius ecclesie structura cōsurgit.
Hoc beato iohanni dn̄s concessit in verbis
qd̄ ⁊ petro contulit in miraculis: vt ⁊ iste al-
tiora proferret ⁊ ille maioribꝰ choruscaret
prodigijs. hec ille ¶ Sciendū ꝙ quadruplex
est dilectio ¶ Prima est que consistit in pre
cordiali amore ⁊ ista vtrūq₃ equalit̄ dilexit
ambos em̄ dilexit affectione animi: q₂ am-
bo apud deū sunt equalis meriti. ¶ Secūda
est que consistit in sapiētiali preseruatione:
⁊ ista vtrūq₃ equalit̄ dilexit: q₂ nullis tem-
ptationibus diaboli: nullis perturbationibꝰ
mundi nullis voluptatibꝰ carnis a xp̄i amo
re potuerūt euelli. ¶ Tertia est que consistit
in familiaritatis ostensione: ⁊ ita magis di-
lexit iohannē ꝙ̄ petrum: q₂ maiora signa fa
miliaritatis ei ostendit. ⁊ hoc patz quadru-
plici signo. ¶ Primū signum est: q₂ supra pe
ctus xp̄i recubuit. Unde Isido. lib. de obitu
sanctoꝝ dicit sic. Johannes aplus ⁊ euan-
gelista virgo est electus a dn̄o ⁊ inter cete-
ros magis dilectꝰ. qui etiaz supra pectꝰ dn̄i
magistri recumbēs: euangelij sui fluenta de
ipso sacri dominici pectoris fonte potauit: ⁊
quasi vnꝰ de paradisi fluminibꝰ verbi dei gra
tiam in toto orbe terraruz diffudit. hec ille.
Pectus xp̄i erat mensa celestis: in qua sunt
delitie angeloꝝ. gazofilatiū in quo sunt the
sauri oīm scientiarū. ⁊ fons diuinus in quo
sunt om̄ia dona ⁊ gratie dei. Quando autē
famelicus sedet ad mensam delitiarū valde
saturatur. Quādo egenꝰ intrat gazofilatiū
thesauroꝝ valde ditatur. Quādo sitibūdus
peruenit ad fontē amenū valde repletur ⁊c̄.
Beatus iohānes recumbendo super pectus
dn̄i: sedit vt famelicꝰ ad mensam angelorū
ideo fuit plene satiatus. Intrauit tanꝙ̄ ege
nus gazofilatium oīm scientiarū. ideo fuit
valde ditatus. ¶ Peruenit vt sitibundus ad
fontē oīm gratiarū. ideo fuit valde repletꝰ.
Ista tria tangunt̄ Eccli. xv. Cibauit illū do
minus pane vite ⁊ intellectꝰ. ecce qualit̄ fa-
melicꝰ est pastus. aqua sapientie salutaris
potauit illum. ecce qualiter sitibūdus est po
tatus. iocunditatē ⁊ exultationē thesauriza
uit super eum. ecce qualiter egenꝰ est ditatꝰ.
Ideo Petrus damianꝰ in sermone huius
diei dicit sic. Hanc autē supereminentē diui
ne scientie gratiaz ex illo celesti gazofilatio
in quo sunt om̄es thesauri sapiētie ⁊ sciētie
dei absconditi traxit. ⁊ nō immerito vt qui
carnis sibi amputauit illecebras: celestium
epularū delitijs frueretur: ⁊ illuc acie mētis
attingeret quo non ꝓpheta: nō patriarcha:
non deniq₃ quisꝙ̄ ab ip̄o mundi primordio
cognoscitur aspirasse. hec ille. ¶ Secundum
signum est. quia xp̄us sibi proditorē ⁊ nō al
teri reuelauit. Unde Petrus damianꝰ vbi
supra dicit sic. In cene conuiuio ait iesus.
vnus ex vobis me tradet. Aspiciebāt ergo
ad inuicē discipuli hesitātes de quo diceret
Innuit iohāni symon petrꝰ ⁊ dixit ei. Quis
est de quo dicit: Johanni mox respondit do
minꝰ. O incomparabilē virū profert verbū
in mediū: ⁊ totꝰ tacet senatꝰ apostoloꝝ: ta-
cet lingua que facta est clauis celorum. silet
andreas qui ip̄i fratri ad fontē vite preuius
fuit. Non p̄sumit os aperire philippus qui
dum patrē sibi poscit ostendi profunda mi-
steria indiuidue diuinitatis audiuit. Johan
nes condiscipuloꝝ in se persona suscepta cō
sultor accedit. hec ille. ¶ Tertium signum est
quia xp̄us matrē suam sibi recōmendauit.
Unde Isido. lib. de obitu sanctoꝝ dicit sic.
Johānes in loco xp̄i christo iubente succes-
sit dum suscipiens matrē magistri. discipulꝰ
par post xp̄m quodāmodo derelictꝰ est filiꝰ
Et Petrus damianꝰ vbi supra dicit sic. Nec
mirum si iohanni vicē suā delegauit quē ad
custodiendaz matrem quasi alterum filium
loco sui supposuit. cōmiserat petro dn̄s cla-
ues ecclesie: delegauit iohanni custodiā ma-
rie. Maria mater xp̄i: ecclesia mat̄ christia-
norum. dicit dn̄s petro. Tibi dabo claues re

gni celorum. Nunquid beata maria celum non fuit: in cuius vtero tota diuinitatis plenitudo pmansit. Hic archangelo gabrieli ad custodiam matris dñi socius est datus: vt ille intactam virginem inuisibiliter custodiret. et iste forinsecus fragilitati feminee obedientie sue ministerium exhiberet. Quantoque familiarior cum matre verbi conuersat: tanto vicinior verbo inuenitur. Et quoniā ab ipa veritate marie dictus est filius quadā speciali gratia frater est saluatoris. hec ille.

Quartū signum est. quia magnis gratijs ipm dotauit. magnā gratiam reputauit sibi Esayas quādo deus fecit ipm pphetam suum. Jacob' quādo fecit ipm apostolū suum Matheus quādo fecit ipm euangelistā suum. Laurentius quādo fecit ipm martyrē suum. Augustin' quando fecit ipm doctorem suum. Agnes quando fecit ipam virginem et sponsam suam. Sed in iohanne cuncta ista reperiuntur. Unde petrus damianus in sermone huius diei dicit sic. Quid in virtutibus: quo incomparabiliter non excellat. Apostolus siquidem est in epistolis. euangelista in euangelio. propheta in apocalipsi. martyr vtique etiam fuit. et quo ceteris apostolis in carne prolixius mansit. eo durioris martyrij tormenta sustinuit. hec ille etc. Quarta dilectio est que consistit in donorum exhibitione. et ista magis dilexit petrum: quia maiora dona sibi concessit. Nam principem apostolorum eum fecit. suum vicarium dereliquit. claues regni celorum sibi dedit: eum sequi per crucis misterium voluit. Christus curam ecclesie commisit petro. curam discipuli commisit matri dicens. Mulier ecce filius tuus. Magnum est esse in cura vicarij dei. id est petri. Maius est esse in cura matris dei: et quia post christum sic fuit Johannes in cura beate virginis. ideo dicit christus. Sic eum volo etc.

Sic eum volo.

Generari
Uocari.
Conseruari.
Illuminari.
Inflammari.
Flagellari.
Tumulari.
Glorificari.
Reuelari.

Primo christus voluit

beatum iohannem sic generari. Nam in suā generatione collata est ei magna gratia. scz vt nasceretur de stirpe regia Dauid: in quo fuit omnis natio benedicta per christum. Istud patet. nam Joachim accepit vxorem nomine Annam: que habuit tres viros. scz Joachim: Cleophā: et Salome. De ioachī habuit vnicam filiam. scilz beatam virginem quam dedit nuptui Joseph: que genuit christum. Mortuo Joachim accepit Cleophā fratrem Joseph: et genuit ex eo aliam filiā quam similiter mariam vocauit. et Alpheo postmodum in coniugem sociauit. Hec autem maria ex alpheo viro suo quattuor filios genuit. scz Jacobum minorem et Joseph iustum qui et barsabas dicebatur: Symeonem. et Thadeum. Mortuo secundo viro anne. tertium accepit nomine Salome: ex quo aliam filiam genuit nomine mariam. et Zebedeo in coniugem tradidit. Hec autem maria ex zebedeo viro suo duos filios genuit scilicet Jacobum maiorem et Johannē euangelistam. Et sic in ista genealogia Johannes habuit auiam sanctam: matrē sanctam: duas amitas sanctas: et quattuor consanguineos sanctos. Unde de ista progenie dicit psalmista. Hec est generatio querentium dominum. Et cum christus fuerit de tribu iuda regali. sequitur qp beatus Johannes fuit de eadem tribu etc.

Secundo christus voluit

beatum iohannem sic vocari. Nam in sua vocatōne collata est ei gratia quadruplicis priuilegij. Primo quia fuit vocatus iunior. Magis enim gratum est deo cum quis incipit seruire ei in iuuentute q̄ in senectute. Sed iohannes erat iunior petro. vt dicit Jo. vlti. Cum autem senueris alius te cinget etc. Secundo quia fuit vocat' innocentior. Maioris enī gratie est preseruari a lapsu q̄ post lapsum reparari. vt patet in beata virgine et magdalena. Sed iohānes fuit innocens et petrus lapsus est. Juxta illud Luce. v. Exi a me dñe quia homo peccator sum. Tertio qz fuit vocat' velocior. Petrus enī anteq̄ vocaret a xpo fuit pdicat' a iohāne baptista et ab andrea. vt pz Joh. i. Sed iohānes subito vocat' xpm secut' est. Quarto qz fuit vocat' difficilior. petr' enī dimisit sola rethia: iohannes aūt dimisit patrē et rethia vt daret exēplū virtutis adolescētibus: vt relictis parentib' xpm sequerent.

Tales em̄ xp̄us diligit. vt dicit Math. xix. Sinite paruulos venire ad me: quibꝰ manꝰ imposuit ⁊ eis benedixit. Nunꝙ em̄ alicui seni tales caritias ostendit. Sufficit senibꝰ ꝙ a xp̄o regant. iuxta illud. Senex puerū portabat: puer aūt senē regebat. etiā ꝙ ab ipso non proijciant. ps̄. Ne proijcias me in tpe senectutis ⁊c̄. Et ꝙ ab ip̄o nō derelinquant ps̄. Et vsq₃ in senectā ⁊ senium deus ne derelinquas me. ⁊ sic patet.

¶ Tertio xp̄s voluit beatuz

iohannē sic cōseruari. sc₃ in purissima ꝟginitate. Unde Petrus damianus in sermone huiꝰ diei dicit sic. Beatꝰ iohānes artissime se in sui dilectoris amore cōiunxit. propter quē ꝯiugalis thori federa abdicauit. Unde diuinitꝰ cōcessum est illi vt qui primus erat in redemptoris amore precipuus fieret in fraterna charitate. hec ille. Sciendū ꝙ beatus iohānes fuit vocatꝰ de nuptijs ſm Hierony. in quibꝰ xp̄us fecit primū miraculum in quo fuit ei collata gratia consecrate virginitatis. Nam in sacramēto matrimonij fuerunt cōsecrate quattuor virginitates ¶ Primo virginitas beate marie que fuit desponsata ioseph ¶ Secundo virginitas sponsi sui: q₂ nō decebat tantā ꝟginē nisi ꝟgini desponsari: vt esset matrimoniū summe gratū ¶ Tertio virginitas xp̄i que fuit consecrata ex sacramento incarnationis in quo humanitas fuit desponsata verbo inseparabiliter. ¶ Quarto virginitas iohannis euangeliste quē xp̄s permisit contrahere matrimoniuz vt in tanto sacramento virginitas eius consecraret sicut ⁊ matris. Sicut em̄ sacramentum confessionis perficit virtutē penitentie sic sacramentū matrimonij virtutē virginitatis. Unde fuit figuratꝰ per ioseph cui post temptationē virginitate seruata dedit dn̄s gratiam in conspectu principis. Gen̄. xxxix. Et sic xp̄s voluit conseruari virginitatez iohannis euāgeliste. vt patet.

¶ Quarto xp̄s voluit beatū

iohannē illuminari: q₂ ad omnia secreta sua euz admisit: ex quo apparet eius magna familiaritas cum xp̄o in qua fuerunt quattuor gradus ſm misteria singularia eis a xp̄o reuelata ¶ Primus gradus misterioꝝ est eoꝝ que fuerūt omībꝰ reuelata vt misteriū passionis. Math. xx. ¶ Secūdus gradus est misterioꝝ que fuerūt precise tribꝰ reuelata: vt misteriuz transfigurationis. Math. xvij. ¶ Tertius gradus est misterioꝝ que fuerūt precise duobꝰ reuelata: vt misteriū resurrectionis. Ioh. vlti. ¶ Quartꝰ gradus est misteriorum que fuerunt vni tm̄ reuelata: vt sacramentū incarnatōnis. vt patz Ioh. i. Un̄ dicit. Quod fuit ab initio: qđ audiuimꝰ ⁊c̄.

¶ Quinto christus voluit

be: ita apparuit magis in specie stelle. Alij
vero dicunt ꝙ angelus qui apparuit pasto
ribus in specie humana apparuit magis in
specie stelle. Probabilius tamen videtur ꝙ
fuerit stella de nouo creata. sed in aere vici-
no terre que ſm dei voluntatē mouebatur.
Unde Leo papa dicit in sermone epypha
nie. Tribus magis in regione oꝛientis stel
la noue claritatis apparuit: que illustrioꝛ ce-
teris pulchꝛioꝛq; syderibus in se intuentiū
oculos animosq; conuerteret vt confestim
aduerteretur nō esse ociosum quod tam in
solitū videbatur. Hucusq; Tho. vbi supꝛa.
¶ Quantū ad foꝛmā sanctus Tho. eadē. q.
arti. v. dicit sic. Sicut Criso. refert. in q̄bus-
dā scripturis apocriphis legitur ꝙ quedaz

gens in extremo oriẽtis iuxta oceanũ quã
dã scripturã habebat ex nomine Seth. de
hac stella ⁊ muneribꝰ eiꝰ offerendis q̃ gens
diligẽter obseruabat huiꝰ stelle exortũ: posi
tis exploratoribꝰ .xij. qui certis tẽporibꝰ de
nocte ascẽdebãt in montẽ. In quo postmo
dũ viderũt eã habentez in se quasi paruuli
formã: ⁊ super se similitudinez crucis. Hec
Tho. Et sic patet ⁊c. Quantũ ad efficiẽ-
tiã istius stelle sciendũ ꝙ vt sctũs Tho. iij.
pte. q. xxxvi. arti. v. dicit. Stella q̃ xp̃i nati-
uitatẽ manifestauit oẽm occasionẽ erroris
subtraxit. vt enĩ Aug. dic̃ ꝯtra faustũ. Nul
li astrologi ita cõstituerũt nascentiũ hoĩm
fata sub stellis: vt aliquaz stellarũ hoĩe aliq̊
nato circuitus sui ordinẽ reliquisse ⁊ ad eũ
qui natus est perrexisse asseuerent. sicut ac
cidit circa stellã que demonstrauit natiuita
tem xp̃i. ⁊ ideo per hoc non cõfirmatᷣ error
eoꝝ qui forte nascẽtiũ hoĩm astroꝝ ordini
colligari arbitrantᷣ. non aũt credũt astroꝝ
ordinẽ ad homĩs natiuitatẽ posse mutari.
Siĺr etiã vt Criso. dicit. Non est hoc astro
nomie opꝰ a stellis scire eos qui nascuntur
sed ab hora natiuitatꝭ futura p̄dicere. Ma
gi aũt tp̃s natiuitatꝭ nõ cognouerũt vt hic
sumẽtes initium a stellarũ motu futura co
gnoscerẽt. ſ3 potiꝰ ecõuerso. Et sicut Aug.
dicit in s̃mone epyphanie. Magi ab ange
lis aliqua monitiõe reuelatiõis audierunt
ꝙ stella xp̃m natũ significaret. ⁊ ꝓbabile
videtᷣ ꝙ a bonis: qñ in xp̃o adorãdo salus
eoꝝ iam querebatᷣ. Hec Tho. Et sic stella
illa nihil in xp̃o effecit: sed magoꝝ corda ꝑ
docuit tanꝗ̃ veritatis index. qd̕ ad illumi-
nationẽ fidei eoꝝ ptinebat ⁊c. Quantũ
ad finẽ sctũs Tho. iij. pte. q. xxxvi. arti. viij.
dicit sic. Magi sunt primitie gentiũ in xp̃o
credentiũ in quibꝰ apparuit: sicut in quodã
p̄sagio fides ⁊ deuotio gentiũ venientiũ
a remotis ad xp̃m. ⁊ ideo sicut deuotio ⁊ fi
des gentiuz est absq̃ errore ꝑ inspirationẽ
sctĩ spũs: ita etiã credendũ est magos a spi
ritu sctõ inspiratos sapiẽter xp̃o reuerentiã
exhibuisse. Et sicut Criso. super Math. dic̃
Si magi regẽ terrenuz querẽtes venissent
fuissent ꝯfusi qꝛ tanti itineris laborẽ sine cã
suscepissent. vñ nec adorassent: nec mũera
obtulissent. Nũc aũt qꝛ celestẽ regẽ q̃rebãt.
⁊ si nihil regalis excellẽtie in eo viderũt: tñ
soliꝰ stelle testimonio ꝯtẽti adorauerunt. vi
derunt enĩ hoĩez ⁊ agnoscũt deũ: ⁊ offerũt
munera dignitati xp̃i ꝯgruẽtia. aurũ quidẽ

quasi regi magno. thus qd̕ in dei sacrificio
ponitᷣ immolãt vt deo. mirrha qua mortuo
rũ corpa ꝯdiuntᷣ p̄betᷣ tanꝗ̃ ꝓ salute oĩum
morituro. Et vt Greg. dicit. Instruimur vt
nato regi aurũ ꝑ qd̕ significatᷣ sapiẽtia of-
feramꝰ in ꝯspectu eiꝰ lumine sapiẽ splẽden-
tes. thus autẽ ꝑ qd̕ exprimitᷣ orõnis deuo
tio offerimꝰ si ꝑ orationũ studia deo redo-
lere valeamꝰ. mirrhã que significat mortifi
cationez carnis offerimꝰ si carnis vitia per
abstinentiã mortificamꝰ. Et sicut Aug. di
cit in sermone epyphanie. Cũ multi reges
iudeoꝝ nati fuissent atq̃ defuncti: nullũ eo
rũ magi adorandũ quesierũt. Non itaq̃ re
gibꝰ iudeoꝝ quales illic esse solebant hunc
tam magnũ honorem longinqui alienige-
ne ⁊ ab eodem regno prorsus extranei a se
deberi arbitrabantᷣ. Sed talẽ natũ esse didi
cerunt in quo adorando se salutez que s̃m
deum est consecuturos minime dubitarẽt.
Hec Thomas. Et sic patet ⁊c.

Secũdo nos magi vidi-
mus stellã spũalis reuelatiõis. i. fidei in cor
dibus nr̃is de diuinitate ⁊ hũanitate istius
pueri. Sciendũ ꝙ dyabolus volẽs sedu-
cere mẽtes istoꝝ magorũ ne crederẽt ꝙ sit
verꝰ deus ⁊ messias ꝓmissus in lege: addu-
cit decẽ rõnes valde apparẽtes: quibꝰ respõ
dent magi vt pz. Prima rõ est. Iste puer
generãdus annũciatᷣ femine. ꝗ est hõ ⁊ nõ
deꝰ. pz ꝯñia. qꝛ Ysaac: Sampson: Iohes ba
ptista annũciantᷣ matribꝰ ⁊ patribꝰ eoꝝ: q̃
tñ nõ fuerũt nisi hoĩes. Rñdent magi ⁊ di
cunt. Uerũ est ꝙ iste puer annũciatᷣ femĩe
sed virgini. Vñ Esa. vij. dic̃. Ecce virgo cõ
cipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabitᷣ nomen eius
emanuel. i. nobiscũ deꝰ. Et Ezech. xliiij. Vi-
di portaz in domo dñi clausam. Et Dañ. ij.
Lapis abscisus est de mõte sine manibus.
Et Malach. iij. Statim veniet ad templũ
suũ dñator quẽ vos q̃ritis: ⁊ angelꝰ testa-
menti quẽ vos vultis. Cõueniens enĩ fuit
vt virgini annũciaretᷣ cõceptio saluatoris:
vt redderet mentez eiꝰ attentã ad tante rei
ꝯsiderationẽ. qd̕ q̃dẽ fecit eã salutãdo qua
dã noua ⁊ insolita salutatiõe. Vñ Orige-
nes dicit sup Lucã. Qꝛ si sciuisset ad alium
quẽpiã similẽ factũ esse sermonez: vtpote q̃
habebat legis scientiã: nunꝗ̃ eã quasi pere
grina talis salutatio terruisset. In qua qui-
dem salutatiõe p̄misit ydoneitatẽ eius ad
cõceptũ: in eo ꝙ dixit gr̃a plena. Expressit

cōceptũ in eo ꝙ dixit dñs tecũ. ⁊ ꝓnũciauit
honorē ꝯsequentē: cũ dixit. bñdi. tu in muli.
¶ Secunda ratio est. iste puer cōcipit in vte
ro femine: ergo est hō ⁊ nō deꝰ. patꝫ ꝯña q̄ꝛ
deꝰ cũ sit infinitꝰ oīa implet. iuxta illud pro
pheticũ. Celũ ⁊ terrā ego impleo. ergo non
pōt claudi femine vtero. Rñdent magi ⁊ di
cunt. Concipit eñ cōuenienter in vtero femi
ne. q̄ꝛ vt Aug. dicit lib. xxiij. ꝯtra faustũ qui
hac obiectōne vtebat. Non plane inquit ca
tholica fides q̄ xp̄m dei filiũ natũ ſm carnē
credit ex ꝟgine: nullomodo eũdē dei filiũ sic
in vtero mulieris ĩcludit q̄si extra nō sit q̄si
celi ⁊ terre administrationē deseruerit: q̄si a
patre recesserit. Sed vos manichei corde il
lo quo nihil potestis nisi corporalia fātasma
ta cogitare ista omino nō capitis. vt eñ dic
in ep̄la ad volusianũ. Dominuꝫ iste sensus
est nihil nisi corpora valentiũ cogitare: quo
rum nullũ pōt vbiqꝫ esse totuꝫ: q̄m per innu
merabiles partes aliud alibi habeat neces
se est. Longa alia est natura aīe q̄ corporis
quāto magis dei q̄ creator est aīe ⁊ corporis
nouit vbiqꝫ totus esse ⁊ nullo cōtineri loco
Nouit venire nō recedendo vbi erat. nouit
abire nō discedendo quo venerat. vnde nō
est facta mutatio in deo sed in homīe assum
pto. Sicut pꝫ de sole in nube vbi nulla ē mu
tatio ex parte solis sed ex parte aeris lumē
deferentis ⁊c. Tertia ratio ē. Iste puer na
scitur ⁊ parturit ex femina: ergo est hō ⁊ nō
deꝰ. patꝫ ꝯña. q̄ꝛ sicut mors hoīm subsecuta
est ex pctō ꝑmoꝝ parentũ. ſm illud Geñ. ij.
Quacũqꝫ die comederitis ex eo morte mo
riemini: ita etiā dolor partꝰ. ſm illud Geñ.
iij. In dolore paries filios: sed hoc nō cōue
nit deo. Rñdent magi ⁊ dicũt. Iste puer si
ne dolore matris nascit: q̄ꝛ dolor partꝰ con
sequitur in muliere cōmixtioneꝫ virilē. Vñ
Geñ. iij. Postq̄ dictũ est in dolore paries.
subdit. Sub viri ptāte eris. ⁊ sicut dic Au
gustinꝰ in ſmone de assum. btē ꝟginis. Ab
hac sniā excipit virgo mater dei. que q̄ꝛ sine
pctī collusione ⁊ sine virilis āmixtionis de
trimēto xp̄m suscepit sine dolore: sine inte
gritatis violatiōe: pudore ꝟginitatis inte
gra permansit. Fuit eñ ibi maxima iocundi
tas: q̄ꝛ hō deus natus est in mũdo. ſm illud
Esa. xxxv. Germinās germinabit sicut liliũ
⁊ exultabit letabũda ⁊ laudās. Quarta rō
est. Iste puer nascit in bethleeꝫ ciuitate par
ua ergo est hō ⁊ nō deus. patꝫ ꝯña. q̄ꝛ Esa.
ij. dr̄. De syon exibit lex ⁊ ꝟbũ dñi de hieru
salem. Si iste puer esset deꝰ g̃ in hierl'm debu
isset nasci. Rñdent magi ⁊ dicũt. Ideo do
ctores cũ eos interrogauissemꝰ de loco na
tiuitatis eiꝰ dixerũt ꝙ in bethleē nasci debe
bat: q̄ꝛ factꝰ est ex semine dauid ſm carnem
cui facta fuerat repromissio spālis de xp̄o.
ſm illud. ij. Reg. xxiij. Dixit vir cui cōstitu
tum est de xp̄o dei iacob: ⁊ ideo in bethleem
de qua natꝰ fuit dauid nasci voluit: vt ex ip̄o
loco natiuitatꝭ ꝓmissio facta impleta oñde
retur. etiaꝫ Michee. v. dr̄. Tu bethleē effra
ta paruula es in milibꝰ iuda. ex te eñ mihi
egrediet qui erit dñator in israel: ⁊ egressus
eiꝰ sicut ab initio a diebꝰ eternitatꝭ vbi trās
latio caldaica hꝫ ex te. egrediet messias ⁊c.
¶ Quinta ratio est. Iste puer nascit ploran
do: ergo est hō ⁊ nō deus. pꝫ ꝯña Sap. vij.
Similē vocē omībꝰ emisi plorās. Rñdent
magi ⁊ dicũt. Iste ploratꝰ cōgruit fini incar
natiōis. q̄ꝛ ad hoc filiꝰ dei carne assumpta ve
nit in mũduꝫ vt ꝑ pctō hũani generis satis
faceret. vnꝰ aũt ꝑ pctō aliꝰ satisfacit: duꝫ pe
nam pctō alteriꝰ debitam in seip̄m suscipit.
ploratꝰ aũt est pena pctī q̄ð est in mũduꝫ ꝑ
adam introductũ. Vñ cōueniēs fuit q̄tum
ad finē incarnationis ꝙ huiꝰ penalitates in
nostra carne susciperet vice nostra. ſm illud
Esa. liij. Vere languores nostros ip̄e tulit.
¶ Sexta ratio est. Iste puer inuoluit pānis
ergo est hō ⁊ nō deꝰ. pꝫ ꝯña Luc. ij. Inueni
etis infantē pānis inuolutũ. Rñdent ma
gi ⁊ dicũt illud maximi in sermo. de natiuita
te dñi. Si tibi sensuũ tuoꝝ fragilitate minꝰ
dignũ videt filiũ dei de femina natũ credere
ꝟginē cogita peperisse. Si tibi pāni quibus
obuolutus est fortasse vilescũt: angelos col
laudātes ⁊ multitudineꝫ celestis exercitus
admirare. ⁊ Esa. lx. dr̄. Surge illumīare hie
rusalē: q̄ꝛ venit lumē tuũ ⁊ glīa dñi s. t. o. ē.
¶ Septima ratio est. Iste puer nascit inter
aīalia: ergo est hō ⁊ nō deꝰ. pꝫ ꝯña. q̄ꝛ dicit.
In medio duoꝝ aīaliũ cognosceris. Respō
dent magi ⁊ dicũt sic Esa. i. dixit. Cognouit
bos possessorē suũ ⁊ asinꝰ ꝑsepe dñi sui. Per
hoc astruit fides incarnatōis in iudeis desi
gnatis ꝑ bouē vt pꝫ in pastoribꝰ. ⁊ in gētili
bus designatis ꝑ asinũ: vt pꝫ in nobis mag
Vñ hũc credimꝰ verā aīam ⁊ verā carnem
habuisse ⁊ nō fantasticā. ꝑ bouē eñ designa
tur maturitas discretōnis q̄ fuit ꝑfectissime
in aīa xp̄i. per asinũ designat austeritas one
ris q̄ fuit in corpe eiꝰ ¶ Octaua rō est. Iste
puer nascit in diuersorio ⁊ in presepio. g̃ est

homo ⁊ nō deꝰ. pꝫ ꝯn̄a Luc. ij. Reclinauit eū in p̄sepio: qꝛ nō erat ei locꝰ in diuersorio. Rn̄dent magi ⁊ dicūt illud Maximi in sermone de natiui. dn̄i. Si p̄sepe in quo infans iacuit despicis erige paulisper oculos ⁊ nouam in celo stellā ꝓtestantē mūdo natiuitatem dn̄i cā cōtuere. Si credis vilia crede mirifica. Si de his q̄ humilitatꝭ sunt disputas: q̄ alta sunt ⁊ celestia venerare. Et Esa. lx dicit. Et ambulabūt gētes in lumine tuo: ⁊ reges in splendore ortus tui ⁊c̄. ¶ Nona rō est. Iste puer vocaꝛ noīe humano: qꝛ iesus. q̄ ē homo ⁊ nō deꝰ. pꝫ ꝯn̄a. qꝛ Exo. iii. dꝛ. Cur q̄ris nomē meū qđ est mirabile. Rn̄dent magi ⁊ dicūt illud Esa. lij. Propter hoc sciet populus meꝰ nomē meū in die illa: qꝛ ego ipse qui loquebar ecce adsum. Multa etiā dicta sunt de hoc noīe iesus in s̄mo. de circūcisiōe.

¶ Decima rō est. Vos magi offertꝭ mirrhā huic puero: q̄ est homo ⁊ nō deꝰ. pꝫ ꝯn̄a: qꝛ mirrha p̄seruat a corruptiōe. Rn̄dent magi ⁊ dicūt. Prophete p̄nūciauerūt hūc puerum esse deū ⁊ hoīem ex nostris muneribꝰ. Naꝫ dauid in ps̄. dicit. Reges tharsis ⁊ insule munera offerent. Reges arabū ⁊ saba dona adducēt ⁊ adorabūt eū. ⁊ Esa. lx. dic̄. Oēs de saba veniēt aurū ⁊ thꝰ deferētes ⁊c̄.

¶ Tertio nos magi vidimus

stellā p̄sonalis incarnatōis. Sicut em̄ Chryso. dicit. Ab oriēte venerūt magi quia vnde dies nasciꝛ inde initiū dei ꝓcessit: qꝛ fides lumē est aīarū. vel qꝛ oēs q̄ ad xp̄m veniunt ab ip̄o ⁊ ꝑ ip̄m veniūt. Vn̄ dꝛ Zach. vi. Ecce vir oriēs nomē eiꝰ. Dicunꝛ autē ab oriēte ad litterā venisse. vel qꝛ de vltimis orientis partibꝰ venerūt s̄m quosdā. vel qꝛ de aliquibꝰ vicinis partibꝰ iudee venerūt: q̄ tn̄ sunt regioni iudeoꝝ ad orientē. Cū aūt primo xp̄s natus est stella apparuit: qua visa statim magi iter arripiētes longissimuꝫ iter in. xiij. diebꝰ pergerūt. parti q̄dē adducti diuina ꝟtute. partim aūt dromedarioꝝ velocitate. s̄m illud Esa. lx. Inundatio cameloꝝ operiet te dromedarij madian ⁊c̄. Visa aūt hac stella ꝑueniētes hierl'm q̄siuerūt stellaꝫ incarnatā. s. iesum xp̄m. q̄ dicit Apoc. vlti. Ego sum genꝰ ⁊ radix dauid: stella splēdida ⁊ matutina. Ab hac stella ꝓcedūt q̄ttuor radij. vt dic̄ Paulus. i. Cor. i. Factꝰ est nobis xp̄s a deo sapiētia ⁊ iusticia sc̄tificatio ⁊ redemptio. A sapiētia ꝓcedit radiꝰ illustrās. A iusticia radius informās. A sc̄tificatiōe radius purgās. A redemptiōe radiꝰ liberās.

Perquirētes aūt hāc stellā. s. xp̄m Herodes rex turbatꝰ est: ⁊ valde couenienꝛ ꝓpꝛ tria.

¶ Primo q̄dē qꝛ per hoc manifestaꝛ celestis xp̄i dignitas. Vn̄ Greg. dicit in omel. Celi rege nato rex terre turbatꝰ est: qꝛ nimirū terrena altitudo ꝯfundiꝛ cū celsitudo celestis aperiꝛ. ¶ Secūdo qꝛ per hoc figuraꝛ iudiciaria xp̄i potestas. Vn̄ Aug. dicit in s̄mo. epiphanie. Quid erit tribunal iudicātis qn̄ superbos reges cuna terrebat infantis. ¶ Tertio qꝛ per hoc figuraꝛ deiectio regni diaboli. qꝛ vt Leo papa dic̄ in s̄mo. epipha. Nō tm̄ herodes semetip̄o turbaꝛ quantū dyabolꝰ in herode. Herodes em̄ hoīem estimabat. s꞉ diabolꝰ deū ⁊ vterqꝫ regni sui successorē timebat: diabolꝰ celestē: s꞉ herodes terrenum superflue tamē. qꝛ xp̄s nō venerat regnū terrenū in terra habere. vt Leo papa dic̄ herodi loquēs. nō capit xp̄m regia tua: nec mūdi dn̄s p̄tātis tue sceptri est cōtentꝰ angustijs. Etiā ⁊ oīs hierosolyma turbaꝛ qui tn̄ magis gaudere debuerāt. ⁊ hoc ē qꝛ vt Chryso. dic̄ de aduētu iusti nō poterāt gaudere iniq̄. aut volētes fauere herodi quē timebāt. Populus em̄ plꝰ iusto fauet eis q̄s crudeles sustinet. ⁊ ꝓpꝛ hāc turbationē vt dic̄ Aug. in q̄dam s̄mo. innocētū. qꝛ timebat ne puer cui sydera famulanꝛ sp̄em suā paulo sup̄ etatē vel infra trāsformaret: nō statim recedētibꝰ magis: sed post bienniuꝫ interfecit pueros. vel qꝛ interim accusatꝰ iuit romā vel aliquorum periculoꝝ terroribꝰ agitatꝰ a cura interficiēdi puerū interim destitit. vel qꝛ credidit magos fallaces stelle visiōe deceptos: post ꝙ nō inuenerūt quē q̄siuerunt erubuisse ad se venire. Licet aūt pueri sint interfecti ab herode: tn̄ nō cessit in eoꝝ detrimētū: s꞉ in eorū ꝑfectū. Dicit em̄ Aug. in s̄mone. quodā de epiphan̄. Absit vt de illoꝝ p̄mio q̄ pro eo interficerenꝛ ad liberādos hoīes xp̄s veniēs nihil egerit q̄ ꝑendēs in ligno ꝓ eis a quibꝰ interficiebaꝛ orauit. Et vt sanctꝰ Tho. sc̄da sc̄de. q. cxxiiij. ar. i. dic̄. Quidā dixerūt ꝙ in innocentibꝰ acceleratꝰ est miraculose vsus liberi arbitrij. ita ꝙ etiā volūtarie martyriū passi sunt. Sed qꝛ hoc ꝑ auctoritatē scripture nō comprobaꝛ. meliꝰ dicendū est ꝙ martyrij gloriā quā in alijs ꝓpria volūtas meretur: illi paruuli occisi ꝑ dei grām sunt assecuti. nam effusio sanguinis ꝓpter xp̄m vicē gerit baptismi. Unde sicut pueris baptizatꝭ ꝑ grām baptismalē meritū xp̄i operaꝛ ad

gloriā obtinendaꝝ:ita in occisis ꝓpter xp̄m meritū martyrij xp̄i operaᷓ ad palmā martyrij cōsequendā. Vn̄ Aug. dicit in quodā s̄mone de epiphan̄. quasi eos alloquēs. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro xp̄o qui etiā paruulis baptismū ꝓdesse nō estimat xp̄i:nō habebatis etatē qua in passurum xp̄m crederetis:sed habebatis carnē in qua ꝑ xp̄o passuro passionē sustineretis hec Thomas. ⁊c.

¶ Quarto nos magi vidimus stellā supernalis fruitionis. nā angelo duce redierūt ꝑ aliā viam:⁊ reuersi in regionem suā. Edocti sunt ꝑ frequētes apparitiones angeloꝝ tandē baptizati a btō thoma ap̄lo. s̄m fidē xp̄i vixerūt donec btō fine in pace quieuerūt. quoꝝ aīe in celo intuitiue ⁊ beatifice vident stellam diuinitatis. Amē.

¶ In festo sancti Anthonij abbatis Sermo. xi.

Ostendit illi regnū dei. Sap. x. ⁊ in ep̄la presentis solēnitatis. Beat⁹ Aug. li. xxij. de ciuitate dei dicit sic. Qđ de⁹ preparauit diligentib⁹ se:fide nō capitᷓ:spe nō attingitᷓ: charitate nō cōprehenditᷓ:desideria ⁊ vota oīa transgreditᷓ acquiri pōt:extimari nō potest. hec ille. Super quo v̄bo moueo talem questionē. Vtrū beat⁹ anthoni⁹ sue actiōis merito regni celoꝝ potit⁹ fuerit brauio. Ad istam questionē r̄ndent duo doctores eccl̄ie ¶ Prim⁹ est Hierony. sup psal. lxviij. dic̄ sic. Regnū celoꝝ nō est dātis s̄ accipiētis. Nō est em̄ ꝑsonarū acceptio apud deū. sed quicunq̄ se talē prebuerit vt regno celoꝝ dign⁹ fiat:hic accipiet qđ nō est paratū ꝑsone sed vite. hec ille. Secūdus est Johānes Chrysosto. in omel. de septuag. dicēs sic. Grādis violētia est in terra nasci ⁊ celū rapere:qđ habere nō possum⁹ per naturā. Regnū celorum patitur vim q᷑ glīa dn̄i israel:patribus debita:a ꝓphetis nūciata: a xp̄o oblata: fide gentiū occupaᷓ ⁊ rapiᷓ dum ꝑ penitētiā quā iohānes p̄dicauit:reuiuiscūt ad celestē patriā q̄si in alienū locū redeuntes. hec ille. ¶ Sciendū ꝙ regnū celoꝝ acq̄ritur octo modis. ¶ Primo per negociationē Math. xiij. Emit agrū illū. Sic em̄ dixit dn̄s Luc. xvi. Facite vobis amicos de mām̄ona iniq̄tatis vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. Secūdo ꝑ importunitatē. Mat. xi. Regnū celoꝝ vim patiᷓ:⁊ violēti rapiūt illud. Sup quo Greg. in omel. dicit sic. Regnū celoꝝ rapi vult n̄ris fletib⁹ qđ n̄ris meritis nō valem⁹. Sic em̄ rapuit ille q̇ ab amico postulauerat tres panes. ⁊ licz prius fuissent denegati t̄m obtinuit per importunitatē. ¶ Tertio ꝑ fraudationem. s. per furtū. Sic furatus est latro ille regnū celoꝝ:q̇ licet prius m̄lta mala fecerit: subito t̄m ex inspirato obtinuit regnū illud:cum audiuit in cruce. Hodie mecū eris in paradiso. Luc. xxiij. Qui ergo furari didicerat ⁊ iam multa furat⁹ fuerat: tandē furat⁹ est regnū celoꝝ. ¶ Quarto per cōmutationē. Math. xix. Omnis q̇ reliquerit domū aut agros ꝓpter nomē meū centuplum accipiet ⁊ vitam eternā possidebit. Sic em̄ cōmutauit cui dn̄s dixit. Vade vende om̄ia q̄ habes ⁊ da paup̄ib⁹:⁊ veni ⁊ sequere me:⁊ habebis thesaurū in celo. Mat. xiiij. ¶ Quinto ꝑ assecutionē. s. laboꝝ ⁊ dolorum. Math. iiij. Penitētiā agite:appropinquauit em̄ regnū celoꝝ. Sic em̄ assecut⁹ est paul⁹ di. ij. Coꝝ. xi. In labore ⁊ erūna in frigore ⁊ nuditate: in plagis supra moduz: in mortib⁹ frequēter. ¶ Sexto ꝑ gratificationē Titū. ij. Non ex operib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos sed s̄m mis̄icordiā suā saluos nos fecit. Et Esa. lv. Qui nō habetis argentum ꝓperate emite ⁊ comedite absq̄ argento:⁊ absq̄ vlla cōmutatione vinum ⁊ lac. Sic em̄ gratis conferebaᷓ illis qui ad nuptias vocati fuerant. Math. xxij. Nuptie quidē parate sunt sed qui inuitati erant non fuerunt digni. ¶ Septimo per cōpulsionē. Luce. xiiij. Compelle intrare vt impleatur domus mea. ps. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accelerauerunt. Sic em̄ paulus compulsus fuit:quando in via in qua ibat damascū circunfulsit eū lux de celo. Act. ix. ¶ Octauo ꝑ oblationē. Nam regnū celoꝝ t̄m valet q̄tū habes:maxime per opera misericordie. vt dicitur Math. xxv. Sed beat⁹ anthoni⁹ acquisiuit regnū celorū signāter per cōmutationem. Nam cum viginti esset annoꝝ ⁊ audiret legi in eccl̄ia. Si vis perfect⁹ esse vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da paup̄ib⁹ ⁊ habebis thesauros in celo. oīa sua vendēs paup̄ib⁹ erogauit ⁊ heremiticā vitā duxit. Ideo August. in omel. dic̄ sic. Qui celesti vite dulcedinem inquantū possibilitas admiserit ꝑfecte cognouerit ea q̄ in terris amauerat libenter cūcta derelinq̄t. In cōpatiōe ei⁹ vilescūt oīa deserit habita:dispergit congregata:inarde-

ficit in celestibꝰ animus. Nihil in terrenis re
bus deforme conspicit quicq̇d de terrene rei
placebat specie: q₂ sola ꝓciose margarite cla
ritas fulget in mente. hec ille. Et q₂ beatus
anthoniꝰ oīa terrena cōtempsit ꝓpter deuz
ideo ostendit illi regnū dei. ⁊ Rabanꝰ super
illud Math. xix. Ueni ⁊ sequere me. dic̄ sic.
Non sufficit ad ꝓsecutionē omīa renūciare
nisi post cōtemptas diuitias saluatorē seq̄-
tur. i. relictis malis faciāt bona. faciliꝰ saccu
lus relinquit̄ q̄ꝫ affectꝰ. Multi diuitias relī
quētes dn̄m nō sequunt̄. hec ille. Hoc patu
it in multis antiquis philosophis. Un̄ Hie
rony. in ep̄la ad heliodoruz ait. Crates the
banus hō ditissimꝰ cū ad philosophandum
athenas pergeret magnū auri pondus abie
cit: nec put[a]uit se simul posse ꝟtutes ⁊ diui-
tias possidere. Abite inquit male cupidita-
tes ego vos subiugabo ne subiuger a vobis
hec ille non tamē secutꝰ est xp̄m. q₂ vt dicit
Hieron̄. ibidē. Sequit̄ aūt dn̄m q̇ imitator
est eiꝰ ⁊ per vestigia eiꝰ gradit̄. hec ille. Sed
beatꝰ anthoniꝰ diuitias suas dispersit ⁊ de-
dit pauperibꝰ: ⁊ cū hoc secutꝰ est viam xp̄i.
iuxta illud Job. xxiij. Uestigia eiꝰ secutꝰ est
pes meꝰ: viam eiꝰ custodiui ⁊ non declinaui
ab ea. ideo oñdit illi regnū dei. vt dicit ꝟbuz
primo propositum. ⁊ sic patet ⁊c̄.

¶ Ostendit illi regnum celorum.

- In religione.
- In temptatione.
- In humiliatione.
- In discretione.
- In obseruatione.
- In oratione.
- In reuelatione.
- In consummatione.

¶ Primo xp̄s ostendit bea
to anthonio regnū dei in religione. Un̄ Ce
sarius in admonitōne. xxviij. dicit sic. Uide
te vocationē vestrā fratres charissimi. Ue-
nire ad heremū summa perfectio est nō per
fecte in heremo viuere summa damnatio ē
Quid ꝓdest si in loco quies teneat̄ ⁊ inqui
etudo in corde seruet̄. Si in habitatione si-
lentiū sit ⁊ in habitatoribꝰ clamor viciorūz:
tumultꝰ ⁊ colluctatio passionū. Si exterio-
ra nostra seueritas teneat: ⁊ interiora tem-
pestas obruat. hec ille. ¶ Sciēdū q̄ꝫ quadru-
plex est gradus religionis. ¶ Primꝰ est qui
intendit ad exteriores actiones qui totalit̄
consistit in occupatiōe exteriori, sicut elemo
synas dare: hospites recipe: ⁊ alia huiusmo
di que sunt minora operibꝰ cōtemplationis
nisi forte in casu necessitatis. Un̄ Chrysost.
lib. de compūctiōe cordis dicit sic. Iste susci
piendo peregrinū vestiēdo nudū: captiuum
redimēdo: violēter oppressum tuendo: iugi
ter ab om̄ibꝰ iniquitatibꝰ suis cor euacuat:
⁊ vitam suā bonorū operum fructibꝰ ditat.
hec ille. ¶ Secūdus gradus est qui ordinat̄
ad cōtemplationē in societate viuēdo. puta
castigando corpꝰ per ieiunia: vgilias: disci-
plinas: ⁊ orōni iugiter insistendo. Un̄ Jo-
hannes cassianꝰ lib. v. de collationibꝰ patrū
dicit sic. ita inquit. Machariꝰ debere mona-
chum ieiunijs operā dare vt cētuz annis in
corpore cōmoraturum: ita motꝰ animi refre
nare vt iniuriarū obliuisci: tristiciāq₃ respue
re: dolores quoq₃ ac detrimenta contemne-
re tanq̄ꝫ continue moriturū. ¶ Tertius gra-
dus est qui ordinat̄ ad docēdū ⁊ predican-
dum: qui ex plenitudine cōtemplatiōis de-
riuatur. Un̄ Greg. in omel. v. sup Ezech.
dicit sic. De perfectis post cōtemplationē re
deūtibꝰ dicit̄. Memoriā suauitatis tue eru
ctabūt. ⁊ iste gradꝰ est ꝑfectior secūdo gra-
du. Sicut em̄ magis est illuminare q̄ꝫ soluz
lucere. ita maiꝰ est cōtemplata alijs tradere
q̄ꝫ solū cōtemplari. ¶ Quartꝰ gradꝰ est q̇ or-
dinatur ad vitā solitariā. ⁊ iste est ꝑfectissi-
mus. Nam vita socialis necessaria est ad ex
ercitiū ꝑfectōis: q₂ mutuo se instruūt ꝟbo:
exēplo: ⁊ correptōe: tandē ad ꝑfectionē de-
ducūt. Solitudo aūt cōpetit iam ꝑfectis q̇
sc₃ sibi sufficiūt: nec alioꝝ regimine indigēt
ß solo spū dei agunt̄. Sicut ergo id qḋ iam
ꝑfectū est ꝓeminet ei qḋ ad ꝑfectionē exer
cetur: sic vita solitaria si debite assumat̄ pre
eminet vite sociali. Un̄ Aug. lib. de opibus
monachoꝝ dicit illos supiores esse: q₂ cōspe
ctu hoīm sepati: nulli ad se prebēt accessum
viuētes in magna intētione orōnū. Si autē
absq₃ precedēti exercitio talis vita assumat̄
est periculosissima nisi per diuinā grām sup
pleatur qḋ in alijs per exercitiū acquirit̄: ⁊
in isto gradu fuit beatꝰ anthoniꝰ: vt p₃ per
ea que ad hanc vitā exigunt̄. Un̄ Hieron̄.
in ep̄la ad rusticū monachū dicit sic. Solita
riam vitā numq̇d reꝓhendimꝰ: minime q̇p-
pe quaz sepe laudamꝰ. Sed de monasterijs
huiꝰ volumus egredi milites: quos heremi
dura rudimenta nō terreant: qui spem con-
uersationi multo tempore dederunt q̇ oīm
fuerunt minimi vt ꝓmi omniū fierēt: quos

nec esuries: nec saturitas aliquando superauit ꝗ paupertate letāt: quoꝝ habitꝰ. ſmo: vultus: incessus: doctrina ꝟtutū est. hec ille. Sz beato anthonio tantā deus infudit grām vt hec oīa facillime obseruauerit. Cui deus dixit illud Geñ. xij. Egredere de terra tua ⁊ de cognatiōe tua: ⁊ de domo patris tui ⁊ veni in terrā quā monstrauero tibi: ⁊ magnificabo nomē tuū. Et qꝛ beatꝰ anthonius obediuit voci dn̄i: heremiticā vitā duxit in qua sepissime impugnabat a demonibꝰ: ⁊ pmaxīe dū in quodā tumulo latitaret: flagellatꝰ fuit acerrime ab eis quos constantia supauit ⁊ ei xp̄s cū splēdore mirabili apparuit ⁊c̄.

¶ Secundo xp̄s ostendit beato anthonio

regnū dei in temptatiōe. Vn̄ Aug. super psal. xxxij. dic̄ sic. Justus ex fide viuit: fides tua iusticia tua: qꝛ vtiqꝫ si credis caues. si caues conaris: ⁊ conatuz tuū deus nouit ⁊ voluntatē tuā inspicit ⁊ luctam cuz carne cōsiderat: ⁊ hortatur vt pugnes: ⁊ adiuuat vt vincas ⁊ certantē spectat ⁊ deficientem subleuat: ⁊ vincentem coronat. hec ille. ¶ Sciendū ꝙ cuz voluntas nostra nō possit appetere nisi bonū vel existēs vel apparēs temptatio nō est nisi de bono qđ cōcupiscimus. Sicut est quadruplex bonū: sic etiam est quadruplex temptatio. ¶ Primo quedā bona sunt sup̄ nos: vt supnaturalia. de quibus deus dixit moysi Exo. xxxiij. Ego ostēdam tibi oēe bonū ¶ Secūdo. quedā bona sunt intra nos: vt bona anime. de quibus dixit Mich. vi. cap̄. Indicabo tibi o homo qđ sit bonuz ⁊ quid dn̄s requirat a te. vtiqꝫ facere iudiciū ⁊ iusticiā: diligere miſicordiam: ⁊ sollicitū te ambulare cū deo tuo ¶ Tertio quedā bona sunt circa nos: vt bona corporis. de quibꝰ dixit Esa. Pugillus qui est extraordinariꝰ dicit fratris mei bona ⁊ magna sunt: ⁊ nō fuit bn̄placitū in eis ¶ Quarto quedā bona sunt extra nos: vt bona fortune. de quibꝰ dixit Joseph fratribus suis. Geñ. xlv. Dabo vobis oīa bona egypti. De istis est quadruplex temptatio ¶ Primo de supnaturalibꝰ vt fides in eis corrumpatur Exemplū. Elimas magus querebat auertere procōsulē a fide. vt habet Act. xiij. ¶ Secūdo de internalibꝰ vt de ꝟtutibꝰ superbiat. Sicut pͥmus angelus qui voluit equari deo vt habet Ezech. xviij ¶ Tertio de corporalibus vt carnaliter viuatur. sicut Dauid victꝰ voluptate in bersabee. ij. Reg. xi ¶ Quarto de externalibꝰ vt criminaliter rapiatur: sicut Judas volens vendere xp̄m ex auaricia. His quattuor modis temptatꝰ fuit beatus anthoniꝰ. Quantū ad primū modum patet: quia diabolus celsus corpore apparens beato anthonio ⁊ se dei ꝟtutē ⁊ prouidentiā asserens victus abscessit. Quantū ad secunduz modū patet: quia diabolus in magna proceritate apparuit beato anthonio: ita vt celum tangere videretur. quē anthoniꝰ interrogauit ꝗs esset: ⁊ ipse cuz se sathanam affirmasset: addidit. Cur me sic impugnant monachi ⁊ mali xp̄iani? Anthonius respondit. Juste hoc faciunt quia tuis insidijs molestantur ⁊c̄. Quantū ad tertiuz modū patz: qꝛ spiritū fornicatōis virtute fidei superauit ⁊c̄. ¶ Quantū ad quartū modum patet: quia in alteram heremuz vadēs discum argenteū repperit: ⁊ vltra progrediens ingentē massam veri auri inuenit: sed illis intactis ad montē fugiēs viginti annis ibi permansit: innumeris choruscās miraculis. Et quoniā sic vicit diaboli temptatiōes ideo data est beato anthonio potestas patrocinandi ad ignem infernalē. vt dicit sanctus Tho. iiij. sentētiaruz. dist. xlv. q. iij. ar. ij. ad secundum dicendum vt patet.

¶ Tertio christus ostendit

beato anthonio regnum dei in humiliatiōe. Unde Chrysosto. in suo policratoñ. lib. iiij. dicit sic. Quisquis gradū proprie celsitudinis amat: humilitatis cultū in moribus diligentissime teneat. Naz qui ab humilitatis operibus recedit a dignitatis fastigio tumoris pondere cadit. hec ille. Sciendūz ꝙ cū humilitas sit virtus latens in corde. signa humilitatis sunt quattuor. ¶ Primū signuz est in gestu. scꝫ quādo quis composite inclinatur: sicut signum superbie est eleuari. Esa. iij. Pro eo ꝙ eleuate sūt filie syon ⁊ ambulauerunt collo extento ⁊ nutibus oculoꝝ ibāt ⁊ composito gradu incedebant: decaluabit dn̄s verticem filiarum syon: ⁊ crimen earū nudabit ⁊c̄. ¶ Secundū signū est in affatu: qꝛ ad humiles pertinet loꝗ cū modestia. sicut ad superbos cum arrogātia. ps̄. Qui dixerunt linguam nostraz magnificabimꝰ ⁊c̄. ¶ Tertiū signū est in vestitu: qꝛ sicut signum supbie est vestiri preciose: vt patet de diuite induto purpura ⁊ bysso. Luc̄. xvi. Sic humilitatis est vestiri viliter ⁊ abiecte. vt patz in rege Niniue. qui abiectis vestimentis re-

galibus indutus est sacco. vi dicit᷑ Jone. iij. Quartū signū est in effectu. scilꝫ cum quis exercet opera humilia. sicut patet de xp̄o q̄ lauit pedes discipuloꝝ suoꝝ. vt dicitur Joh̄ xiij. Humilitas enī est prima virtus. Sicut superbia fuit p̄mū viciuꝫ a quo incepit omnis perditio. Unde dicitur Judith. ix. Superbi non tibi placuerunt ab initio dn̄e. sed humilium ⁊ mansuetoꝝ semper tibi placuit deprecatio. Ideo cum sanctꝰ anthoniꝰ quereret ⁊ inuestigaret per quā v̓tutem posset resistere temptationi diaboli. in spiritu raptus vidit totum mundū laqueis sese inuicem cōnectentibus plenum. Qui exclamās ait. O quis istos euadet? ⁊ audiuit: humilitas. quo audito semper in humilitate permansit ⁊c̄.

Quarto xp̄s ostendit beato anthonio regnum dei in discretione. Un̄ Bern̄. sermone. xxiiij. super cantica dicit sic Discretio quippe om̄i v̓tuti ordineꝫ ponit atqꝫ modum tribuit. Est ergo discretio animi v̓tus moderatrix v̓tutum: ordinatrixqꝫ affectuum: ⁊ doctrix morum. Tolle hanc et v̓tus vicium est ipsaqꝫ affectio naturalis in perturbationē magis conuertet᷑ exterminiumqꝫ nature. hec ille. Sciendū ꝙ discretio est necessaria circa quattuor. Prīo in probatione: vt scilꝫ res probet᷑ anteq̄ȝ fiat. Un̄ Tullius lib. de officijs dicit sic. Ad rem gerendaꝫ q̄ accedit: caueat ne ad id solūmodo consideret ꝙ honesta sit: sed etiaꝫ vt habeat efficiendi facultateꝫ. In quo ip̄o considerandū est ne aut temere despicias propt᷑ ignauiam: aut nimiū deficias propt᷑ audaciam. In om̄ibus autē negocijs priusq̄ȝ aggrediare habenda est discretio. Considera ergo ne nimis capias. Nam in ꝓuerbio dicitur. Qui nimis capit parum stringit. hec ille. Exemplū. Dauid discrete ꝓbauit si posset armatus incedere anteq̄ȝ pugnaret contra goliam ⁊c̄. i. Reg. xvij. Secūdo in ordinatione: vt scꝫ ordinate faciat. Unde Johānes Cassianꝰ lib. de collationibꝰ sanctorum patruꝫ in collatione abbatis moysi: dicit sic In vtraqꝫ enī parte sustinebit maximū detrimentuꝫ quisq̄s inequalitatē tenens: nūc ieiunioꝝ ariditate ventrē constringit. nunc escarū nimietate distendit. vt enī mens cibi inanitate laxata. perdit orōnū vigorē: dū carnis nimia lassitudine pregrauata cōdormire cōpellit᷑. Ita rursum nimietate vorac-

tatis apprehensa: mittere ad deū preces puras leuesqꝫ nō poterit. hec ille. Exemplum. Jacob discrete ⁊ ordinate egit qn̄ debuit obuiare fratri irato munera premittēdo: resꝰ diuidendo: minꝰ dilectas maiori periculo exponendo. Gen̄. xxxij. Tertio in circūspectione: vt scꝫ ad circūstantias operis attēdat. Un̄ Greg. xxxi. moral. dic̄ sic. Sanctoꝝ ꝓuida discretio duꝫ sollicite circūquaqꝫ circūspicit in alterū posita ꝑusq̄ȝ veniat culpa: deprehendit eam: q̄ quo vigilant᷑ prenotat eo fortiter declinat. hec ille. Exemplū in Salomone quo ad iudiciuꝫ duarū meretricū. iij. Reg. iij. Quarto in interpollatione: vt scꝫ interponat aliq̄d in sua iugi actione. Unde Greg. li. xxviij. moral. dicit sic. Ex studio arcus distendit᷑: vt suo temp̱e cuꝫ maiori vtilitate tendat᷑. q̄ si ociū relaxationis nō accipit: feriēdi v̓tutē ip̄o vsu tentōis ꝑdit. Sic aliqn̄ in exercitatōe v̓tus cuꝫ ꝑ discretionē ꝑtermittit᷑ reseruat᷑: vt tanto post vicia valenter feriat: quāto a ꝑcussione interim prudenter cessat. hec ille. Exemplū de scō Anthonio q̄ sagittario eū deridēti ait. Pone sagittā in arcū ⁊ trahe. q̄d ⁊ fecit. Cumqꝫ hoc secūdo ⁊ tertio fieri mādasset: dixit sagittarius. Tantū trahere potero ꝙ de eiꝰ fractōe dolebo. Cui beatꝰ anthoniꝰ. Sic est in opere dei. qn̄ si sup̱ mensurā tendere vellemꝰ: citiꝰ frangeremur. expedit ergo rigorē relaxari: ⁊ in hoc cōsistit magna ꝑfectio discretiōis ⁊c̄.

Quinto xp̄s ostendit beato anthonio regnū dei in obseruatōne scꝫ tēperantie. Un̄ Prosper de vita ɔtēplatiua li. iij. dic̄ sic. Temperātia facit abstinentē parcum: sobriū: moderatū: pudicū: tacitū ⁊ verecundū. Hec v̓tus si in aīo habitat libidines frenat: affectꝰ tēperat: desideria sancta multiplicat: viciosa castigat: oīa intra nos ɔfusa ordinat: cogitatōes prauas remouet sanctas inserit ⁊ confirmat. ignē libidinose voluptatis extinguit: mentē placida tranq̄llitate cōponit: ⁊ totā aīam ab oī semꝑ viciorum tēpestate defendit. hec ille. Sciendū ꝙ hec obseruatio ⁊ tēperātia dꝫ hr̄e q̄ttuor comites siue socias. Prima ē dn̄a intelligentia. Un̄ Johēs Cassianꝰ li. collationū dicit sic. Monachꝰ cupiēs ad scp̄turarū noticiaꝫ ꝑuenire: nequaq̄ȝ dꝫ labores suos erga cōmentarioꝝ libros impēdere. Sꝫ oēm industriā mētis ⁊ intētionē cordis erga emēdationē vicioꝝ carnalium detinere. quibꝰ expul

fis cordis oculi sublato velamine passionũ
scpturarũ sacra contẽplanť. hec ille. In cui⁹
exemplũ cũ qdã introgasset btm̃ anthoniũ
qd custodiẽs placebo deo: rñdit. Quocũqȝ
vadis sp deũ pre oculis habeas. In his que
agis testimoniũ scripturarũ sanctarũ adhi-
beas. In quocũqȝ loco sederis nõ inde cito
recedas. hec tria custodi ⁊ salu⁹eris. Secũ
da est dña cõtinẽtia. Vñ Bern̄. in quadaȝ
epl'a dicit sic. Labor ⁊ latebre ⁊ voluntaria
pauptas. hec sunt monachorũ insignia. hec
vitã solẽt nobilitare monasticã. Nostri aũt
oculi oẽ sublime cõspiciũt nostri pedes om̃e
forũ circuunt: nostre lingue in om̃ib⁹ consi
lijs pstrepũt. nostre man⁹ oẽ patrimonium
diripiũt. hec ille. In exẽplũ cõtinẽtie sensuũ
nostrorum ab his vicijs. cũ quidã abbas inť
rogasset btm̃ anthoniũ. qd faciã: rñdit. Nõ
cõfidas in tua iusticia. vẽtris ⁊ lingue fit ti-
bi cõtinẽtia. ⁊ ne peniteearis de re transacta.
¶ Tertia ẽ dña solitudo. Vñ Hugo de duo-
decim abusionib⁹ dic̃ sic. Ordo claustri ⁊ or
do curie diuisus est. Ibi sedes in insidijs cũ
diuitib⁹ in occultis vt interficias innocentẽ
hic audis. Non sedi cũ consilio vanitatis: ⁊
cũ iniqua gerẽtib⁹ nõ introibo. Ibi insidia-
ris vt rapias pauperẽ: rapere pauperẽ dum
attrahis eũ. hic dicis. Odiui eccl'iam mali-
gnantiũ ⁊ cũ impijs nõ sedebo. Ibi dextera
tua repleta est munerib⁹: hic lauas manus
tuas inť innocẽtes. Ibi laudať peccator in
desiderijs aĩe sue ⁊ iniquus benedicitur. hic
bñdiciť de⁹. Si vis ẽ eẽ monach⁹ curialis:
laudas qd nõ debes ⁊ nõ expedit: operaris
qd nõ licet: loqueris qd nõ decet. hec ille. In
exemplũ hui⁹ dixit beat⁹ anthoni⁹. Sicut pi
sces si in sicco tardarint moriunť. ita mona
chi extra cellã tardantes: aut cũ viris secula
ribus ĩmorãtes: a quietis pposito resoluun
tur q sedet in solitudine ⁊ qescit: a trib⁹ bel-
lis eripiť. s. audit⁹ locutiõis ⁊ visus: ⁊ cõtra
vnuȝ tantũmodo pugnã habebit. s. cordis.
Quarta est dña taciturnitas. Vñ Hugo
de claustro aĩe li. v. dic̃ sic. Si monach⁹ es qd
facis in turba: Si amas silentiuȝ cur te assi-
due clamãtib⁹ interesse delectat: Tu sp ieiu-
nijs insistere debes: ⁊ fletibus ⁊ tu philoso-
phari qris. Simplicitas monachi philoso-
phia ei⁹ est. ꝯ docere inqs alios volo. Nõ est
tuuȝ docere: ꝯ flere. si tñ doctor esse deside-
ras audi qd facias. Vilitas habit⁹ tui ⁊ sim
plicitas vult⁹: innocẽtia vite: ⁊ sctitas ꝯuer
sationis tue: debẽt hoĩes docere. hec ille. In
exẽplũ hui⁹ abbas qdã rephendit duos fra
tres de nimia loqcitate: dic̃ corã btõ antho.
Bonos qdẽ inueni frẽs: ꝯ eorum habitatio nõ
hȝ ianuã. quilibȝ ĩtrat stabulũ ⁊ soluit asinũ

¶ Sexto xp̃s oñdit btõ an-

thonio regnũ dei ĩ orõne. Vñ Aug. in qdã
smo. dic̃ sic. Oratio ẽ aĩe sctẽ presidiũ ange
lorũ bonorum solaciũ diabolo suppliciũ gratũ
deo obsequiũ: pnĩe ac religionis laus: tota p
fecta glĩa: spes ⁊ sanitas incorrupta. hec ille
Sciẽdũ ꝙ efficacis orõnis qttuor sũt ꝯdi
tiones. Prima ẽ vt petať pie. s. vt petẽs nõ
ponat obstaculũ grẽ. Et h obstaculũ est in-
dispositio petent ad illd qd petiť. Vñ Aug
sup psal. lxv. dic̃ sic. Oratõis pure magna ẽ
ṽtus q mandatũ peragit velut fidelis nũci⁹
⁊ penetrat q caro nõ puenit. h ille. Secũda
est vt petať p se: qr merito cõdigni vn⁹ alte
ri nõ mereť pmã grãm: cũ vix sufficiat ppri
um meritũ. sm illd Math. xxv. Ne forte nõ
sufficiat nobis ⁊ vobis. Vñ Greg. li. ij. mo
raliũ dic̃ sic. Ille deo verã orõnẽ exhibet qui
semetipȝ qr puluis fit: humiliť videt q nihil
sibi ṽtutis tribuit q bona q agit de mĩa con
ditoris cognoscit. h ille. Tertia ẽ vt petať
pseueranť. Luc̃. xv. At si ille perseuerauerit
pulsãs ⁊c̃. Vñ Cassio. sup illd ps. Misere
mei dñe: qm̃ ad te clamaui tota die ⁊c̃. dicit
sic. Magna voce ille clamat ad dñȝ q ꝗuis
lingua taceat: bonis tñ operib⁹ pseueranter
clamat. h ille. ¶ Quarta ẽ vt petať ad salu-
tem. Vñ Chryso. dic̃. De⁹ nõ audit nisi quẽ
dignũ ducit esse suis bñficijs. Et Hiero. ait
Sepe ꝯtra nos petim⁹ qd p nobis eẽ existi
mam⁹. Has qttuor ꝯditões ponit glo. sup il
la pabola. Luc̃. xv. Quis vr̃m habebit ami-
cuȝ ⁊c̃. In horũ exẽplũ btũs anthoni⁹ dũ in
heremo tedio afficereť dixit. Dñe volo sal-
uus fieri: ⁊ nõ pmittũt me cogitatiões mee
⁊ surgẽs exiuit foras ⁊ vidit quẽdã sedentẽ
atqȝ opantẽ. deinde surgẽteȝ ⁊ orantẽ. Erat
eñ angelus dñi ⁊ dixit ei. Sic fac ⁊ saluus
eris. Et sic patet ⁊c̃.

¶ Septimo xp̃s ostẽdit btõ

anthonio regnũ dei in reuelatione. scȝ quo
ad intellectum magnarũ rerum. Unde Au
gusti. li. de doctrina xp̃iana dic̃ sic. Plenitu
do est beatitudo pfecta: vt qsqȝ cito intelli-
gat ⁊ bñ viuat. Sed si forte vtrũqȝ nõ põt
meli⁹ est bñ viueee ꝙ cito intelligere. Qui
eñ studet bñ viuere: mereť ĩamplius intel-

ligere. Qui male viuit perdit etiã qđ intelligit. hec ille. ¶ Sciendũ ꝙ quattuor sunt genera ꝓphetarũ. ¶ Primi sunt fallaces: vt balaam q̃ docuit balaac vt faceret filios israel fornicari cũ moabitis. Nume. xxiiij. ¶ Secũdi sunt ignorãtes: vt cayphas, de quo dicitur Joh. xi. Hoc autẽ a semetipo non dixit: sed cum esset pontifex anni illius ꝓphetauit ⁊c. ¶ Tertij sũt inuiti. vt saul. de quo dr̃. i. Reg. xix. Expoliauit se ⁊ etiã ipe saul vestimẽtis suis ⁊ prophetauit cum ceteris ¶ Quarti sunt veri: vt helyas ⁊ ceteri qui ꝓphetant: aut de preterito aut de presenti aut de futuro. Et de numero istoꝝ fuit beatꝰ anthoniꝰ cui reuelata fuit ꝑsecutio ecclesie ⁊ fidei catholice fienda per arrianos: que post duos annos ab eiꝰ reuelatione cõtigit. Similiter predixit interitũ ballachij ducis egypti persequentis xp̄ianos ⁊c̃.

¶ Octauo xp̄s ostendit beato anthonio regnũ dei in consũmatõne. Vñ Beñ. in quodã sermone dicit sic. Regnum dei conceditur: ꝓmittitur: ostenditur: ⁊ percipitur: Conceditur in predestinatione: promittitur in vocatione. ostenditur in iustificatione. percipitur in glorificatiõe. hec ille. His quattuor modis beatus anthoniꝰ habuit regnum celoꝝ ¶ Primo in predestinatione: per quẽ obtinuit in presenti gratiã. Secũdo in vocatione per quã vanitatibꝰ seculi abrenũciauit ¶ Tertio in iustificatiõe per quã vitã solitariã vtiq; perfectissimã sanctissime duxit. ¶ Quarto in glorificatõe per quã centesimo quinto vite sue ãno fratres deosculãs in pace quieuit: locum vtiq; honorabilẽ in regno celoꝝ adeptꝰ est: vbi regnat cũ xp̄o per infinita seculoꝝ secula. Amen.

¶ In festo sancte Agnetis virginis ⁊ martyris Sermo. xij.

Exiuit obuiam sponso. Math. xxv. ⁊ in euãgelio p̄sentis solẽnitatis. Beatꝰ Bernardus loquens de castitate dicit sic. Cuiꝰ dignior species ẽ v̄ginitas. Hec sola in hoc mortalitatis loco ⁊ tempore quendã statũ immortalis glorie representat. Hec instar odoriferi balsami in quo condita cadauera incorrupta seruantur: sensus ⁊ artus cõtinet ⁊ constringit. hec ille. Super quo v̄bo moueo talẽ q̃stionẽ. Utrũ btã agnes tanto in glia sit excellẽtior: quãto iesu xp̄o per v̄ginitatem fuit cõformior. Ad hanc questionẽ respondent duo doctores noui testamenti. ¶ Primꝰ est beatus Johãnes euangelista. Apoc. xix. dicẽs sic. Et audiui vocẽ quasi tube magne. sicut vocẽ aquarũ multarũ. sicut vocẽ tonitruoꝝ magnoꝝ dicẽtiũ Alleluya. qm̄ regnauit dñs deus noster om̄ipotens. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ demus gloriã ei: quia venerunt nuptie agni ⁊ vxor eiꝰ preparauit se ⁊ datuz est illi vt cooperiat se bissino splendenti ⁊ candido. hec ille. ¶ Secundus est sanctus Thomas. scđa scđe. q. clij. arti. v. dicens sic. Tanto aliqua virtꝰ est maior: quãto per eam magis aliquis xp̄o conformatur. sed maxime aliquis xp̄o conformatur per v̄ginitatem. Dicitur enĩ Apoc. xiiij. Que v̄gines sequuntur agnum quocũq; ierit: ⁊ ꝙ cantant canticũ nouum qđ nemo alius poterat dicere. quia v̄gines sequuntur agnum eo ꝙ imitantur xp̄m nõ solum in integritate mentis sed etiam in integritate carnis. vt Aug. dicit in lib. de v̄ginitate. Et iđo in pluribus sequuntur agnũ. Canticũ autẽ nouũ qđ sole v̄gines cantant. est gaudium qđ habent de integritate carnis seruata. Unde Greg. in pastorali dicit. Singulariter canticũ agno cantare est cũ eo in perpetuũ de carnis incorruptõne gaudere. hec Tho. ¶ Sciendum ꝙ nomen v̄ginitatis sumitur quadrupliciter. ¶ Primo pro incorruptione fidei. Unde super illud. ij. Coꝛ. xi. Despondi vos vni viro v̄ginẽ castaz exhibere xp̄o Dicit glosa Aug. Uirginitas cordis fides est incorrupta. ¶ Secũdo pro integritate carnis. Vñ glo. Aug. super predictũ v̄bum dicit sic. Uirginitas carnis corpꝰ est intactuz Idem cõtra Julianum dicit. Pudicicia est res mentis: v̄ginitas v̄o corporis. ¶ Tertio pro integritate carnis cum pudicicia mẽtis cũ proposito seruandi eã. Vñ Aug. lib. de nuptijs ⁊ ꝯcupiscẽtia dic̃. Que v̄ginitas ẽ in carne corruptibili incorruptõnis perpetua meditatio. Per meditatõnẽ aũt intelligit ꝓpositũ rõnis. ¶ Quarto ꝓ pudicia mẽtis cũ integritate carnis. nõ solũ in ꝓposito seruandi eã: sed etiã in re. Vñ Aug. lib. de v̄ginitate dicit. Que v̄ginitas est cõtinẽtia qua integritas carnis ipi creatori aĩe ⁊ carnis vouetur ꝯsecratur ⁊ ꝯseruatur. Uirginitas aũt sic sumpta ẽ excellẽtissima in gñe castitatis. Et habẽtibꝰ talẽ v̄ginitatẽ ꝯuenit deferre ãnulũ aureũ in ecclia militãti: in signũ ꝙ sunt sponse christi. in triumphanti vero ecclesia merito

huiꝰ virginitatis reddeť aureola. Quia ve
ro beata agnes hanc virginitatē perpetuo
seruauit: merito facta est sponsa xp̄i. cū quo
cōicauit etiā in noīe: q2 ille agnꝰ ⁊ illa agna
per cognitionē fidei ⁊ ꝑ apertā visionez illi
obuiando per abdicationē oīum rerū tpa-
liū ⁊ delectationū carnaliuz a quibus exiuit
Ideo dicitur ꝙ exiuit obuiam sponso.

¶ Exiuit obuiam sponso
Per virginalem integritatem.
Per ornamenti singularitatem.
Per gemmarum preciositatem.
Per fame honestatem.
Per fidei sinceritatem.
Per miraculorum sublimitatem.
Per vnionis inseparabilitatem.

¶ Primo beata agnes exi
uit de mūdo ⁊ ꝓcessit obuiā xp̄o sponso suo
ꝑ virginitatis integritatē. Vn̄ Beda super
Lucā dicit. Sicut xp̄us in summa pace na
tus est vt se pacez diligere ostēderet: ita de
virgine natꝰ est vt se virgineū decus dilige-
re monstraret. Xp̄s em̄ ⁊ virginitatez in se
ſuauit ⁊ matrē virginē habere voluit: ⁊ pa
trem putatiuū. s. ioseph virginē ꝯseruauit: ⁊
p̄cursorē. s. iohannē baptistā. ⁊ familiarē. s.
iohannē euāgelistā virgīes custodiuit. ps̄.
Ambulās in via īmaculata hic mihi mini-
strabat. Virginitas em̄ est diligēda ꝓpter
quattuor. Primo rōne statꝰ supnalis. Naz
vita virginū celesti vite assimilať. Math.
xxv. Simile est regnū celoꝝ decē virginibꝰ
Virgines em̄ figuranť ꝑ pelles hyacincti-
nas q̄ in tabernaculo supiores fuerūt vt di
citur Exo. xxvi. Sup quo Beda in glo. diċ
sic. Hyacinctꝰ celestis est coloris. Per pel-
les hyacinctinas exprimiť virtꝰ illoruz qui
mortificatis illecebris carnis celestē in ter-
ris vitā gerūt ⁊ inter hoīes positi angelicā
puritatē imitanť. q2 neq3 nubūt neq3 nubū
tur. Merito ergo pelles hyacinctine supre-
mū locuz tenēt: q2 color celestis celo ꝓximꝰ
est. Scd̄o rōne actꝰ diuinalis. Nā v̄gitas
facit hoīes similes angelis. Vn̄ Amb. sup
illud. i. Coꝝ. vij. Bonuz est hoī sic esse: dicit
sic. Supergreditur virginitas conditionez
humane nature per quā homines angelis
assimilantur. Tamen maior est victoria vir
ginū q̄3 angeloꝝ. quia angeli sine carne vi
uunt: virgīes vero in carne triūphant. Hie-
ro. In carne preter carnē viuere non terre-
na vita est: sed celestis. Tertio rōne habitꝰ
spiritalis. Nā deꝰ spiritaliter habitat in vir-
ginibus. Vn̄ apl's. i. Coꝝ. vi. Nescitis quo
niā membra vr̄a tēpla sunt dei: ⁊ spūsſctūs
habitat in vobis. Cū em̄ deꝰ sit sanctꝰ. i. mū-
dus: diligit cordis ⁊ carnis mūdiciā. Q̄rto
rōne celibatꝰ triūꝑhalis. Nā virginitas te-
net figurā eccl'ie triūphantis. vn̄ nō ꝯsecra
tur nisi virgo: l3 ep̄s ꝯsecretur q̄ nō est vir-
go. Sctitas em̄ virgīs sanctitatē significat
eccl'ie triūphantis: ⁊ sctitas ep̄i sanctitatez
significat eccl'ie militantis. Unde Aug. su-
per ep'la ad Tytū. vt habeť dist. xxvi. c. acu
tius. dicit sic. Femina si cathecumina vitia
ta est: non pōt post baptisma intra dei virgi
nes consecrari. Beata agnes integritatem
virginitatis diligentissime seruauit: ꝑ quaz
meruit esse sponsa iesu xp̄i. vn̄ ip̄a dicebat.
Amo xp̄m in cuiꝰ thalamū introiui. cuius
mihi organa modulatis vocibus cantant.
Iam corpus eiꝰ corpori meo sociatū est. S3
magnū certamen habuit cōtra p̄fecti filiū
qui volebat sibi surripere virginitatē indu-
cendo ip̄am ad suū coniugiū. Fuerunt em̄
in ip̄a quinq3 impedimenta castitatis que
assumpsit velut instrumenta virtutis. Pri
mo etas iuuenilis. Vn̄ Eccl'i. xi. dr̄. Adole
scentia ⁊ voluptas vana sunt. S3 etatē iu
uenilē mentis canicie tēperauit. vnde dr̄ de
ea. Tertiodecimo etatis sue anno mortem
perdidit ⁊ vitā inuenit. Infantia computa
batur in annis: sed erat senectꝰ mentis imē
sa. Corpore iuuēcula: s3 aīo cana. Vn̄ Sap.
iiij. dr̄. Cani sūt sensus hoīs: ⁊ etas senectu
tis vita īmaculata. Scd̄o pulchritudo cor-
poralis. Prou. xxxi. Fallax gratia ⁊ vana ē
pulchritudo. Sed hāc pulchritudinē corpo
ris maceratione tēperauit. Vn̄ diciť de ea.
Pulchra facie: s3 pulchrior fide. Hanc fidē
demonstrauit in sui corporis maceratione.
Unde Paulus ad Galathas. v. dicit. Qui
aūt sunt xp̄i carnē suā crucifixerūt cū vitijs
⁊ concupiscentijs. Tertio oblatio munera
lis. Multe sunt que nō seducunť iuuētute
nec pulchritudīe: seducunť tm̄ oblatoꝝ mu
nere. Osee. viij. Munera dederūt amatori
bus suis. Ipsa aūt oīno despexit munera q̄
filꝰ prefecti offerebat. Vn̄ dr̄ in legēda. Ce
pit offerre plurima ⁊ plura promittere. De
tulitq3 secum quedam preciosissima orna-
menta que ab ea sunt tanq3 stercora repu-
tata. Sciebat enim ꝙ huiusmodi munera
non dantur sponsis: sed concubinis. Geñ.
xxx. Filius autem concubinarum largitus

est mūera. Quarto nobilitas amabilis. Nobilitas enī viroꝝ facilius inclinat animos puellarū. Ille aūt erat filius prefecti vrbis rome. ⁊ ideo nobilis ⁊ sublimis. Sed ipsa eius nobilitatē comparatiōe sponsi celestis iesu christi vilipēdit. vnde ait. Discede a me fomes peccati pabulū mortis: quia iam ab alio amatore preuēta sum qui longe est nobilior te ⁊ genere ⁊ dignitate. Quinto terror penalis. Multe enī sunt que respuunt munera ⁊ consentiunt propter supplicia. Dañ. xiij. Sic faciebatis filiab⁹ israel: ⁊ ille timentes loquebantur vobis. Sed ipsa terrores ⁊ minas derisit. vnde dicit̄ in legēda ꝙ terrentē similiter sicut blandientē aīo deridebat. Cetere puelle toruos vult⁹ parentum ferre non possunt ⁊ acus puncta districta solent quasi vulnera flere. Hec aūt virgo cruētas carnificū impauida manus expectauit. In hoc enī certamine habuit celeste adiutoriū. s. angelū dei. vnde ipsa dicit. Mecū enī habeo custodē corporis mei angelū dñi. ⁊ sic ꝓcessit obuiā spōso ꝓ ꝟgitatē

Secūdo beata agnes exiuit obuiā sponso suo iesu xp̄o per ornamenti singularitatē. De qua dicitur Prouer. vl. Fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Sciendū ꝙ sponsa adueniente die desponsatiōis ei⁹ debet se ornare multipliciter. Primo debet diluculo ꝑparari. Math. xxv. Que parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. de qbus dicitur ꝙ acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus. Secundo debet in speculo se mirari. Seneca de naturalibus questionibus li. i. in fine dicit sic. Inuenta sunt specula vt homo ip̄e se nosceret. Multi enim assequuntur ex hoc primo noticiā sui. deinde quoddā consiliū bene viuendi. Formosus vitat infamiā. deformis scit remedium esse virtutib⁹ quicquid corpori deest. Iuuenis flore etatis ammonetur hoc esse tp̄us discendi: ⁊ fortia audendi. Senex vt indecora carnis deponat: ⁊ de morte aliquid cogitet: ⁊ sic se reformet. Tertio debet oculus pudice regulari. Seneca in ep̄la. Nutriendus est pudor q̄ q̄zdiu in aīo durauerit: erit bone spei locus. Impudic⁹ oculus impudici cordis est nūcius. Quarto debet os ⁊ lingua decorari. s. per honestā locutionez. Seneca in puer. Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor per verba excutitur. Verborū enim turpium licentia impudentiam nutrit. Ap̄l's. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quinto debent capilli circūligari. s. expellendo cogitatiōes vanas. Seneca de quattuor virtutibus. Cogitationes vagas ⁊ inutiles. i. somno similes non recipias. pro quibus si animū tuū ablactaueris: cū omīa disposueris tristis remanebis. Sexto debent brachia ad vestem eleuari. Ad hoc enī vt induamus nos veste virtutis debemus brachia sursum tendere ad regratiandū deo. Cassiodor⁹ li. ep̄larū. Inuitat ad maiora qui gratanter accipit minora. ⁊ ip̄e de futuris recipit qui transacta beneficia recognoscit. aliter beneficio priuatur. Septimo debet variata veste indui. s. aurea charitatis. ps̄. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis. ⁊ candida puritatis. Apoc. iij. Ambulabunt mecum in albis. ⁊ rubea penalitatis. Esa. lxiij. Rubrū est indumentū tuū. Octauo debet zona castitatis cingi. Apoc. i. Precinctum zona aurea ad ma. Nono debet preparatione mētis calciari. ps̄. Audiā quid loquatur in me dñs deus. Decimo dꝫ torque obedientie ornari. ps̄. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā ⁊ obliuiscere pp̄lm tuum ⁊ domū patris tui: et concupiscet rex decorem tuū. Beata agnes his ornamentis singulariter decorata est. vnde dixit. Induit me dominus ciclade auro texta: circūdedit me vernantibus atqꝫ coruscantib⁹ gēmis. Sanguis ei⁹ ornauit genas meas. ⁊ sic pꝫ scd̄m

nedicti est in benedictiōe cōtemplatiuorum Sicut em̄ lucerna accensa extinguiť aut per negligentiā aut nimiam abundantiā aut p nimiam penuriam. Sic contemplationem mentis quidā perdunt per negligentiam. vt virgines fatue. Math. xxv. Quidam per ni miam abundantiam. ps̄. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Quidā per aduersi tatem illatam. Ecc̄. xxi. Cor fatui quasi vas confractum: omnē sapientiam non tenebit Beatꝰ autē benedictꝰ fuit expeditꝰ ad am bulandū: ne torpesceret per negligentiā. ido diciť Deuť. xxxiij. Ferrum ⁊ es calciamētū eius. Fuit em̄ calciatus ere. quia nō marce scebat per prosperitatem nimiam. Fuit etiā calciatus ferro. vt esset firmus cōtra aduer sitatem illataz. vnde quia fuit in contempla tione assiduus meruit celestibus reuelatio nibus illustrari. ps̄. Reuela oculos tuos et considerabo mirabilia de lege tua. In cuius signum visio quedam vtiqꝫ certa monstra ta est vni fratri moranti in cella ⁊ alteri lon ge posito. viderunt nāqꝫ viam pallijs stra tam atqꝫ innumeris chorruscam lampadi bus a cella sancti benedicti versus orientez vsqꝫ ad celum tendentē. Cui venerando ha bitu vir desuper clarus assistens Cuius es set via quam cernerent inquisiuit. quibꝰ cuz nescire se dicerent ait. Hec est via qua dile ctus domini benedictꝰ celū ascendit. Sicqꝫ certificati sunt ambo pariter.

¶ Decimo memoria beati

benedicti est in benedictiōe actiuoꝝ. nā ere ctus inť manꝰ discipuloꝝ vitā finiuit. Qui dam em̄ moriunť iacentes: qui a bonis ope ribus vacauerunt. Quidā prostrati qui per pctm̄ corruerūt. Quidā claudi: qui fidē sine operibꝰ habuerūt. Quidā ab infirmitate sa nati sunt: q̄ post pctm̄ ad penitentiā redierūt Quidā erecti sunt sicͭ viri scri: qui a pctō sūt liberati: bonis operibꝰ pleni ⁊ in intentione recti. Has differentias tangit apl'us. Heb. xij. Remissas manus ⁊ genua soluta erigi te: ⁊ gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis aūt sa netur. Beatus aūt benedictꝰ in signū recti tudinis sue actiuitatis inter discipuloꝝ ma nus imbecillia membra sustentans. erectis in celum manibus stetit ⁊ vltimū spiritum inter v̄ba oratiōis efflauit. Ideo vt dicitur Esa. xxxiij. Regem in decore suo videt scilz iesum xp̄m per infinita secula. Amen.

¶ In festo annunciationis beate
Marie virginis Sermo.xxiij.

Quomodo fiet istud
Luce.i.⁊ in euangelio presentis
solēnitatis. Beatus Bernard⁹
in quadā epl'a dicit sic. Nemo hominuz no-
uit nec noscere potest ad plenū. Quid boni
ad grām, quid congruentie ad sapientiā, qd
decoris ad gloriā, quid cōmodi ad salutē. pe
nes seipām cōtineat hui⁹ venerandi miste-
rij. scz humane redemptionis: inscrutabilis
altitudo, hec ille. | Super quo talem moueo
questionē. Utrum ad generis humani post
lapsum reparationē: congruū fuerit subseq̄
verbi dei incarnationē. Ad istam q̄stionez
rñdent tres doctores noui testamēti. ¶ Pri
mus est beat⁹ Aug. li. xiij. de trinitate dicēs
sic. Ostendam⁹ nō aliū modū possibilē deo
defuisse: cui⁹ potestati om̄ia equaliter subia
cent: sed sanande miserie nostre conuenien
tiorem aliū modū non fuisse. ¶ Secūdus est
Damascen⁹ in p̄ncipio tertij libri: dicēs sic.
Per incarnationis misteriū mōstrat simul
bonitas: sapiētia: iusticia ⁊ potētia: vel virt⁹
dei. Bonitas quidē q̄m nō despexit proprij
plasmatis infirmitatē. Justicia vo q̄m ho-
mine victo non aliū facit vincere tyrannuz
neq; vi eripit ex morte hoīem. Sapiētia vo
q̄m inuenit difficillimi decētissimā solutōez
Potentia vo siue virt⁹ infinita: q2 nihil est
maius q̄ deū fieri hoīem. hec ille. ¶ Terti⁹
est sanct⁹ Tho. iij. parte. q. i. arti. xi. dicēs sic
Aliqua satisfactio pōt dici sufficiens dupli
citer. Uno modo perfecte q2 est cōdigna p
quandā adequationē ad reparatōnē cōmis
se culpe. ⁊ sic hoīs puri satisfactio sufficiēs
esse non potuit. Tum q2 tota natura hūana
erat per pctm̄ corrupta: nec bonū alicui⁹ per
sone: vel pluriū poterat per equiparantiam
totius nature detrimentū recōpensare. Tū
etiā q2 pctm̄ cōtra deū cōmissuz quandā in
finitatē habet ex infinitate diuine maiestat
Tanto eīm offensa est grauior: quāto maior
est ille in quē peccat seu delinquit. vñ opor
tuit ad condignā satisfactionē: vt actio satis
facientis haberet efficaciā infinitā: vt puta
dei ⁊ hoīs existens. Alio modo pōt dici sa-
tisfactio sufficiens imperfecte. scilz s̄m acce-
ptationē eius q̄ est ea content⁹: q̄uis non
sit cōdigna. ⁊ hoc modo satisfactio puri ho
minis est sufficiens. Et q2 om̄e imperfectū
presupponit aliq̄d perfectū a quo sustentet
Inde est q̄ om̄is puri homīs satisfactio effi
caciam habet a satisfactione xp̄i. hec Tho.
¶ Sciendū q̄ congruū fuit deū incarnari p
pter duo. Primo ppter remotionē mali. p-
pter quattuor causas. ¶ Primo q2 p hoc hō
instruit ne sibi diabolus preferat ⁊ eum ve-
neretur qui est auctor peccati. Unde Aug.
dicit. xiij. de trini. Quādo sic deo cōiungi po
tuit humana natura vt fieret vna p̄sona su
perbi illi maligni sp̄ūs non ideo se audeant
homini preponere q2 nō habēt carnē. ¶ Se-
cundo q2 p hoc instruimur quanta sit digni
tas humane nature ne eam inq̄nem⁹ peccā
do. Uñ dicit Aug. li. de vera religione. De-
monstrauit nobis de⁹ q̄ excelsum locū int
creaturas habeat humana natura in hoc q̄
homib⁹ in vo hoīe apparuit. Et Leo papa
dicit in s̄mo. de natiuitate. Agnosce o xp̄ia
ne dignitatē tuā: ⁊ diuine consors fact⁹ na-
ture: noli in veterem vilitatē degeneri cōuer
satione redire. Memento cui⁹ sis capitis: ⁊
cui⁹ corporis mēbrū. Reminiscere q̄m exu
tus de potestate tenebrarū translatus es in
dei lumē ⁊ regnū. ¶ Tertio quia ad presum-
ptionem hoīs tollendā gr̄a dei nullis meri-
tis nostris precedentib⁹ in noīe xp̄i nobis
cōmendat. vt dicit Aug. iij de trinita. Et sic
sup̄bia hoīs que maximū impedimentū est
ne inhereat deo: per tantā dei humilitatē re
darguat atq; sanet. vt Aug. dicit ibidem.
¶ Quarto ad liberandū hoīem a seruitute.
Qd̄ quidē vt dicit Aug. xiij. de trini. fieri de
buit sic. vt diabol⁹ iusticia hoīs iesu xp̄i su-
peraretur qd̄ factuz est xp̄o satisfaciente p
nobis. Homo aūt p̄us satisfacere non pote
rat pro toto humano genere: deus aūt satis
facere nō debebat. vnde oportebat deū ⁊ ho
minē esse iesum xp̄m. Unde Leo papa dic̄
in s̄mone de natiui. Suscipitur a maiestate
humilitas. a v̄tute infirmitas. ab eternitate
mortalitas: vt quod nostris remedijs ꝯgru
ebat vnus atq; idez dei ⁊ hoīm mediator ⁊
mori ex vno: ⁊ resurgere posset ex altero. Ni
si eīm esset verus deus: nō afferret remediū
nisi esset verus hō: non preberet exēplū. hec
ille. ¶ Secūdo congruū fuit deū incarnari p
pter p̄motionē hoīs in bono. ¶ Primo quā-
tum ad fidē que magis certificat ex hoc q̄
ipsi deo loquenti credit. Unde Aug. dic̄. xi.
de ciui. dei. Ut homo fidentius ambularet
ad veritatem ipsa veritas dei filius homie
assumpto: constituit atq; fundauit fidem.
¶ Secundo quantū ad spem que per hoc ma

ꝑime erigitur. Vñ Aug. dic. xiij. de trinita.
Nihil tam necessariũ fuit ad erigendã spem
nostrã ꝙ̃ vt demonstraretur nobis quantũ
diligeret nos deꝰ. Quid vero huius rei isto
iudicio manifestius ꝙ̃ꝫ ꝙ dei filius nostre
nature dignatus est inire consortiũ. Tertio
quantũ ad charitatez que maxime per hoc
excitatur. Vñ Aug. dicit in lib. de catheti-
zandis rudibꝰ. Que maior causa est aduẽ-
tus dñi nisi vt ostẽderet deꝰ dilectionẽ suaz
in nobis: Si amare pigebat: saltẽ reamare
nõ pigeat. Quarto quãtũ ad rectã opatio
nem in qua nobis exemplũ se prebuit. Vñ
Aug. dicit in quodã sermone de natiuitate
dñi. Hõ sequẽdus nõ erat q̃ videri poterat
Deus sequẽdus erat q̃ videri nõ poterat.
Ut ergo exhiberetur hoĩ ⁊ qui ab homĩe vi
deretur: ⁊ quẽ hõ sequeretur deus factꝰ est
hõ. Et sic plenã participationẽ diuinitatis
que vere est hoĩs beatitudo ⁊ finis huma-
ne vite possideret. Vñ deus assumendo car
nem suã maiestatẽ nõ minuit: ſ; ex hoc nob
appropinquare voluit ꝑ incarnationez vt
magis nos ad se cognoscendũ attraheret.
Unde patet quomodo fiet istud scilicet tã
altum sacramentum incarnationis.

Fiet istud
¶ Iustorum consilio.
Angelorum ministerio.
Uirginis arbitrio.
Deuotorum obsequio.

¶ Primo fiet istud sacra-
mentũ incarnatiõis iustoꝝ ꝯsilio. Quoniã
dyabolus humani generis inimicꝰ: verita-
tis aduersariꝰ: caput scelerũ: princeps oĩm
vitioꝝ: suasor malarũ cogitationũ: inuẽtor
mortis: ⁊ pater oĩm maloꝝ. insatiabilis ho
micida: inuidẽs hoĩ calido stercore in ocu-
los dormientis immisso ipm miserũ hoĩez
excecauit multis bonis atqꝫ virtutibus spo
liauit ꝑiter ⁊ ꝑemit s. naturalibꝰ ⁊ gratuitꝭ
atqꝫ in sui seruitutẽ captiuauit. sup quo pu
tabat se exercere ptãtez ꝑpetuo eo ꝙ ꝑ ino
bedientiã cecidisset. qꝛ qui facit peccatũ est
seruus peccati. ⁊ a quo quis superatus est
eius seruꝰ est. Nouerat tñ deũ oĩpotentẽ sue
volũtatis arbitrio homĩs morbo exhibere
medicinã ⁊ remediũ. non tñ nisi ꝑ euz qui
soluerat damna fraudis cõmisse. Ideo cõ-
cludebat ꝙ neqꝫ deꝰ q̃ pati non debet: neqꝫ
homo qui impotens erat satisfacere pote-
rat. propterea mirabatur ꝙ sacra scriptura
ꝓnũciaret xp̃m venturũ nesciens ꝙ ex ho-
mine qui pati põt. ⁊ ex deo qui est oĩpotens
possit ꝯstitui vnus redẽptor. imo in supbia
semꝑ crescẽs deridebat multũ sanctos qui
erant in lymbo. ⁊ frequenter super flumĩa
babylonis interrogabat verba cantionũ a
captiuis dicens. Eligite ex vobis viruz qui
descendat mecũ ad singulare certamen: ve-
niat ⁊ liberet vos. atqꝫ exprobrabat fideli-
tatẽ sanctoꝝ in obseruantiã legis dei ⁊ dice
bat. Uanus est oĩs q̃ seruit deo: ⁊ qd̃ emo-
limẽtũ qꝛ seruiuistis ei: Ubi sunt dij vestri
in quibꝰ habebatis fiduciã: Surgãt ⁊ opi-
tulentur vobis: ⁊ in necessitate vos ꝓtegãt
Talia impropabat sctĩs assidue in illa ma
gna valle miserie. vbi ꝑseuerabãt gemitibꝰ
sautiati. cũ se noscerẽt de plateis supne syõ
exules filij eue. Collegerũt tandẽ ꝯsiliũ pa
triarche ⁊ ꝓphete vt ꝓ pace acq̃renda lega
tionẽ dirigerẽt deo suo. Dauid aũt exurgẽs
in medio eoꝝ dixit. Cõgregate illi sctõs eiꝰ
q̃ ordinauerũt testm̃ eiꝰ sup sacrificia. imo-
la deo sacrificiũ laudis ⁊ redde altissimo vo
ta tua. Sic em̃ dixit deꝰ. Inuoca me in die
tribulationis: eruã te ⁊ honorificabis me.
Sacrificiũ laudis honorificabit me: ⁊ illic
iter quo ostendã illi salutare dei. Placuit di
ctũ dauid. ⁊ habita diligẽti inq̃sitiõe: elege
runt q̃ttuor p̄res magne sctĩtatis. s. Esayã
Ieremiaz Iob ⁊ Dauid. quos statuerũt in
medio ⁊ dixerũt. hi sunt viri mĩe in q̃bꝰ per
seuerat bona hereditas. Naz Esayas futu
ra rerũ in xp̃o ⁊ eccl̃ia ꝓuidit dño reuelãte
Ieremias sctĩficatꝰ est in vtero mr̃is a deo
⁊ in ꝓphetã gentibus datꝰ est. Iob erat vir
simplex ⁊ rectus ac timẽs deũ ⁊ recedẽs a
malo. cui similẽ in terra nõ inuenit deꝰ. Da
uid vero testimoniũ habuit a deo dicẽte. In
ueni hoĩem ſm cor meũ. Isti sunt viri sctĩ
quos elegit dñs in charitate nõ ficta. ⁊ de-
dit illis prudẽtiaz ⁊ virtutẽ. Pergãt itaqꝫ
in spũ ad dñm orãtes ꝓ salute oĩm. Et flen
tes dixerũt. Exaudiat dñs orõnes nr̃as ⁊
recõciliet nob: nec nos deserat in tp̃e malo
Deꝰ misereat nostri ⁊ bñdicat nob: illumi-
net vultũ suũ super nos ⁊ misereat nostri.
His dictis ꝑrexerũt isti q̃ttuor viri ad dñz
ꝓ salute generis hũani deꝑcaturi. Primo
surrexit Esayas purgatꝭ labijs ⁊ hũilit sic
exorsus est. lxiiij. c. Utinã disrũperes celos
⁊ descẽderes vt notũ fieret nomẽ tuũ inimi
cis tuis. A facie tua gẽtes turbarent. Ecce
tu iratꝰ es qꝛ peccauimꝰ ⁊ facti sumꝰ vt im-

dus oēs nos: q̄ſi pannꝰ mēſtruate vniuerſe iuſticie nr̄e. nō eſt q̄ inuocet nomē tuum ⁊ ſurgat ⁊ teneat te. ⁊ nunc dn̄e pr̄ noſter es tu: nos vero lutū tu fictor nr̄ ⁊ opera manuū tuarū oēs nos. Ciuitas ſctā tua deſerta facta ē: ſyō deſerta facta ē: hierl'z deſolata ē: domꝰ ſctificatiōis ⁊ glie nr̄e. Ne iraſcaris dn̄e ſatis ⁊ ne vltra memineris iniq̄tatis nr̄e. Ecce reſpice dn̄e: ppl's tuꝰ oēs nos. Oia deſiderabilia nr̄a verſa ſunt in ruinas. Nūq̄d ſup his ꝯtinebis te dn̄e. tacebis ⁊ affliges nos vehemēter. hec ibi. Tūc deus pr̄ r̄ndit Eſaye dicēs illud. lxiij. c. Ecce ego ad gentē que neſciebat me ⁊ que nō inuocauit nomen meū. Expādi manꝰ meas tota die ad ppl'm incredulū q̄ gradit̄ in via non bona poſt cogitatiōes ſuas: ppl'us q̄ ꝓuocat me ad iracundiā: ante faciē meā ſemꝑ. Qui dicūt recede a me nō appropinques mihi: qꝛ īmūdus es. ecce ſcriptū eſt corā me non tacebo: ſed reddā ⁊ retribuā in ſinū eoꝝ iniq̄tates vr̄as ⁊ iniq̄tates patrū veſtroꝝ ſiml'. Hec ibi. Reſumptis viribꝰ Eſayas dixit illud. lvij. c. Iuſtus perit ⁊ nemo eſt q̄ recogitet in corde ſuo ⁊ viri miſcdie colliguntur ⁊ nō eſt q̄ intelligat. A facie em̄ malicie collectus eſt iuſtꝰ. Ueniat ergo pax ⁊ requieſcat ī cubili ſuo. hec ibi. Iratꝰ dn̄s reſpondit illud qd ibi ſequit̄. Sup quē dilataſti os tuuz ⁊ eieciſti linguā. Nunq̄d vos filij ſceleſti ⁊ ſemen mendax? Nunq̄d ſup his nō indignabor? Territꝰ aūt Eſayas fugit a facie domini: ⁊ ad ſuos reūſus cū lachrymis ait. Obſtupeſcite ppl'e meꝰ conturbamini confidētes exuite vos ⁊ cōfundamini: plangite ſuper regionē deſiderabilem. quoniā non eſt pax impijs dicit dominus. Secundo perrexit Ieremias ad dominū loquenſq3 verba pietatis cū planctu ait. Recordare domie q̄d acciderit nobis intuere ⁊ reſpice obprobriū noſtrū. Pupilli facti ſumus abſq3 patre: matres noſtre quaſi vidue. Patres noſtri peccauerunt ⁊ non ſunt: ⁊ nos iniquitates eoꝝ portauimus. Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum. Defecit gaudiuz cordis noſtri: verſus eſt in luctuz chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri: ve nobis quia peccauimus. Tu autem domine in eternuz permanebis ſolium tuum a generatione in generationē Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri: derelinquens nos in longitudinem dierum. Conuerte nos domine ad te ⁊ ꝯuertemur: innoua dies noſtros ſicut a principio. Sȝ proijciens repuliſti nos: iratꝰ es cōtra nos vehementer. Tunc dominus reſpondit dicens illud Iere. xv. Si ſteterint moyſes ⁊ ſamuel corā me: non eſt anima mea ad populū iſtū. Eijce illos a facie mea vt egrediantur: tu reliquiſti me retrorſum abijſti. Et extendā manū meā ſuper te: ⁊ interficiā te. Reſumptis viribus dixit iteruz Ieremias illud. viij. c. Dolor meus ſuper dolorē in me cor meuz merens. Ecce vox clamoris filie populi mei de terra longinq̄. Nunquid dn̄s non eſt in ſyon: aut rex eius non eſt in ea: aut non eſt medicus ibi. Quare non eſt obducta plaga filie populi mei. Iratus dn̄s reſpondit illud Iere. xi. c. Tu ergo noli orare pro populo iſto: ⁊ ne aſſumas ꝑ eo laudez ⁊ orationē. Quia non exaudiā in tempore clamoris eoꝝ ad me in tempore afflictiōis eoꝝ. Dixit iterū Ieremias illud. xv. c. Dn̄e deus prophete dixerunt eis. Non videbitis gladiū. ſ. pene inferni ⁊ fame. ſ. diuine viſionis nō erit in vobis: ſed pacē verā dabit in loco iſto. R̄ndit dn̄s Ieremie. Falſi ꝓphete vaticinantur vobis in nomine meo. Nō miſi eos ⁊ nō precepi eis neq3 locutus ſuz ad eos. Uiſionē mendacē ⁊ diuinationez fraudulentā ⁊ ſeductionē cordis ſui ꝓphetant vobis. Idcirco in gladio ⁊ fame cōſumentur prophete illi ⁊ populi quibus prophetauerunt. Territus autez Ieremias fugit a facie dn̄i ⁊ ad ſuos reūſus cū lachrymis ait. Deducant oculi mei lachrymas ꝑ diē ⁊ noctē ⁊ non taceant: qm̄ contritione magna ꝯtrita eſt virgo filia populi mei plaga peſſima vehement̄. Tertio perrexit Iob ad dn̄m loquēs amaritudines cordis ſui ⁊ dicens illud. vi. c. Quis det vt veniat petitio mea: ⁊ qd expecto tribuat mihi deꝰ. Sed tamen ad omnipotentē loquar ⁊ vias meas in conſpectu eius arguā ⁊ ipſe erit ſaluator meus. Quare tacens conſumor? Duo tm̄ ne facias mihi: ⁊ tūc a facie tua non abſcōdar. Manū tuā lōge fac a me: ⁊ fortitudo tua non me terreat. Uoca me ⁊ ego reſpōdebo tibi. Sed quātus ego ſum qui reſpōdeam ei ⁊ loquar verbis meis cum eo. Et hec ſit mihi conſolatio vt affligens me nō parcat nec contradicam ſermonibus ſuis. Que eſt enim fortitudo mea vt ſuſtineam aut quis finis meus vt patienter agā. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea eſt. Ecce non eſt auxiliuz mihi in

me. Nolo multa fortitudine contendat me
cũ: nec magnitudinis sue mole me premat
Proponat equitatē contra me: ⁊ tũc perue-
niet ad victoriã iudiciũ meũ. Tunc domi-
nus respondit Job dicens illud. xxxviij. c.
Quis est iste inuoluens sententias sermo-
nibus imperitis? Nunquid irritũ facies iu-
diciũ meũ ⁊ condemnabis me vt tu iustifi
ceris? Quis eñ resistere potest vultui meo
aut quis dedit mihi ante ⁊ reddã ei? Omĩa
que sub celo sunt mea sunt. Non parcã eñ
verbis potentibus: ⁊ ad deprecandũ compo
sitis. Resumptis viribus Job humiliter vt
molli sermone frangeret iram dei ait. xlij. c.
Scio quia omnia potes: ⁊ nulla te latet co
gitatio. Ideo insipienter locutus suz ⁊ que
vltra modũ excedunt scientiã meã. Idcir-
co meipse reprehendo ⁊ ago penitentiaz in
fauilla ⁊ cinere. Iratus dñs respondit iob
dure, dicẽs illđ. viij. Usquequo loqueris ta
lia ⁊ spiritus multiplex sermonis oris tui.
Nunquid deus supplantat iudiciũ: ⁊ omni
potens subuertit quod iustũ est. Nunquid
deo comparari potest homo etiaz cũ perfe-
cte fuerit scientie? Quid prodest deo si iust⁹
fueris: aut quid ei conferes si immaculata
fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te
⁊ veniet tecũ in iudiciũ: ⁊ non propter ma
liciam tuã plurimã ⁊ infinitas iniquitates
tuas? Territus autẽ Job fugit a facie do-
mini: ⁊ ad suos reuersus cũ lachrymis ait.
Cogitationes mee dissipate sunt torquen-
tes cor meũ. Pereat dies in qua natus suz
⁊ nox in qua dictũ est cõceptus est homo.
Quare non in vulua mortuus sum: egres-
sus ex vtero non statim perij? Quare data
est misero lux ⁊ vita his qui ĩ amaritudine
anime sunt? Quarto perrexit dauid cũ psal
terio ad dominuz ⁊ ait. Ad te domine cla-
mabo deus meus: ne sileas ne quando ta-
ceas a me ⁊ assimilabor descendentibus in
lacũ. deus meus clamabo per diẽ ⁊ non ex-
audies. Ecce propter te mortificamur tota
die. estimati sum⁹ sicut oues occisionis vbi
sunt misericordie tue domine: sicut iurasti da
uid in veritate tua. Tu dixisti. Clamabit ad
me ⁊ ego exaudiã eũ cũ ipso sum in tribula
tione: eripiã eũ ⁊ glorificabo eũ. Exurge q̃
re obdormis dñe: exurge ⁊ ne repellas in fi
nẽ. Educ de carcere animas nostras vt cõ-
fiteamur nomini tuo dñe. Exurge dñe ad-
iuua nos ⁊ redime nos. Rñdit dñs ad da
uid dicẽs. Quis est hõ q̃ viuet ⁊ non vide
bit mortem: eruet aĩam suã de manu inferi.
Interroga patrẽ tuũ: quoniã iniqtatez me
ditatus est in cubili suo: astitit omni vie nõ
bone: maliciã autẽ non odiuit. Dilexit ma
liciã super benignitatẽ: iniquitatẽ magis lo
qui q̃z equitatẽ. Dilexit omnia verba preci
pitationis. Ecce mater tua parturiuit iniu-
sticiã concepit dolorẽ ⁊ peperit iniquitatez.
Lacũ aperuit ⁊ effodit eũ: ⁊ incidit in foueã
quã fecit. Cõuertetur dolor eius in caput
eius: ⁊ in verticẽ ipsius iniquitas eius de-
scendet. Resumptis viribus ait dauid. Ti
bi domine derelictus est pauper: orphano
tu eris adiutor. Desideriũ pauperũ exaudi
uit dominus: preparationẽ cordis eoꝝ au-
diuit auris tua: quoniã requirẽs sanguinẽ
eoꝝ recordatus es. non es oblitus clamo-
rem pauperũ. vt quid domine repulisti in fi
nem: irat⁹ est furor tu⁹ sup oues pascue tue
Memor esto ꝯgregatiõis tue quã possedi-
sti ab initio. Rñdit dñs dicens. Uanũ est
vobis ante lucẽ surgere: quia que procedũt
de labijs meis nõ faciã irrita. Territus aũt
dauid fugit a facie dñi: ⁊ ad suos reuersus
cũ lachrymis ait. Laboraui ĩ gemitu meo
laboraui clamãs: rauce facte sũt fauces mee
defecerunt oculi mei dũ spero in deum meũ:
quoniã abiectus sum a facie oculoꝝ eius.
Factus sum tanq̃z vas perditũ: qm̃ audiui
vituperationẽ iustorũ in circuitu. Tunc oẽs
ceperunt planctũ magnũ omnis maritus
sumpsit lamentũ. ⁊ que sedebant in thoro
maritali plangebãt. spes oĩum ꝯtrita est. ⁊
tota posteritas ade induit confusionẽ. Sic
ergo plorabant in illa valle miserie ⁊ tene-
brarũ: afflicti vehemẽter in mendicitate ⁊
ferro induti confusione. Sancti patres con
uocato iterũ consilio: quid agenduz foret.
Quõ fiet istud tã profunduz mysteriũ hu-
mane redemptiõis. Surrexit dauid dicẽs.
Intellexi a domino qm̃ ineternuz seruabo
dauid misericordiã meaz ⁊ testm̃ meum fi
dele ipsi. Et ponam in seculuz seculi semen
eius ⁊ thronũ ei⁹ sicut dies celi ⁊ dixerunt.
Nũc clamemus in celũ: ⁊ miserebit nr̃i de⁹
noster. Tunc ait Esayas. Uisiones pphe-
tarũ multiplicate sunt. Qm̃ egrediet̃ ṽga
de radice iesse: ⁊ flos de radice ei⁹ ascẽdet ⁊cẽ
Ecce enĩ virgo concipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vo
cabitur nomen eius emanuel. ⁊ Jeremias
ait. Nouũ faciet domin⁹ super terrã: mulier
circundabit virũ. ⁊ Job ait. Uidi solẽ cum
fulgeret ⁊ lunam incedentem clare; ⁊ letat

ſum eſt coꝛ meū in abſcondito. Dauid vero
ait. Surge dn̄e ī requiē tuā: tu ⁊ archa ſan
ctificationis tue. Sacerdotes eiꝰ induā ſa-
lutari: ⁊ ſancti eiꝰ exultatiōe exultabūt. Tūc
ſancti patres dixerūt. Queramꝰ ergo ado-
leſcentulā virginē ⁊ ſpecioſam: ⁊ ſtet coꝛā
rege ⁊ foueat eū: dormiatq̄ꝫ in ſinū eiꝰ ⁊ ca
lefaciat dn̄m noſtrū regem. iij. Reg. i. ⁊ ſic
reconcilietur nobis ⁊ faciat pacē. Reſpon
dit Salomon dicens. Mulierē foꝛtē quis
īueniet? Cui dauid ait. Jurauit dn̄s dauid
veritatē ⁊ non fruſtrabitur eū: de fructu vē-
tris tui ponā ſuper ſedē tuā. Reſpondit Sa
lomon illud Cant. vi. Uide vt pulchra ſit:
ſuauis ⁊ decoꝛa ſicut hierl'm: terribilis vt ca
ſtroꝝ acies oꝛdinata. Cui dauid ait. Os
meū loquetur ſapiētiā: ⁊ meditatio coꝛdis
mei prudentiā. Et ait ad ſanctos patres.
Uoce mea ad dn̄m clamabo: voce mea ad
dn̄m deprecaboꝛ: effundā in cōſpectu eius
oꝛationē meā: ⁊ tribulationē meā ante ipꝫ
pronūciabo. Aperiā in parabolis os meū:
loquar propoſitiones ab initio. Benedicā
dn̄m in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in
oꝛe meo. Jn dn̄o laudabitur aīma mea: au
diant manſueti ⁊ letētur. Magnificate do
minū mecū: ⁊ exaltemus nomen eius in id
ipm̄. Exquirā dn̄m ⁊ exaudiet me: ⁊ ex omi
bus tribulatōnibus meis eripiet me. Uos
autē benedicite deū: ⁊ enarrate oīa mirabi
lia eius. Confitemini ei corā omībus viuē
tibus: quia fecit nobiſcū miſericoꝛdiā ſuā.
Reſpōderūt ſancti patres ⁊ dixerūt. Mit
tat tibi dn̄s auxiliū de ſctō: ⁊ de ſyon tueat
te. Mēoꝛ ſit dn̄s ſacrificij tui: ⁊ olocauſtū
tuū pingue fiat. Tribuat tibi ſm̄ coꝛ tuum
⁊ oē ꝯſiliū tuū ꝯfirmet. Letabimur in ſalu
tari tuo: ⁊ in noīe dei nr̄i magnificabimus.
Jmpleat dn̄s oēs ꝑtitiōes tuas: exaudiat
te dn̄s in die tribulatōis nr̄e. Tūc dauid in
ſpū ſecꝰ celū aſcēdēs ait. Apite mihi poꝛtas
iuſticie: ⁊ ingreſſus ī eas ꝯfiteboꝛ dn̄o. Di
xerunt angeli ad ſeinuicē. Ueniūt legati ex
egypto: ꝓueniamꝰ eos ⁊ ſciamꝰ quid q̄rūt
a deo. Et Michael archāgelꝰ ait. Quis eſt
hō q̄ vult vitā: diligit dies videre bonos. ſ.
redemptionis humane. Dauid aūt timēs
ne ſibi ſolito moleſtus fieret: humiliter re-
ſpondit dicēs. Obſecro dn̄e deſine ab ira ⁊
derelinque furoꝛē: noli emulari vt maligna
ris. Dixit ei michael. Reuela per me domi-
no viam tuam: ⁊ ſpera in domino: ⁊ dabit
tibi ꝑtitiones coꝛdis tui. Reſpōdit dauid
dicēs. Eructabit coꝛ meū verbū bonū: dicā
ego opa mea regi. Quis ex vobis deducet
me in ciuitatē munitā? Nōne ipē deꝰ qui re
pulit nos: ipſe dabit nob̄ auxiliū de tribula-
tione? Dixit ei michael. Uide ne diutiꝰ gra-
ues regē ſermone ꝓlixo. Tu ſcis quoniam
vir linguoſus non diligit̄ in hac terra. Rn̄
dit dauid dicens. Lingua mea calamꝰ ſcri-
be: velociter ſcribētis. Tūc ibāt angeli cha-
ritate preuenti ad dominū ⁊ dicebāt. Me-
mento domine dauid: ⁊ omnis manſuetu
dinis eius. Et ad illos ait dominus. Jnue
ni dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo vnxi
eū. Et veritas mea ⁊ miſericoꝛdia mea cū
ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabit̄ coꝛnu eiꝰ.
Reuerſi ſunt angeli ad Dauid dicentes.
Quaſi proximum ⁊ quaſi fratrem noſtrū
ſic te propoſuimus coꝛam domino. Ueni
ergo ⁊ accede ad deū ⁊ illuminare: ⁊ facies
tua non confundetur. Oculi domini ſuper
iuſtos: ⁊ aures eius in preces eoꝝ. Clama
uerunt iuſti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex
omnibus tribulationibꝰ eoꝝ liberauit eos.
Juxta ē dominꝰ his qui tribulato ſunt coꝛ-
de: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit. Reſpondit
dauid ad michaelem archāgelum. Factus
ſum ſicut homo nō audiēs: īmo ſicut equꝰ
⁊ mulus quibus non eſt intellectus. Uide
domine ne ſileas: ne quādo diſcedas a me
cum fuero in conſpectu dei. q̄m aduena ego
ſum apud te: ⁊ peregrinus ſicut omnes pa
tres mei. Dixit illi michael. Jntellectum ti-
bi dabo ⁊ inſtruā te in via hac qua gradie
ris: firmabo ſuper te oculos meos. Firme-
tur manus tua ⁊ exaltetur dextera tua: q̄m
mīa ⁊ veritas precedent faciem tuam. Jn
troductus ergo dauid tranſiens de hierar-
chia in hierarchiā: de oꝛdine in oꝛdinē ꝑue-
nit ad tribunal dei vbi reſidebat ſancta tri-
nitas ꝑſonarum in vnitate deitatis: quā
cum aſpexiſſet proſtratus humiliter adoꝛa
uit dicēs. Benedicat nos deus deus noſter
benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omēs
fines terre. Cumq̄ꝫ eleuaſſet oculos ⁊ aſpi-
ceret loci amenitatem ait. Quā dilecta ta-
bernacula tua domine virtutum: concupiſ-
cit ⁊ defi. a. m. in atri. domi. Elegi abiectus
eſſe in domo dei mei ma. q̄ꝫ ha. in taber. pec
catoꝛum. Beati qui ha. in do. tua do. in ſe.
ſecu. lau. te. Et ait dominus ad dauid. Ego
ſum dominus deus tuus qui eduxi te de ter
ra egypti dilata os tuum ⁊ ego implebo il-
lud. Poſtula a me: ⁊ dabo tibi. Dauid

autē cadens in faciē suā: iterū adorauit eū
dicēs, Speciosus forma pre filijs hoim dif
fusa est gratia in labijs tuis. Ecce dn̄e dra
co iste quem formasti ad illudendū nobis.
Quāta malignatus est inimicus in sancto
omnia te expectant vt des illis escā in tpe.
Quia miscdiam ⁊ veritatē diligit deus: gra
tiam ⁊ gloriā dabit dn̄s. Non priuabit bo-
nis eos q̄ ambulant in innocentia: dn̄e vir
tutū beatus homo qui sperauit ī te. Accin-
gere gladio tuo super femur tuū potentissi-
me. ⁊ veni ad liberandū nos dn̄e deus vir-
tutū. Ostēde faciē tuā ⁊ salui erimus. Qīa
indurata sunt nobis. Emitte verbū tuū ⁊ li
quefacies ea: ⁊ sitientibus nobis ad te deū
fontē viuū. Flabit spūs tuus ⁊ fluent aque
gratiarū. Stabit aūt regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circundata varietete: quā
tibi desponsabis in gaudio. Adducentur re
gi virgines post eā: proxime eius afferent
tibi in leticia ⁊ exultatōe. Et ait dn̄s ad da
uid. Omnis gloria eius filie regis ab intus
in fimbrijs aureis. Cui dic. Audi filia ⁊ vi
de ⁊ inclina aurē tuā ⁊ obliuiscere populuz
tuū ⁊ domuz patris tui. Et concupiscet rex
decorē tuū. Deus in medio eius non cōmo
uebitur. Adiuuabit eā deus mane diluculo
Respondit dauid. Cōfitebor tibi dn̄e in to
to corde meo: narrabo omīa mirabilia tua
Narrabo nomen tuū fratribus meis in me
medio ecclesie iustorū laudabo te. Reuer-
sus autē dauid ad suos cū gaudio ait. Qui
timetis deū laudate eū: vniuersuz semen ia
cob glorificate eū. Timeat eū omne semē
israel: quoniā non spreuit nec despexit depre
cationē pauperis. Nec auertit faciē suam a
me: ⁊ cū clamarē ad eū exaudiuit me. Viri
liter agite ⁊ confortetur cor vestrū omnes
qui speratis in dn̄o. Et factū est consilium
magnū ante tribunal pacis inter misericor
diā veritatē ⁊ iusticiā: sup mysterio huma
ne redemptionis. Primo locuta est miseri
cordia dicēs. Piū est hoī misero nō valen
ti p se surgere mīsicorditer subuenire. Qm̄
misericordie dn̄i multe sunt nimis. Et mi-
sericordia dn̄i ab eterno ⁊ vsq₃ ineternū su
per timentes eū. Et loquens ad dominum
ait. Tu exurgens misereberis syon: quia tē
pus miserēdi eius q₂ venit tempus. Quia
prospexit de excelso sancto suo: dominus de
celo in terram aspexit. Vt audiret gemitus
compeditoruz: ⁊ solueret filios interempto
rum. Secūdo locuta est veritas dicēs. Do
mine deus virtutū quis similis tibi: potens
es domine ⁊ veritas tua in circuitu throni
tui est. Sed tu dixisti homini: in quacunq₃
die comederis ex eo morieris. Cū ergo sis
deus ⁊ non mentiaris: quia non est deus vt
homo vt mentiatur. ergo ista redemptio fi
eri non potest. Respondit misericordia di
cens. Si male dixisti terre in opere ade: sal-
tem potest fieri nouꝰ homo cui nihil de adā
proueniat. ⁊ sic per eum poterit fieri redem-
ptio ista. Nunquid ineternū proijciet deus
aut non apponet vt complacitior sit adhuc:
aut in finē misericordiā suā abscidet a gene
ratione in generationē: aut obliuiscetur mi
sereri deus: aut continebit in ira sua miseri-
cordias suas. Veritas ait. Verūtamē vni-
uersa vanitas omnis homo viuens. Si no
uus homo fieret non maiorez fiduciā in eo
haberē q̄ in prothoplausto. Vnde ad hāc
redemptionē faciendā nec homo nec ange
lus est ydoneus. Misericordia respondit.
Facienda est hec misericordia propter me.
si non propter adam. immotu que pio affe
ctu coniuncta mihi es: que mihi nunq̄₃ de-
fuisti visita mecū miserū hominē. deprime
dyaboli tyrannidē qui tuū hoiem seducen
do cōtra te iniuriose egit. Veritas ait. Ve
re tibi non consentire asperuz ⁊ crudele fo
ret: imo nec a me quicq̄₃ exigeres. quod nō
subito concederē. Iusticia videns veritatē
misericordie cōsensisse ait. Quid facis o ve
ritas. vide qm̄ nullatenus tibi dimittaz do
nec satisfeceris vsq₃ ad minimū quadrātē.
Filius dei cui datū est omne iudiciū a patre
auditis allegationibus vtriusq₃ partis di-
xit. Iusticia dicit pij si adā non moriatur.
Misericordia dicit perij si adā miam non
consequatur. Hec est ergo diffinitiua sn̄ia
sup hoc. Fiat mors bona ⁊ habebit vtraq₃
qd̄ petit. Obstupuerūt oēs in verbo sapiē-
tie ⁊ dixerūt. Quō fiet istud: Mors est cru
delissima: imo amarissima. qm̄ mors pecca
tor pessima. quō ergo erit bona: Judex ait.
Mors est crudelissima peccatoribꝰ: iustis
vero bona. Nōne mors erit bona si soluet
debitū ade: si aperiet ianuā paradisi. Que
responderunt. Quomodo fiet istud: Judex
ait. Si moriatur quis ex charitate qui non
sit dignus mori. Sermo iste bonus visus
est. vtpote fidelis ⁊ omni acceptione dignꝰ
si poterit inueniri innocens qui velit mori
suo beneplacito ⁊ non ex debito aut malo
suo merito. Veritas circuit per totum orbē

terre: ⁊ nemo inuentus est mūdus a sorde
nec infans vnius diei sup terrā. Misericor
dia celū omne ꝑlustrat: ⁊ in angelis mino-
rem inuenit charitatē. Tandē redeunt mi-
sericordia ⁊ veritas que obuiarunt sibi an-
xie plurimū ꝙ non inuenerant ſm latā sen
tentiā. Tunc iusticia ⁊ pax osculate sunt. ⁊
pax ait. Vos nescitis quicꝗ̄ nec cogitatis:
quoniam omnes homines declinauerunt si
mul inutiles facti sunt. Non est q̄ faciat bo
num non est vsqꝫ ad vnū. Hoc em̄ est iudi-
ciū. Qui tulit sententiā ⁊ dedit consiliū ipse
ferat ⁊ auxiliū. Filius dei audito iudicio pa
tis ait. Ut video mihi onus satisfaciēdi ꝓ
homine per mortē imponitur. Tunc pater
ait. Omnia in sapientia fecimus mundū
creando: sic omnia in sapiētia faciemꝰ mū-
dum reparando. Respondit filius. In capi
te libri scriptū est de me vt facerē volunta-
tem tuā deus meꝰ: volui. Annunciabo iusti
ciam tuā in ecclesia magna. Nō abscondaꝫ
misericordiā tuam ⁊ veritatē tuā a consilio
multo. Olocaustū ⁊ pro ꝑccato non postu
lasti: tunc dixi ecce venio. Et sic patet quo-
modo in tertio cōsilio diffinitū est quomo
do fiet istud taꝫ altū sacr̄m incarnationis.

Secūdo fiet istud sacra

mentū incarnationis angeloꝝ ministerio.
Pater eternꝰ ait filio. Legatū oportet nos
mittere ad sponsam qui eā animet ad con-
sensum ne secreta coniugia abnuat deuota
virgo. Cuius pudor illesus maneat: atqꝫ ei
epistolā ⁊ mandata dirigamus. Respon-
dit filius dicens. Ita pater. Quoniā sic pla
citū est ante te. Pater autē ait vt dicit Au
gusti. sermone p̄mo de annūciatione dn̄ica
Ueni inquit o gabriel minister efficito ter
ribilis sacramēti: absconditū obsecūda mi
raculū. Ad requisitionē ⁊ redēptionē errā-
tis ade: a meis cogor descendere sedibus.
Illū em̄ quē ad ymaginē meā creaui: pecca
tuꝫ inueterauit: tabefecit quē feci. obfuscauit
quē plasmaui decorē. Lupus meū depascit
pecꝰ. Deserta est paradisi possessio. Lignuꝫ
vite ab ignea rumphea seruatur. Clausus
est voluptatis agellus. Misereor errantis
⁊ apprehendere cupio hostem. latere autē
volo omnes celestes virtutes: tibi soli pan
do secretum. Ad virginem mariam perge.
Uade ad animatam ciuitatem: de qua dici
tur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. va
de ad rationalem meum paradisum. perge
ad orientalē splendidā portā. vade ad mei
verbi dignū habitaculū. perge ad secunduꝫ
in terra celū. vade ⁊ denūcia ei mee presen-
tie ymbrem. perge ad preparatū mihi san-
ctuariū. Uade ad sponsaꝫ incarnationis fi
lij mei mundū thalamum natiuitatis eius.
Loq̄re in aures rationales archana. Pre-
para mihi auris introitū: sed ne conturbes
nec terreas virginis animū vehemēter san
ctuariū appara. primā mei vocē gaudij ꝓ-
clama. Tu dicito virgini marie. Aue gra-
tia plena. vt miserear ego malignitati eue.
Audiuit angelus hec ⁊ intra se cogitabat
dicens. Stupendū est hoc miraculuꝫ: ⁊ oīs
cōscientie precellit sensum. qui in cherubin
terribilis est: ⁊ in seraphin inuisibilis: ⁊ in
omibus virtutibus angelicis incomprehē
sibilis: puelle sui habitaculi presentiā repro
mittit. ⁊ qui euā cōdemnauit eius familiaꝫ
glorificare in tantum cogitur: vt dicat pre-
parari sibi per aurē ingressum. ⁊ potest vte
rus capere eū qui nō capitur. Hec ⁊ huius-
cemodi angelo cogitante ait ad eum dn̄s.
Quid turbaris ⁊ miraris o gabriel? Nūq̄d
non prius a me missus es ad Zachariā sa-
cerdotē: ⁊ natiuitatē Johānis ei nūciasti?
Nōne pro incredulitate sniam ei silentij ꝓ
tulisti? Nūquid non condemnasti senē sine
voce eū esse faciens? Nunquid non decre-
uisti ego aūt confirmaui? Nunquid nō nū-
ciationis tue effectū prosecutus est? Nun-
quid non effugata sterilitate concepit steri
lis ⁊ nature vacatio aufugit? Nunquid nō
tunc est seges illa fertilis facta que iam a-
rebat? Nūq̄d impossibile est apud me qcꝗ̄
q̄ creaui omnia verbo? Cur ergo ambigis?
Ad hec angelū respōdentē audiamus. Do
mine inquit sanare culpas nature: dissolue
re passionū languorē: defunctionē artus ad
vitalem reuocare virtutem: imparare natu
re procurationis filiorum effectum: soluere
sterilitatem ⁊ vetustissimorum membrorū
vetustam ariditatē in viriditatis reforma-
re statum. sterilīqꝫ aruo manipulorum re-
pente ostendere partuꝫ: opus existit tue vir
tutis qđ ex more perficitur. Testis est Sar
ra. ⁊ post illam Rebecca. ⁊ iterum Anna q̄
miserie ⁊ sterilitatis simul seruiētes a te li-
bertatem acceperunt. virginem autem pa-
rere que de viro genitura non est: superat
omnem legum naturam. ⁊ tuaꝫ quomodo
puelle annunciabo presentiam? Te eniꝫ ce
li ⁊ terre non capiūt fines: ⁊ quomodo vte

rus capiet virginalis? Aut quomodo fer-
ret maria ignē deitatis tue sedis? Et domi
nus ait. Si lesit ignis presentia in solitudi-
ne rubū: ledet vtiqȝ ⁊ mariā mea presentia.
Si vero ignis ille qui figurauit diuini mei
ignis e celo aduentū. inflammabat quidē
rubū: non aūt cōburebat. quod vtiqȝ dices
de veritate. non in ignis flamma: sed in spe-
cie pluuie descendente. Concionāte deo mi
rantur sedes: stupēt throni: potestates oēs
ac diuini exercitus silent. Pater nihilomi-
nus curis nuptialibus occupatus instat vo
tis. Uade inquit gabriel ⁊ celeri raptu no-
stra iussa perfice: ethereas rūpe sedes: atqȝ
antiquū pro seculo consiliuȝ virgini nostre
defer marie. Hec incolit menia parua naza-
reth. Angusta quidē illi domus: sed celi pa
latia patent. Cui ego vnicū meū quo alter
chario nemo est. ⁊ vt plenius dicā alteruȝ
me donare volo ⁊ vt sit illa mater cui sum
ego pater. Ac ne dubitet fiēda que mando
spiritus implebit aluū: viscera celestis au-
ra fouebit. Erit illa sine marito mr: cui sum
ego sine coniuge pater. Sic mundo succur-
rere volo: tibi inquit hec munera dono. Iā
non dicatur viuentiū mater eua: sed maria
det accipietqȝ fidē: ⁊ arras illi celesti mune-
re dabis. sed regna promitte: ipsius erit to-
tū cuius filius possidet celū. Hec ergo cun-
cto celitus audiente senatu: Pater gabrie-
li mandata dabat. Sȝ ille fulmineos obtu-
tus atqȝ ora tonātia pauens. archanis pa
rat parere tremefactus imperijs: moxqȝ vo
latu rapido secat axem astriferuȝ nubesqȝ
profundas celer adit. Ipse per medios ce-
li sinus: flammineos artus vibrans: ignito
aere fertur donec extrema in tecta radiās
magno lumine coruscās intraret. Hec au-
gustinus. Et sic pȝ quō fiet istud tā altū sa
cramētū dn̄ice īcarnatōis āgeloꝝ ministerio

Tertio fiet istud tam al
tum sacrm̄ dn̄ice incarnatiōis virginis ob
sequio. Unde Aug in quodā sermone in-
troducit beatā virginē sic loquentē. Eram
inquit maria ī domo mea puella iudea: ex
semine Dauid regis generata. Adulta fa-
cta sum ⁊ desponsata. Desponsata sum con
iugi ⁊ placui alteri non interueniente adul
terio: sed intercedēte spiritusancto. Despon
sata suȝ homini iudeo: ⁊ placui homini deo
Desponsauit me vir iudeus: ⁊ amauit me
xp̄s deꝰ. Ignorauit qdē ioseph spōsus meꝰ
ꝙ me adamasset deus meꝰ: ⁊ putauit ꝙ de
adulterio imp̄gnatꝰ esset venter meꝰ. Nāqȝ
ignorante ioseph sponso meo venit ad me
quidā magnꝰ xp̄i panimphus: nō patriar-
cha primꝰ aut ꝓpheta egregiꝰ. Sed gabriel
archangelus: facie rutilās: veste coruscās
ingressu mirabilis: aspectu terribilis: ⁊ visi-
tauit me. Hec ille. Beata virgo in domo cō
sistens erat associata duodecim puellis vir
tuosis q̄ notant in euangelio hodierno in-
struētes eā in tā alto sacro. Pr̄ia fuit dn̄a
secreta: que instruebat beatā virginē vt me
ditaret ea q̄ ꝯtinebant in illo ps̄. Bn̄dixi-
sti domine terrā tuā: auertisti captiuitateȝ
iacob. Remisisti ⁊c̄. Mitigasti ⁊c̄. Cōuer
te nos ⁊c̄. Nunqd in eternū ⁊c̄. Deꝰ tu con-
uersus ⁊c̄. Ostende nobis dn̄e ⁊c̄. Et ait dn̄a
secreta. O si veniret angelꝰ gabriel q̄ secre-
ta mysteria dei nob̄ reuelaret. Hic em̄ tria
magna hȝ officia. Pr̄io assistit an̄ deū. Lu-
ce. i. Ego sum angelus Gabriel qui assisto
semper ante deū. Scd̄o est victor in prelijs
Unde Gabriel prelijs prepositus est. Iō
fortitudo dei interp̄tat vt dicit glo. Dan̄.
viij. Tertio reuelat secreta. Dan̄. viij. Ga-
briel fac istā ītelligere visionē. Cūqȝ sic me
ditaret ecce angelꝰ gabriel missus a deo in
ciuitatem galilee cui nomen nazareth: pul
sabat ad hostiū. Statimqȝ dn̄a secreta cu-
currit ad hostiuȝ: nec subito aperuit: sed per
speculaȝ aspiciens ait. deo gratias. ⁊ ange
lus ait semper. Interrogauit dn̄a secreta.
Pacificus ne ingressus tuus? Respondit
angelus. Ego sum gabriel angelus missus
nunciare totius mundi salutē deferens ade
reuocationis conscriptū: missus ad anima-
tū regis angeloꝝ palatiū preparare mūdū
sponso thalamū: missus miles referans re
gis secretū: quod cognoscit fide ⁊ non dis-
cussione quod deifice glorificatur ⁊ non in-
uestigatur. missus ad virginem desponsatā
viro cui nomen erat ioseph de domo dauid
⁊ nomē virginis Maria. Beata virgo ait
Audiā quid loquatur in me dominus deꝰ:
qm̄ loquet pacē in plebē suā. Et sup sctōs
suos ⁊c̄. vsqȝ glīa in terra nr̄a. Et tunc dn̄a
secreta ap̄uit hostiū. Scd̄a fuit dn̄a intelli-
gentia: que instruebat beatam virginem vt
peteret intellectum eoꝝ que legebat. vnde
ipsa dicebat. Da mihi ītellectū ⁊ scrutabor
legem tuam. Qm̄ declaratio sermonū tuo
rū illumīat: ⁊ intellectū dat p̄uulis. Et subi
to angelus ingressus ad eā dixit. Aue grā

plena dñs tecū: benedicta tu in mulierib⁹.
Aue sponsa dei genitrix ĩmaculata. aue aĩa
tum templū dei. aue sacrariū spiritussancti.
dñs tecū in corde: dñs tecū in vtero: dñs
tecū in auxilio. Tertia fuit dña erubescẽtia
que instruxit beatã virginẽ ne statim rñde
ret. ideo cū audisset turbata est in sermone
ei⁹ ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. qꜫ
pudicicia hꝫ verecūdiã honestatis. Turba
ta est in introitu angeli cogitans ꝙ sic be-
nedixerit ei que modestū retinens apud se
ꝓposi ti sancti silentiū ⁊ incognitū hñs viri
le colloquiū. Stupet angelo salutãte: sibiqꝫ
talit̄ bñdicẽte: nõ tñ ẽ ausa ꝑuenire loque-
tem. Turbata est eñ non turbatione impa
tientie: sed verecūdie ⁊ pauoris ⁊ admira-
tionis ꝓpter ĩmẽsitatẽ luminis. qꜫ expaue-
scit virgo de lumine ꝓpter nouã ⁊ insolitã
salutationẽ. Quarta fuit dña taciturnitas
que instruebat beatã virginẽ vt cogitaret
intra se altitudinẽ ꝯsilij diuini super salute
generis humani. O annunciatio mirifica.
O salutatio ꝑegrina plenitudinis copiam
portans ⁊ virgineū corpus illustrãs. preue-
niens itaqꝫ iudicẽ: preco tã preclar⁹ ⁊ mirꝫ.
festinus prepat vt in pretorio virginitatis
suscipi possit de⁹ maiestatis. Cogitabat nãqꝫ
beata virgo qualis esset ista salutatio: quia
de plenitudine ipius debebãt accipe vniuer
si captiui redẽptionẽ. tristes ꝯsolatiões. pec
catores veniã. iusti grãm. angeli letitiã. de-
niqꝫ tota trinitas gl'iam. fili⁹ dei carnis hu-
mane substantiã. Quinta fuit dña timoro
sa: q̃ instruebat beatã virginẽ ne cito assen-
tiret his verbis. Salutat angelus puellam
viri salutatiõis ignarã. terret̄ virgo nouita
te verborꝫ. ad quã ãgel⁹. Ne timeas maria
Ne inq̇t aspectu meo mater dñi mei terre-
aris. Ego ꝯceptionis tue minister adueni:
non vt virginitatẽ amittas interueni. Ipse
me misit ad te qui est nascitur⁹ ex te. Ideo
dicit dña timorosa. Hic est bon⁹ angel⁹ con
fortãs ⁊ letificãs. Sexta fuit dña hõestas:
que instruebat beatã virginẽ vt staret cū
oculis depressis ad terrã ⁊ cū multa mode
stia. Tanta eniꝫ fuit honestas ei⁹ vt nemo
vnqꝫ tẽptationẽ vllã carnis de ea habuerit
Nihil eñ in maria toruuꝫ in oculis: nihil in
verbis procax: nihil in actu inuerecūdū: nõ
gestus fractior: nõ incessus solutior: nõ vox
petulãtior. Ne timeas maria neqꝫ expaue-
cas v̄go ꝑtū: neqꝫ metuas neqꝫ formides
multū inexꝑta: tñ crede ⁊ cõcepisti; ama ⁊
peperisti. Qm̄ inuenisti grãm apud deum:
Quã gratiam? Dei ⁊ hoĩm pacẽ: mortis de
structionẽ: vite repationẽ. Concipies eñ ⁊
paries filium: non cuiuslibet meriti hoĩem
sed totius secl'i saluatorẽ. Recole maria in
libro Esaye ꝓphete virginẽ quã pariturã
legisti ⁊ gaude ⁊ exulta: qꜫ tu esse meruisti
tu ibi ꝑfigurata es virgo. Ecce tu in vtero
ꝯcipies: nõ de viro: ſ; de spiritusancto. graui
da eris ⁊ incorrupta manebis. Paries q̇-
dem filiū: ⁊ virginitatis non patieris detri-
mentū. efficieris grauida: ⁊ eris mater sem
per intacta. Septima fuit dña prudentia q̃
instruebat beatã virginẽ vt sic prudẽter re-
sponsionẽ temperaret ꝙ hoc fieri posse non
dubitaret: ſ; de modo fiẽdi interrogaret. iõ
ipsa ait. Quõ fiet istud: qm̄ virū nõ cogno
sco? habebo filiū ⁊ nescio virū. portabo fetū
que fugio partū. Quõ vacuo vtero genera
bo? vnde prebebo lac labijs infantis suge-
re postulãtis? Octaua fuit dña virginitas:
q̃ instruebat beatã virginẽ vt qđ semel deo
deuouerat ꝑpetuo obseruaret. ꝓpterea an-
gelus ait. Noli expauescere: noli de tue vir-
ginitatis ꝑmanentia sollicitudinem gerere.
Intacta manebis: de ꝓle gaudebis: sine cõ
iunctione mortalis viri efficieris nutr⁹ altis-
simi. ꝓinde nõ est qđ metuas: ſ; inde est qđ
gaudeas. Tūc eñ dolor sequeret̄ partum
si ꝑcederet libido ꝯceptū. Nūc v̄o spūssan-
ctus supueniet in te: ⁊ virt⁹ altissimi obum
brabit tibi. i. refrigerabit tibi sub vmbracl'o
spūsscti. ne in feruore ꝯcupiscẽtie torrearis
Erit in te ꝯceptio: ⁊ nõ cõcupiscẽtie libido.
Nõ eñ erit estus vbi vmbrã faciet spūssan
ctus. Nona dña fuit obediẽtia: q̃ beatã vir
ginẽ instrue[ba]t: tã grandi sacramẽto assen
sum ꝑbere dicẽs. O btã maria seculū oñe
captiuū: tuū depcat̄ assensum. Te de⁹ nun-
cio sue fidei assistere fecit. Noli morari vir-
go nūcio: festinãter rñde verbū ⁊ suscipe fi
liū. Tunc maria sic salutata sic ꝯfortata sic
de magnifica ꝓle letificata: sic de pudore cer
tificata. Ecce statim surrexit: genua in ter-
ram fixit: terrã osculata fuit: oculos ad celū
leuauit: brachia ad celū extendit. Et sic cū
magno gaudio dixit. Ecce in quo notatur
promptitudo obedientie. Decima fuit dña
humilitas que instruebat beatam virginem
vt de se non alta saperet dicens. O venerã-
da virginitas. O predicãda humilitas ab
angelo mater domini appellaris: sed te an-
cillam domini ꝯfitearis; ideo ipsa ait. Ecce

ancilla dñi tanq̄ diceret. Paratū cor meuz deus: q2 intactus ꝑmanet vterus me⁹. Respexit em̄ hūilitatez ancille sue. Uenit ergo mansuet⁹ implens celos: transiliens per humilem ad suꝑbos: ꝛ celos non derelinquēs vt inflatos tumore superbie apposito humilitatis remedio mitis medicus ip̄e curaret. Uenit em̄ mansuet⁹ ꝛ mitis sedens suꝑ nubem leuem. i. suꝑ mariā humilē. ¶ Undecima fuit dña desiderosa: que instruebat beatam virginē: vt adimpleret desideriū sanctorum patrū dicentiū illō Esa. xlv. Rorate celi desuper: ꝛ nubes pluant iustū. aperiat̄ terra ꝛ germinet saluatorē. Naz desideriū pauperum exaudiuit dñs: preparationē cordis eoruz audiuit auris tua. Ideo ip̄a ait. Fiat mihi. ¶ Duodecima fuit dña fidelis q̄ instruebat beatā ꝟginem vt verbis angeli crederet. Uñ ipsa ait. Contingat mihi o gabriel archangele ſm verbū tuū: veniat ad cubiculum suū: qui in sole posuit tabernaculū suū. Oriatur mihi ꝟgini ꝑmanēti sol iusticie: in cui⁹ pennis eterna permanet sanctitas. cui perpetua castitate florescens mea ꝑduret integritas. Egrediat̄ sicut splendor iustus ꝛ saluator vt lampas accēdat̄. ꝓcedat iam sponsus de thalamo suo: q2 secura facta suz de ꝓposito meo. Nec dū reuertit̄ nunci⁹: et virginalē thalamū ingreditur xp̄s. efficitur sub typo pregnans beata dei genitrix: ꝛ cuncta per secula p̄dicat̄. sine mora vt assensus ꝟginis pandit̄: celestis sponsus immaculatum corpus ingredit̄: ꝛ qui toto mūdo non capitur puelle intacte mēbris infundit̄. Credidit monita qd̄ audiuit: meruit sanctificata qd̄ credidit. deniq3 tm̄ se ad celi fastigia sub leuauit. vt verbū apud deū in p̄ncipio. i. dei filiū de summa celi arce susciperet. ꝛ sic ptz. Quomodo fiet istud tam altū sacramentū dñice incarnatiōis virginis arbitrio.

¶ Quarto fiet istud tam altum sacramentū dñice incarnatōnis deuotoruz obsequio.

Mox em̄ vt beatissima virgo angelo assensum prebuit. Spiritussctūs in eam descendit: que filiuz dei cōcepit. Tūc populus sanctoꝝ patrū qui erant in lymbo viderunt lucē magnā. Esa. ix. Populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnaz. Habitantib⁹ in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Et letati sunt gaudio magno. Surrexerūt aūt q̄ttuor ꝓphete cōfortātes ꝛ animātes oīes q̄ erant in lymbo. ¶ Primo surrexit Moyses ꝛ ait. Manna descendit de celo gaudeant oīes esurientes. ¶ Secundo Dauid dicēs. Exortū est in tenebris lumē rectis corde: misericors ꝛ miserator ꝛ iustus dñs. gaudeant omnes egrotantes. ¶ Tertio Salomon dicēs. De vinea celi botrus erupit. gaudeant oēs sitiētes. ¶ Quarto Daniel dicens. Lapis sine manib⁹ de mōte precisus est. gaudeant fideles credentes miserūt aūt legatos ad beatā ꝟginē qui gratias egerūt ꝛ benedixerūt eam vna voce dicentes. Tu gloria hierusalē. tu leticia israel. tu honorificētia populi nostri que fecisti viriliter: ꝛ confortatū est cor tuū: eo ꝙ castitatem seruaueris: ꝛ manus dñi cōfortauit te. ideo eris benedicta in eternum. Judith. xv. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm ꝛc. vsq3 Abrahā ꝛ semini eius in secula. Amē.

¶ In festo resurrectōis dñi Sermo. xxiiij.

Uiderūt iuuenē sedētem in dextris. Marc. vlti. ꝛ in euangelio presentis solēnitatis. Act. x. dr̄. Hūc de⁹ suscitauit tertia die ꝛ dedit eū manifestū fieri nō oīi pp̄lo: sed testibus preordinatis a deo. Suꝑ quo talē moueo questionē. Utrū xp̄s resurgēs virtuose resurrexerit etiā gl'iose. ¶ Ad istā q̄stionē respondēt duo doctores noui testamēti. ¶ Primus est Paul⁹. Phil. iij. Reformabit corpus humilitat̄ nostre configuratuz corpori claritatis sue ꝛc. ¶ Secūdus est sanct⁹ Tho. iij. parte. q. liiij. arti. ij. vbi dicit sic. Corp⁹ xp̄i in resurrectione fuit gloriosuz. Et hoc appa ret triplici rōne. ¶ Primo quidē q2 resurrectio xp̄i fuit exemplar ꝛ causa nostre resurrectionis. vt habet̄. i. Coꝛ. xv. Sancti autez in resurrectione habebūt corpa gloriosa. sic dicit̄ ibidē. Seminat̄ in ignobilitate surget in gloria. Uñ cū causa sit potior causato. et exemplar exemplato. Multo magis corp⁹ xp̄i fuit gloriosuz in resurrectiōe. Qui em̄ ē causa salutis alioꝝ etiā ip̄e debet salutē cōsequi. Sicut legit̄ de Raab meretrice. Josue. vi. ꝛ de obstetricib⁹ iudeoruz in egypto. Exo. i. Secundo q2 ꝑ hūilitatez passionis meruit gloriā resurrectiōis. Unde ꝛ ipse dicebat Job. xvij. Nunc aīa mea turbata est: qd̄ ꝑtinet ad passionē. ꝛ postea subdit. Pat̄ clarifica filiū tuū. in quo petit gloriā resurrectionis. Unde oportet humilē exaltari ꝛ cū te cōsumptū putaueris vt lucifer orieris. vt patet de Joseph qui vendit⁹ ꝛ humiliatus

in compedib⁹. subito factus est rex egypti ꝛ
fratrū liberator: ꝛ in curru aureo duct⁹: vbi
sicut sol resplenduit vultus ei⁹. ¶ Tertio q2
a pͥncipio sue conceptōis aīa xp̄i fuit glorio
sa ꝑ fruitionē diuinitatis ꝑfectā. Est aūt dis
pensatiue factum vt ab aīa gloria nō redū
daret in corp⁹, scz ad hoc ꝙ misteriū nostre
redemptōnis sua passione impleret. ꝛ ideo
peracto hoc misterio passiōis ꝛ mortis xp̄i
aīa xp̄i statim in corp⁹ in resurrectiōe resū
ptum suā gloriaz redundauit ꝛ deriuauit:
ꝛ ita factū ē corp⁹ illud gloriosuz. hec Tho.
¶ Sciendum ꝙ resurrectio xp̄i fuit gloriosa
quantū ad quattuor. ¶ Primo q2 xp̄s imor
talis resurrexit. Cū em̄ resurrectio sit repara
tio a morte in vitā. Perfecta resurrectio est
quādo aliq̄s eripit̄ nō solū a morte sed etiā
a necessitate ꝛ possibilitate moriendi. Et sic
xp̄s resurgēdo ꝑuenit ad vitaz penit⁹ imor
talem. ꝺm illud Rom̄. vi. Xp̄s resurgēs ex
mortuis iam nō morit̄: mors illi vltra non
dominabit̄. Secūdo q2 xp̄s resurrectionē
suā causauit. Joh. x. Nemo tollit aīam meā:
sed ego pono eam ꝛ iterū sumo eam. Natu
ralis ordo rerū diuinit⁹ institut⁹ hoc habet:
vt quelibz causa pͥmo operet̄ in id qͦd est si
bi ꝓpinquū. ꝛ per id operet̄ in alia magis
remota. Sicut ignis pͥmo calefacit aerē ꝓ
pinquū ꝑ quē calefacit corpora distincta: et
ipse de⁹ illuminat pͥmo substātias sibi pro
pinquas ꝑ quas illuminat magis remotas
vt Diony. dicit. xiij. Cel. iere. Et ideo verbū
dei primo attribuit vitam imortalē corpori
sibi naturalit̄ vnito: ꝛ ꝑ ip̄m operat̄ resurre
ctionē in om̄ib⁹ alijs. Tertio q2 resurrectio
xp̄i est exemplar resurrectiōis solū iustoruz
Primordialis em̄ causa resurrectōis huma
ne est diuina iusticia ex qua xp̄s hz potesta
tem iudiciuz facere: q2 filius hoīs est. ꝛ ideo
virt⁹ effectiua resurrectōnis ei⁹ se extendit
non solū ad bonos sed etiam ad malos qui
sunt ei⁹ iudicio subiecti. Sicut autē resurre
ctio xp̄i ex eo ꝙ corp⁹ illud est personaliter
verbo vnitū est pͥma tempe. ita etiā est pͥma
dignitate ꝛ ꝑfectōne. vt glo. dicit. i. Cor. xv.
Semꝑ autez id qͦd est ꝑfectissimū est exem
plar qͦd imitant̄ min⁹ ꝑfecta ꝺm suū modū
ꝛ ideo resurrectio xp̄i est causa exemplaris
resurrectiōis illoꝝ: quos oportet illi resurre
ctioni conformari. que cōformitas est soluz
iustoꝝ qui sunt conformes filiationi xp̄i. vt
dicit̄ Roma. viij. ¶ Quarto q2 resurrectio
xp̄i est causa resurrectiōis aīarū. Nam resur
rectio xp̄i agit in virtute diuinitatis q̄ quidē
se extendit nō solū ad resurrectionē corpoꝝ
sed etiā ad resurrectionē aīarū. a deo em̄ est
ꝛ ꝙ aīa viuit per gr̄am: ꝛ ꝙ corp⁹ viuit per
aīam. ꝛ ideo resurrectio xp̄i habz instrumē
taliter virtutē effectiuā. nō solū respectu re
surrectōis corpoꝝ: sed etiā respectu resurre
ctionis aīarū. Similit̄ aūt habz rōnē exem
plaritatis respectu resurrectōis aīarū: quia
xp̄o resurgenti debem⁹ etiā ꝺm aīam cōfor
mari. vt sicut ꝺm apl'm. Rom̄. vi. Xp̄us re
surrexit a mortuis ꝑ gloriā patris. ita ꝛ nos
in nouitate vite ambulem⁹. ꝛ sicut ip̄e resur
gens ex mortuis iam nō morit̄. ita nos exi
stimemus mortuos nos esse pctō vt in eter
num viuam⁹ cum illo. Et Rom̄. iiij. dicitur
Resurrexit ꝓpt̄ iustificationē nostraz. Qͦd
quidē hodie apparuit in deuota ꝛ sincera fi
delium cōmunione. in qua viderūt iuuenez
id est xp̄m. sedentē. i. resurgere. in dextris. i.
ad gloriam.

¶ Iuuenē sedentē in dextris viderunt.

- Virtutes.
- Angeli.
- Patriarche.
- Prophete.
- Sancti.
- Mortui.
- Gentiles.
- Mulieres.
- Discipuli.
- Judei.
- Luminaria.
- Mixta.

¶ Primo iuuenem sedentē

in dextris viderūt virtutes q̄ fuerūt q̄ttuor
euntes ad deū patrē: petētes ab eo vt xp̄us
resurgeret a mortuis tertia die. Cūq3 foret
disceptatio: que illarū pͥma accederet. dixe
runt illud ps. Justicia ante eū ambulabit ꝛ
ponet in via gressus suos. ¶ Primo accessit
iusticia dicēs. Ad cōmēdationē diuine iusti
cie ꝑtinet exaltare illos q̄ se ꝓpt̄ deū humi
liant. i. Pet. v. Humiliamini sub potenti ma
nu dei: vt vos exaltet in tp̄e visitatiōis. Sz
xp̄s ꝓpter charitatē ꝛ obedientiā dei se hu
miliauit vsq3 ad mortē crucis. vt dr̄ Phil. ij.
Ergo oportet ꝙ exaltet̄ a deo vsq3 ad glori
osam resurrectionē. Super quo adduco te
stimonia veteris ꝛ noui testimenti. ps̄ dicit
ex persona xp̄i. Tu cognouisti sessionē meā
id est humilitatē passionis mee. ꝛ resurrecti

onem meã.id est glorificationẽ in resurrecti
one. Sicut glo.exponit Luce.i.dicẽs. Depo
suit potẽtes de sede ꝛ exaltauit hũiles ¶Se
cũdo accessit fides dicẽs. Ad te dñe clama
bo ꝛ ad deũ meũ deprecabor. Duo em̃ pre
dicaui circa personã xpi.scꝫ diuinitatẽ ꝛ hu-
manitatẽ eius. Non em̃ sufficit alteruꝫ sine
altero credere.ad hoc ꝙ cõfirmaret̃ fides de
humanitate ipsius.oportuit moram esse in
ter mortẽ ꝛ resurrectionẽ eiꝰ. Si em̃ subito
post mortẽ resurrexisset: videri posset ꝙ eiꝰ
mors vera nõ fuisset: ꝛ per cõsequẽs nec re
surrectio vera. Ad fidẽ aũt diuinitatis opor
tuit ꝙ cito resurgeret ꝛ eius resurrectio nõ
differretur vsqꝫ ad finẽ mundi. Super quo
adduco testimonia veteris ꝛ noui testamẽ
ti.ps̃. dicit ex persona xpi. Que vtilitas in
sanguine meo: dũ descẽdero in corruptionẽ
id est que vtilitas in effusione sanguis mei
dum descendo quasi per quosdã gradꝰ ma-
lorũ in corruptiõnẽ: quasi dicat nulla. Si em̃
statim non resurgo: corruptũ qꝫ fuerit corpꝰ
meũ nemini annunciabo.nullũ lucrabor.vt
glo.exponit. ꝛ.i.Cor.xv.dr̃. Si xp̃us nõ re
surrexerit.inanis est predicatio nostra: ina-
nis est fides nostra. Tertio accessit domi-
na spes dicens. Propter hoc letatũ est cor
meum: ꝛ exultauit lingua mea insup̱ ꝛ caro
mea requiescet in spe: qm̃ non derelinques
aiam meã in inferno.nec dabis sanctũ tuũ
videre corruptionẽ. Dũ em̃ videmꝰ xp̃m re
surgere qui est caput nostrũ: sperámꝰ etiam
nos resurrecturos. ¶Super quo adduco te-
stimonia veteris ꝛ noui testamẽti.ps̃.dicit
ex persona xpi. Refloruit caro mea ꝛ ex vo
luntate mea confitebor illi. Et.i.Cor.xv.dr̃
Si xp̃s resurrexit quomodo quidã in vobis
dicunt: qm̃ resurrectio mortuoruꝫ non est.
¶Quarto accessit dña charitas dicẽs. Pro-
pter nimiã charitateꝫ qua dilexit nos: misit
deus filium suũ in similitudinẽ carnis pec-
cati quã ostendit dum animã suam pro no
bis posuit. Sed ista perfectio charitatis nõ
compleret̃ nisi nos efficeret participes eter
ne hereditatis. Quod quidẽ fieri nequiret:
nisi prius a mortuis resurgeret ꝛc̃. ¶Super
quo adduco testimonia veteris ꝛ noui te-
stamenti.ps̃.dicit ex persona xpi. Estimatꝰ
sum cum descendentibus in lacum factus
sum sicut homo sine adiutorio inter mortu
os liber. Et Luce vlti.dicit̃. Oportebat xp̃ꝫ
pati: ꝛ resurgere a mortuis die tertia. Tunc
deꝰ pat̃ ait filio existenti in sepulchro. Exur
ge gloria mea.exurge psalteriuꝫ ꝛ cythara.
Rñdit filiꝰ. Exurgã diluculo. Sicqꝫ factũ ẽ

¶Secundo iuuenem seden

tem in dextris viderunt angeli. Sicut em̃ di
cit apl's Rom̃.xiij. Que a deo sũt ordinata
sũt. Est aũt hic ordo diuinitꝰ institutꝰ: vt ea
q̃ supra hoĩes sunt: hoĩbꝰ p̱ angelos reuelẽ-
tur.vt pꝫ p̱ Diony.iiij.c.Cele.iere. Xp̃s aũt
resurgẽs nõ rediit ad vitã cõiter oĩbꝰ notã.
ſ ad vitã quandã ĩmortalẽ ꝛ deo cõformẽ.
ſm illud Rom̃.vi. Qd̓ em̃ viuit.viuit deo.
ꝛ ipa xpi.resurrectio nõ debuit ĩmediate ab
hoĩbꝰ videri.ſ eis ab angelis nunciari. Vñ
Hylariꝰ dic̃ sup̱ Math. Qd̓ ido angelꝰ priꝰ
resurrectiõis ẽ index: vt q̊dã famulatu pat̃-
ne volũtatis resurrectio nũciaret̃. Quia igr̃
p̱ resurrectionẽ xpi ruina angelica erat re-
paranda ex hoĩbꝰ. Math.xxij. Erũt hoĩes
sicut angeli dei in celo. ido angeli hoc hoĩbꝰ
nũciauert̃. Fuerũt aũt p̃cipue q̃ttuor ange-
li. ¶Primꝰ extra sepulchrum. Math.xxviij.
Angelꝰ dñi descẽdit de celo. Cuiꝰ descẽsus fu
it ṽtuosus.qꝛ ecce terremotꝰ factꝰ ẽ magnꝰ
ps̃. Terra tremuit dũ resurgeret in iudiciuꝫ
deus. Fuit gloriosus: qꝛ erat aspectꝰ eiꝰ sicut
fulgur.vestimẽta eiꝰ sicut nix. Fuit terribilis
qꝛ pre timore aũt eiꝰ exterriti sunt custodes
Fuit affabilis.qꝛ dixit. Nolite timere. Scio
em̃ qꝛ iesuꝫ crucifixum queritis. ¶Secũdus
angelꝰ fuit intra sepulchrũ. Mar.xvi. Et in
troeuntes in monumentũ viderũt iuueneꝫ
sedentẽ in dextris: coopertuꝫ stola candida
ꝛ obstupuerunt ¶Tertius ꝛ quartꝰ angelꝰ
fuerunt intra sepulchrũ. Joh.xx. Inclinauit
se ꝛ prosperit in monumentũ ꝛ vidit duos
angelos in albis sedentes.vnum ad caput:
ꝛ reliquũ ad pedes vbi positũ fuerat corpꝰ
iesu. Qui oẽs testati sũt xp̃ꝫ resurrexisse ꝛc̃.

¶Tertio iuuenem sedentẽ

in dextris viderunt patriarche. Quibꝰ hoc
sacramentum resurrectõnis reuelatum est.
q̄uis non ita clare intelligerent ante: sicut
post factum Adam in statu innocentie: cui
dormienti costa detrahitur: vt coniunx effi-
ciatur.ita ꝛ christo in cruce moriẽti sanguis
ex eius latere effunditur vt ecclesia constru
atur. Dormit Adam vt fiat Eua.morit̃ xp̃s
vt fiat acclesia. Dormienti ade fit eua de la
tere.mortuo christo lancea p̱cutit̃ latus: vt
p̱fluãt sacramẽta quibꝰ formet̃ eccl'ia. Vñ
merito apl'us p̃mũ adã dicit formam fuisse

futuri. qm̄ sicut dormitio ade figurabat mortem xpi. ita expergefactio ipsius figurabat resurrectōnē xpi. ps̄. Ego dormiui τ soporatus sum. τ exur. q. d. s. me. Noe denudat⁹ in tabernaculo suo dormiēs ꝓpter ebrietatem significat xp̄m infinita charitate calefactuz dormientē in ligno crucis denudatū om̄ino vestib⁹ quas milites inter se diuiserūt. Et sicut Cham derisit patrē suū. ita iudei ꝑtereūtes blasphemabāt xp̄m deuz suū. Sed noe expergefact⁹: cognita nequitia Cham maledixit chanaaz filio ei⁹. ita xp̄s expergefact⁹ a somno mortis per resurrectionē imprecatus est maledictionē filijs iudeoꝝ τ nō illis qui euz crucifixerūt: ꝓ quib⁹ orauit in cruce dicens. Pater ignosce illis τc̄. Abraham cui ꝓmiserat deus in ysaac vocabit̄ tibi semen: τ tamē mandatū a deo acceperat: vt filium suū ysaac imolaret. Credidit abrahā deo. Credidit em̄ ysaac post imolationez resurrecturū τ filios ꝓgeniturū. in quo imolatio τ resurrectio xpi prefigurabat̄. Jacob benedicēs iudam ait. catulus leonis iuda. Ad predaz ascendisti fili mi: requiescēs accubuisti vt leo. q̄s suscitabit eū. Geñ. xlix. Dicūt naturales ꝙ leena parit catulos mortuos. τ die tertia rugiens sup eos accipiūt spiritū vite. sic etiā de xp̄o. Samson in ciuitatem gaza ingrediēs ab inimicis cōprehēdi non potuit. sed surgēs media nocte portas ciuitatis cū seris abstulit τ in cacumine mōtis portauit. Sic milites custodiētes sepulchrum xp̄i eū tenere nō potuerūt: q̄n de sepulchro resurgens egrederet̄. saluis sigillis pilati quib⁹ erat signatū. Jonas fuit in vētre ceti trib⁹ dieb⁹ τ trib⁹ noctib⁹. tertio aūt die pristine vite reddit⁹ est. Sic filius hoīs trib⁹ dieb⁹ τ trib⁹ noctib⁹ fuit in corde terre τ tertia die resurrexit.

Quarto iuuenem sedentem in dextris viderūt ꝓphete. qm̄ in manibus ꝓphetarū assimilat⁹ est xp̄us. Esaias xi. dicit sic. In die illa erit radix iesse q̄ stat i signū populoꝝ: ip̄m gentes deprecabunt̄: τ erit sepulchrū eius gloriosuz. Osee. xiij. c. dicit. Hic filius me⁹ sapiēs. Nunc em̄ nō stabit in contritiōe filioꝝ de manu mortis liberabo eū: τ de manu inferoꝝ eruā euz. Ubi ē iudiciū tuū mors: vbi est acule⁹ tuus: Ero mors tua o mors ero morsus tuus inferne. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. Micheas. vi. c. dicit. Ne leteris inimica mea, q: cecidi: consurgā. Cū sedero in tenebris dn̄s lux mea est. Educet me in lucē videbo iusticiā ei⁹. Amos. ix. c. dicit. In die illa suscitabo tabernaculum dauid q̄d cecidit: τ aperturas muroꝝ ei⁹ reedificabo: τ ea que corruerāt instaurabo: Sophonias. iij. c. dicit. Expecta me in die resurrectionis mee in futurum: q: iudiciū meum est vt congregē regna τ colligā gentes. nūc reddaz populis labiū electū: vt inuocēt oēs in noīe dn̄i. τ seruiāt ei humero vno. Abacuh. ij. c. dicit. Lapis de pariete clamabit: τ lignū q̄d inter iuncturas muroꝝ est: r̄ndebit. q: replet̄ terra vt cognoscant gloriam dn̄i. David ait in psal. Exurrexi τ adhuc suz tecum.

Quinto iuuenē sedentez in dextris viderūt scti patres in lymbo detēti. Nam passio xp̄i fuit q̄dā causa vniuersal̄ humane salutis tam viuoꝝ ꝙ mortuorum. Causa aūt vniuersalis applicat̄ ad singulares effect⁹ ꝑ aliq̄d sp̄ale. Un̄ sicut virt⁹ passionis xp̄i applicat̄ viuentib⁹ per sacramenta cōfigurātia nos passioni xp̄i. ita etiā applicata est mortuis ꝑ descensum xp̄i ad inferos. Un̄ apl's dic̄ Eph̄. iiij. Q̄d aūt ascendit q̄d est nisi q: descendit. ꝑmū in inferiores partes terre. glo. i. ad inferos. Nam ꝑ descensuz suum ad inferos eduxit q̄ttuor ordines sanctoꝝ. s̄m illud Coll'. ij. Expoliās p̄ncipat⁹ τ potestates. traduxit illos confidenter. P̄mo visitauit sanctos patres in lymbo. per hoc em̄ scti patres detinebant̄ in inferno: ꝙ eis ad vitā glorie ꝓpter pct̄m primi parētis aditus nō patebat. Et sic xp̄s descendēs ad inferos: sctōs patres ab inferis liberauit. Et hoc ip̄m confirmāt: seip̄os cōfortantes τ cōsolantes sp̄ualiter. David ait Confiteant̄ dn̄o mi̅īcordie ei⁹ τ mirabilia ei⁹ filijs. Quia contriuit portas ereas τ vectes ferreos confregit τ eduxit eos de te. τ vm. mor. τ vinc. eorum disru. Salomon ait Eccl'i. xxiiij. Penetrabo inferiores partes terre: τ inspiciā oēs dormiētes: τ illuminabo oēs sperātes in dn̄o. Esaias ait. xxiiij. c. Congregabunt̄ cōgregatōne vni⁹ fascis in locū: τ claudent̄ in carcerē τ post multos dies visitabunt̄. Osee ait. xi. c. Ego q̄si nutritius effraim: portabam eos in brachijs meis: τ nesciuerūt q: curarē eos. In funiculis adam trahā eos in vinculis charitatis. Zacharias ait. ix. c. Tu quoqꝫ in sanguīe testa

menti tui emisisti vinctos de lacu in quo nõ erat aqua. Cunc𝔷 sic colloquerent. Ecce angeli cõcomitãtes xp̃m: dixerũt. Tollite portas p̃ncipes vestras ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie. Demones autẽ qui intus erãt: stupefacti ad hanc vocẽ questierunt dicẽtes. Quis ẽ iste rex glorie? Rñdit dauid ⁊ ait. Dñs fortis ⁊ po. do. po. in p̃lio. dñs vir. ip̃e est rex glorie. Statim𝔷 vectes inferni cõfracti sunt. i. impedimẽta quibus sancti patres de inferno exire p̃hibebãt reatu culpe p̃mi parẽtis. Xp̃s descendens ad inferos ꝟtute sue passionis ⁊ mortis cõfregit nõ statim educẽdo eos: sed eos in inferno luce glorie illustrãdo. Secũdo visitauit iustos simplices. Nam latro quidẽ loco in infernũ cũ xp̃o descendit vt cu𝔷 xp̃o esset quia dictũ est ei. Hodie mecu𝔷 eris in paradiso: sed p̃mio in paradiso fuit. nõ quidem corporeo: sed sp̃uali in quo esse dicunt quicũ𝔷 diuina gloria p̃fruunt. q2 ibi diuinitate xp̃i fruebat: sicut ⁊ alij sancti. Vñ Aug. in sermone de passione dicit. Qꝛ qñ xp̃s ad inferna descendit. portã inferni ⁊ vectes ferreos confregit: ⁊ oẽs iustos q̃ originali peccato tenebant astricti: absoluit. Tertio visitauit oẽs purgandos: q̃ purgationẽ suam perfecerãt. Vñ Greg. iij. li. mora. ait. Dum cõditor ac redemptor noster claustra inferni penetrans. electoru𝔷 exinde aĩas eduxit. nos illo ire nõ patit, vnde iam alios descẽdendo liberauit. Quarto visitauit angelos qui hos iustos custodiebãt: consolabant et associabant: quos oẽs eduxit. Act. ij. Deus xp̃m suscitauit solutis doloribꝰ inferni. scil𝔷 gloriã prebendo: maxime ex gloriosa resurrectione xp̃i.

Sexto iuuene𝔷 sedentem

in dextris viderunt mortui. Vñ dr̃ Math. xxvij. Multa corpora sanctoꝝ que dormierant surrexerũt. ⁊ exeũtes de monumentis post resurrectionẽ eius venerũt in sanctã ciuitatem ⁊ apparuerũt multis. Unde sanctꝰ Tho. iij. parte. q. liij. arti. iij. dicit sic. De illis qui resurrexerunt cum xp̃o est duplex opinio. Quidã asserunt ꝙ redierũt ad vitam tanq̃ nõ iterũ morituri. qm̃ magis illis eẽt tormentũ si iterũ morerent: q̃ si nõ resurgerent. ⁊ s̃m hoc intelligendũ est sicut Hiero. dicit sup Math. Qꝛ nõ ante resurrexerũt q̃ resurgeret dñs. Vñ ⁊ euãgelista dic. Qꝛ exeuntes de monumẽto post resurrectionẽ eiꝰ venerũt in sanctã ciuitatẽ ⁊ apparuerũt multis. Sed Aug. in ep̃la ad enodiũ hanc opinionẽ cõmemorãs dic. Scio quibusdã videri morte dñi xp̃i: iam talẽ resurrectionẽ p̃stitam iustis qualis nobis in fine p̃mittit. qd̃ si nõ iterũ repositis corporibꝰ dormierunt. Videndũ est quõ intelligat xp̃s p̃mogenitus a mortuis si eũ tot in illã resurrectione𝔷 p̃cesserũt. Qd̃ si rñdet hoc dictũ esse p anticipationẽ: vt monumẽta illo terre motu aperta intelligant. cũ xp̃s in cruce pẽderet. resurrexisse aũt iustoꝝ corpora nõ tunc: sed cũ ille p̃or surrexisset. Adhuc restat qd̃ moueat quõ petrus nõ de dauid sed de xp̃o asseruit fuisse p̃dictũ carnẽ eiꝰ nõ vidisse corruptionem. Sed per hoc ꝙ apud eos erat monumentũ dauid: ⁊ sic illos nõ conuincebat. Si corpꝰ dauid ibi iam non erat: q2 ⁊ si ante in recenti sua morte resurrexisset: nec caro eiꝰ vidisset corruptionẽ: posset monumentũ illud manere. Durũ aũt videt vt dauid in illa resurrectõe iustoꝝ nõ fuerit. si eis vita et̃na donata fuit. cuiꝰ xp̃s ex semine cõmendat. Periclitat etiã ad hebreos ꝙ de iustis antiquis dr̃. ne sine nobis p̃ficerent. Si iam in illa resurrectiõis incorruptiõe cõstituti sunt q̃ nobis p̃ficiẽdis in fine p̃mittit. Sic ergo Aug. sentire videt ꝙ resurrexerint iterum morituri. Ad qd̃ etiã videt p̃tinere qd̃ Hierony. dic sup Math. Qd̃ sicut lazarꝰ resurrexit. sic ⁊ multa corpora sanctoꝝ resurrexerunt vt dñm ostẽderent resurgentẽ. Q̃uis h̃ in s̃mõe de assumptiõe sub dubio relinquat Rationes tñ Aug. multo efficaciores videntur. hec Thomas.

Septimo iuuenem seden

tem in dextris viderũt gẽtiles quantum ad q̃ttuor differẽtias. Primo Job ix. ca. dic. Scio sc𝔷 per certitudinẽ fidei: ꝙ redemptor meꝰ. i. xp̃s viuit a mortuis resurgẽs. ⁊ ideo in nouissimo die de terra surrecturꝰ su𝔷. Reposita est hec spes mea in sinu meo ⁊c̃. Secũdo sibilla vt allegat beatꝰ Aug. li. xviij. de ciui. dei. ca. xxij. dic sic. Et morte morit tribꝰ diebus somno suscepto: ⁊ tũc ab inferis regressus ad lucẽ veniet p̃mꝰ resurrectõis p̃ncipio reuocat ostenso ⁊c̃. Tertio custodes Math. xxviij. Quidã de custodibꝰ venerũt in ciuitatẽ ⁊ nũciauerũt p̃ncipibꝰ sacerdotũ q̃ facta fuerãt. ⁊ cõgregati cũ senioribꝰ cõsilio accepto pecuniã copiosa𝔷 dederũt militibus dicentes. Dicite q2 discipuli eiꝰ venerũt

nocte ⁊ furati sunt eum vobis dormiētib⁹. Super quo dic̄ Aug. O mali o pessimi cu stodes aut vigilabatis ⁊ custodire debuistis aut dormiebatis: ⁊ q̄d si nescitis? Si dormi ebatis vnde scire potuistis q̄s illū tulerit de sepulchro. Si vigilabatꝫ cur auferri permisi stis? Quarto Centurio q̄ ait. Vere fili⁹ dei erat hō iste. In hoc em̄ magis certificat⁹ ē de resurrectōe xp̄i: qm̄ in monumēto exciso in petra cōdit⁹ est. ne si ex multis lapidibus edificatū fuisset tumuli fundamētis suffos sis: sublat⁹ furto diceret̄. vn̄ ⁊ saxū magnū qd̄ appositū fuit ōn̄dit nō absq̄ auxilio plu rimoꝝ sepulchrū potuisse reserari. Etiā q̄r re surrexit ⁊ exiuit de sepulchro. saluis ⁊ inta ctis sigillis pylati presidis.

¶ Octauo iuuenem sedentē

in dextris viderūt mulieres. Licet em̄ muli eri nō p̄mittat̄ publice in eccl'ia docere. ƀm illud. i. Coꝝ. xiiij. Mulieres in ecclesijs tace ant. ⁊ i. Thimo. ij. Docere mulieri nō p̄mit to. Tamē p̄mittit̄ ei p̄uatū domestica alios ammonitiōe instruere. Et ideo sicut Amb. dic̄ sup lucā. Ad eos femina mittit̄ q̄ dome stici sunt. nō aūt mittit̄ ad hoc q̄ resurrecti onis testimoniū ferat ad populū. Inter mu lieres aūt est q̄druplex differētia. ¶ Primo apparuit iesus post resurrectōnē b̄te v̄gini Vn̄ Amb. li. iij. de v̄ginitate dic̄. Vidit ma ria resurrectōnē dn̄i: ⁊ p̄ma vidit ⁊ credidit Et Seduli⁹ in aurora dic̄. Semp̄ v̄go ma nens hui⁹ se visib⁹ astans luce palā dn̄s pri us obtulit. ¶ Secūdo apparuit mulierib⁹ eū tibus ad monumētū: vt mulier q̄ p̄mo initi um mortis ad hoīem detulit. p̄ma etiā vitā resurgētis xp̄i in gloria nūciaret. Vn̄ Cyril lus dic̄. Femīa q̄ quodāmodo fuit mortꝫ mi nistra: venerādū resurrectōis misteriū pri ma percepit ⁊ nūciat. Adeptū est igit̄ femi neum gen⁹ ⁊ ad ignominie solutionē: ⁊ ad maledictiōis repudiū. Simul etiā p̄ hoc ōn̄ ditur q̄ quātū ad statū glorie p̄tinet: nulluꝫ detrimētū patiet̄ sexus femine⁹. Sed si ma iori charitate feruebūt: maiori etiā gloria ex visione diuina potient̄. eo q̄ mulieres que dn̄m arti⁹ amauerūt: intantū vt ab ei⁹ sepul chro discipulis etiā recedētib⁹ nō recederēt p̄mo viderūt dn̄m in gl'ia resurgentē. ¶ Ter tio apparuit mulierib⁹ redeūtibus a monu mento. q̄n̄ dixit eis. auete. tūc accesserunt ⁊ tenuerūt pedes ei⁹. Math. vlt. Quarto ap paruit marie Magdalene. q̄n̄ dixit ei Joh. xx. Noli me tangere. nondum em̄ ascēdi ad patrē meuꝫ. Per hoc em̄ vt Aug. dic̄ in illa femīa figurat̄ eccl'ia de gentib⁹ q̄ in xp̄m nō credidit: nisi cū ascēdisset ad patrē. aut sic in se credi voluit iesus. hoc ē sic se sp̄ualiter itā gi q̄ ip̄e ⁊ pater vnum sunt. ei⁹ quippe inti mis sensibus quodāmodo ascēdit ad patrē q̄ sic in eo p̄fecerit vt patri agnoscat equalē Hec aūt carnalit̄ adhuc in eū credebat quē sicut hoīem flebat. Vel sic Chryƀ. dic̄. Vo lebat hec mulier adhuc cū xp̄o cōuersari. sic̄ ⁊ ante passionē: ⁊ pre gaudio nihil magnū cogitabat: q̄uis caro xp̄i multo melior fue rit facta resurgēdo. Et id̄o dixit. Nondū em̄ ascēdi ad patrē meū. q̄si dicat. Non estimes me iam terrenā vitā agere. Qd̄ em̄ in terris me vides. hoc ē q̄r nondū ascēdi ad patrem meū sed in promptu ē q̄ ascendam.

¶ Nono iuuenem sedētem

in dextris viderūt discipuli. quib⁹ apparuit q̄druplicit̄. ¶ Primo Symoni petro. Luce xxiiij. Surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit symo ni: ƀ q̄n̄ aut vbi nescit̄ nisi q̄n̄ redibat a mo numento cū iohāne. Potuit em̄ esse q̄ petr⁹ a iohāne alicubi diuertit: vbi dn̄s sibi appa ruit. Vel forte q̄n̄ monumentū solus intra uit. sicut dr̄ in hystoria scholastica. Vel for te in cauea siue spelūca. q̄r q̄n̄ xp̄m negauit fugit in caueā q̄ dicit̄ gallicant⁹. vt dr̄ ibidē. ¶ Secūdo apparuit duob⁹ discipulis eūtib⁹ in emaus in specie peregrini. Luc. vlti. Naꝫ resurrectio xp̄i fuit manifestāda homib⁹ p̄ modū q̄ eis diuina reuelant̄. Innotescūt aūt diuina hoib⁹ ƀm q̄ diuersimode sūt affecti. Illi q̄ habēt mentē bene dispositā ƀm v̄ita tem diuina p̄cipiūt. Illi aūt q̄ habēt mentē nō bene dispositā diuina p̄cipiūt cuꝫ q̄dam ꝯfusiōe dubietatꝫ vel erroris. aīalis em̄ hō nō p̄cipit ea q̄ sunt sp̄us dei. vt dr̄. i. Coꝝ. ij. Et id̄o xp̄s quibusdā ad credendū disposi tis: post resurrectionē apparuit in p̄pria ef figie. illis aūt in alia effigie apparuit. q̄ iam videbant̄ circa fidē tepescere. Vn̄ dicebant Nos sperabam⁹ q̄ ip̄e redēptur⁹ esset israel Vn̄ Greg. dicit in omel. Q̄r talē se eis exhi buit in corp̄e q̄lis apud illos erat in mente q̄r em̄ adhuc ī eoꝝ cordib⁹ p̄egrin⁹ erat a fi de ire se longi⁹ finxit. s. ac si esset peregrinus Nam oculi eoꝝ tenebant̄ vsq̄ ad sacramē tum panis vt vnitate corporis ei⁹ participa ta remoueret̄ impedimētū inimici vt xp̄us posset agnosci. ¶ Tertio apparuit discipulis

in cenaculo vbi nõ erat thomas. Vñ certi-
ficauit eos de q̃ttuor. Primo de veritate cor
poris. Circa qd̓ tria ostẽdit. Primo quidẽ
ꝙ esset verũ corpꝰ ⁊ solidũ: nõ corpꝰ fanta-
sticũ vel rarũ. sicut est aer. ⁊ hoc ostẽdit per
hoc ꝙ corpꝰ suũ palpabile prebuit. Vñ ip̄e
dicit. Luce vlti. Palpate ⁊ videte: q2 spiritꝰ
carnẽ ⁊ ossa nõ habz sicut me videtis habe
re. Secũdo oñdit ꝙ eẽt corpꝰ hũanũ: ostẽ
dendo eis verã effigiẽ: quã oculis intueren-
tur. Tertio oñdit eis ꝙ esset idem numero
corpꝰ qd̓ prius habuerat ostẽdendo eis vul
nerum cicatrices. Luc̃. vlti. Videte manus
meas ⁊ pedes meos: q2 egoipse sum. Secũ
do certificauit eos de veritate aĩe iterato cor
pori vnite. ⁊ hoc oñdit per op̱a triplicis vite
Prĩo quidez p̱ opus vite nutritiue in hᵒ ꝙ
cũ discipulis mãducauit ⁊ bibit. vt legit̃ Lu
ce vlt̃. Secũdo p̱ op̱a vite sensitiue: in hoc
ꝙ discipulis ad interrogata r̃ndebat: ⁊ pre-
sentes salutabat: dic̃. Pax vobis: in q̃ osten
debat se ⁊ videre ⁊ audire. Tertio per op̱a
vite intellectiue: in hoc ꝙ cũ eis loq̄batur: ⁊
de scripturis differebat. Luc̃. vlti. Nõne cor
nostrũ ardẽs erat in nobis: dũ loqueret̃ no
bis in via ⁊ aperiret nobis scripturas. Ter
tio certificauit eos de v̓itate diuinitatis sue
Primo per testificationẽ dicens. Ego sum:
qd̓ est nomẽ dei. Joh̃. viij. Anteꝙ̃ abrahaz
fieret ego sum. Secũdo per occultarũ cogi-
tatõnũ manifestatõnẽ dicẽs. Quid turbati
estis ⁊ cogitatões ascendũt in corda v̄ra?
Tertio p̱ miraculi p̱bationẽ in piscibꝰ capi-
endis dicẽs. Mittite in dexteraz nauigij re
the: ⁊ inuenietis. Quarto p̱ hᵒ ꝙ eis videnti
bus ascendit in celũ. q2 vt dr̃ Joh̃. iij. Nemo
ascẽdit in celũ: nisi q̃ descendit de celo. filius
hoĩs q̃ est in celo. Quarto certificauit eos
de glĩa sue resurrectiõis. p̱ hoc ꝙ ad eos ia
nuis clausis intrauit. ſm ꝙ Greg̃. dicit in
omel̃. Palpandã carnẽ dñs prebuit quam
clausis ianuis introduxit: vt esse post resur-
rectionẽ ostẽderet corpꝰ suũ: ⁊ eiusdẽ natu-
re ⁊ alteriꝰ glorie. Similit̃ etiã ad p̱prieta-
tem glĩe p̱tinebat: ꝙ subito ab oculis disci-
pulorum euanuit. vt dicit̃ Luce. vlti. Qd̓ p̱
hoc ostendebat̃ ꝙ in eius potestate erat vi
deri ⁊ non videri. qd̓ pertinet ad conditio-
nem corporis gloriosi. Et sicut Aug̃. dicit
ad Orosium. Clarificata carne dñs resurre
xit sed noluit in ea claritate discipulis suis
apparere. quia non possent oculis talem cla
ritatem perspicere. Si em̃ anteꝙ̃ moreret̃
pro nobis ⁊ resurgeret: q̃n transfiguratꝰ est
in monte: discipuli sui eum videre non po-
tuerunt. quãto magis clarificata carne dñi
eũ videre nequissent. Est etiã cõsiderãdũ
ꝙ post resurrectionẽ dñs hoc precipue vole
bat ostendere: ꝙ idẽ ipse esset q̃ mortuꝰ fue
rat. Qd̓ mlt̃ũ poterat impediri. si eis sui cor
poris claritatẽ oñderet. Nam ĩmutatio q̃ fit
ſm aspectũ: maxime oñdit diuersitatẽ eius
qd̓ videt̃. Sed ante passionẽ ne infirmitatẽ
passionis eiꝰ discipuli despicerẽt: maxime in
tẽdebat xp̄s eis glĩaz maiestatꝫ sue oñdere
quã maxime demõstrat claritas corp̱is. ⁊ iõ
ante passionẽ suã glĩam p̄monstrauit disci-
pulis p̱ claritatẽ. post resurrectionẽ aũt per
alia indicia. Quarto apparuit discipulis
cũ quibꝰ erat etiã thomas. vt dr̃ Joh̃. xx. Cui
dñs dixit. Infer digitũ tuũ huc. ⁊ vide manꝰ
meas: ⁊ affer manũ tuã ⁊ mitte in latꝰ meũ
Nã illa ap̱tura vulnerũ ꝙuis sit cuz q̃dã so
lutiõe ꝯtinuitatꝫ. totũ t̃n hoc reputat̃ ⁊ recõ
pensat̃ p̱ maiorẽ decorẽ glorie: vt corpꝰ non
sit minꝰ integrũ: ſ3 magꝭ p̱fectũ. Thomas au
tem nõ solũ vidit: ſ3 vulnera tetigit q2 vt di-
cit Leo papa. Suffecit sibi ad fidẽ p̱p̱riã vi-
disse qd̓ viderat: ſ3 nobis operatꝰ est vt tan
geret quẽ videbat.

Decimo iuuenem sedẽtẽ

in dextris viderũt iudei. inter quos est q̃dru
plex differentia. Prĩo apparuit vniuersis
discipulis ⁊ fratribus. de quibus Paulꝰ me-
minit dicẽs. Deinde apparuit plusꝙ̃ quin-
gentis fratribus simul. ⁊ istis cuz multa po
testate ostensionez sui fecit: prebens se eis
viuentẽ post passionẽ in signis multis. vt di
cit Eusebius. Secundo apparuit Jacobo
alphei. Nam vt dicit Josephus ⁊ Hierony
mus. lib. de viris illustribus. Jacobꝰ in pa-
rasceue mortuo dño: votum vouit se nõ cõ-
esturuz donec videret dñm a mortuis surre
xisse. In ip̄a aũt die resurrectõis cũ vsq3 ad
illã diẽ Jacobꝰ nihil gustasset. eidẽ dñs ap-
paruit ac eis q̃ cũ eo erãt: dixit. Ponite mẽ-
sam ⁊ panem. Deinde dñs panem accipiẽs
benedixit ⁊ dedit iacobo iusto. dicẽs. Surge
frater mi comede: quia filius hoĩs a mor-
tuis resurrexit. Unde. ij. Cor. xv. dr̃. Dein-
de visus est iacobo. Tertio apparuit Jo-
seph. sicut legitur in euangelio Nycodemi.
Nam cum audissent iudei ꝙ ioseph corpus
xp̄i a pylato petiuisset: ⁊ ip̄m in monumen
to suo posuisset. indignati aduersus eum:

ipsum ceperunt: ⁊ in quodā cubiculo diligē
ter clauso ⁊ sigillato recluserūt. post sabba-
tum eū occidere volētes. Ecce iesus in ipsa
nocte resurrectōis: suspensa domo a quattu
or angulis ad eū intrauit: ⁊ faciē eiꝰ extersit
⁊ osculū dedit. ⁊ inde saluis sigillis eū edu
cens in domū suaȝ in arimathiā ipm addu
xit. ¶ Quarto apparuit Paulo. sicut ipē dic
ij. Coꝛ. xv. Xp̄s resurrexit tertia die. nouissi
me oīm tanq̄ abortiuo visus ē ⁊ mihi. Ego
em̄ non sum dignus ⁊c̄.

¶ **Undecimo iuuenē seden**
tem in dextris viderunt luminaria. Unde
Amb. dicit. Ex resurrectōe xp̄i aer salubrioꝛ
sol cādidioꝛ. terra fecūdioꝛ facta ē. Et Ma-
ximus in sermone dicit. In resurrectōe xp̄i
elemēta oīa gloriant̄. Nam ⁊ solem ipm
arbitroꝛ in hac die solito clarioꝛē. Necesse ē
em̄ vt sol in eiꝰ resurrectiōe gaudeat: in cuiꝰ
passione condoluit. Aug̃ in sermone dicit.
Hodie tota creatura letatur. Gaudet itaq̄
celū: q2 videt iam diu pctīs soꝛdidā terram
dn̄i cruoꝛe purgatā. Gaudet multitudo ce-
lestis exercitꝰ q2 conflictu regis sui oīs ini-
mici p̄ncipis debellata est militia. Gaudet
sol q2 lugubꝛes illas tenebras q̄s dn̄o mo-
riente ꝑtulerat letioꝛibꝰ ⁊ perpetua gratula
tione compensat. Et ps̄. Hec dies quā fecit
dn̄s exultemꝰ ⁊ letemur in ea.

¶ **Duodecimo iuuenē sedē**
tem in dextris viderūt mixta. Unde Aug̃.
libro de verbis dn̄i dicit sic. Cum non appa
reat semen ignis adhibes lapillū ⁊ modicū
ferri. ⁊ excutis de visceribꝰ lapilli quantum
opus est ignis. Uidemꝰ hyemis aduentu
arboꝛes spoliari pomis. nudari folijs: ſ3 eas
rursus verno tēpoꝛe spēm exp̄mere resurre
ctionis. Certe herba q̄ vixit ⁊ moꝛit̄: rursus
reuiuiscit ex semine. Cum moꝛtuū fuerit tri
ticū terre mandatū fecundū resurgit. Quid
de fenice aue arabie dicemꝰ? Hec em̄ xp̄m
resurrexisse p̄dicāt. ⁊ nos post moꝛtē susci
tandos annūciant. per iesum xp̄m qui resur
gens a moꝛtuis viuit cum deo patre ⁊ sp̄ū
sancto per eterna secula. Amen.

¶ In festo sancti Ambrosij ar
chiepiscopi Sermo. xxv.

Inextinguibile est
lumen illiꝰ. Sap. vij. ⁊ in ep̄la
p̄sentis solēnitatis. Beatꝰ Aug̃.
lib. xx. de ciui. dei. ca. ix. dic̄ sic. Qui nō sūt in-
uenti in libro vite scripti missi sūt in stagnū
ignis. Liber iste predestinationē significat
eoꝝ quibꝰ dabit̄ vita. neq̄ em̄ nescit eos deꝰ
⁊ in hoc libro legit vt sciat. sed potiꝰ ipsa eiꝰ
presciētia que falli non p̄ōt: liber est vite in
quo scripti sunt q̄ ante ad vitā predestinati
sunt. hec ille. ¶ Sup̄ quo talē moueo questio
nem. Utrū b̄ti ambrosij sapiētia infallibilis
fuerit de libro vite inextinguibilis. ¶ Ad istā
questionē r̄ndent duo doctoꝛes noui testa-
menti. ¶ Primꝰ est beatus Aug̃. sup̄ ps̄. lx.
sermone. ij. dicēs sic. Deleant̄ de libro viuen
tium. nō sic accipe debemꝰ q̄ illic aliq̄n scri
pti erant. Q̄m quicq̄d scripsit deꝰ in libro vi
te: nō delet illud. ¶ Si em̄ hō dixit. Q̄d scp̄si
scripsi. de titulo vbi erat scriptū. Rex iudeo
rum. deus queq̄ scribet ⁊ delebit? Presciuis
em̄ predestinauit ante mūdi cōstitutionem
oēs regnaturos cuȝ filio suo in vita eterna.
Hos scripsit. hos cōtinet liber vite. hec ille.
¶ Secūdus est sanctꝰ Tho. i. parte. q. xxiiij.
arti. iij. dicens sic. Illi q̄ sunt oꝛdinati ad ha
bendū vitā etnā ex p̄destinatōe diuina: sūt
simplicit̄ scp̄ti in libro vite. q2 sunt ibi scripti
vt habituri vitā eternā in seip̄a. ⁊ isti nunq̄
delent̄ de libro vite. hec Tho. ¶ Sciendū q̄
liber vite accipit̄ sex modis. ¶ Primo p̄ p̄re
destinatōne. Nam liber vite in deo dr̄ meta
phoꝛice ſm similitudinē a rebꝰ hūanis acce
ptam. Est em̄ apō hoīes ꝯsuetū q̄ illi q̄ ad
aliq̄d eligunt̄ cōscribunt̄ in libro: vtpote mi
lites vel ꝯsiliarij q̄ olim dicebant̄ patres cō
scripti. Oēs aūt p̄destinati eligunt̄ ad vitā
eternā habendā ab ip̄o deo. ¶ Ista ḡ p̄desti
natoꝝ cōscriptio dr̄ liber vite. Dicit̄ aūt me
taphoꝛice aliq̄d cōscp̄tū in intellectu alicuiꝰ
qd̄ firmit̄ in memoꝛia tenet. ſm illō Prou.
iij. Ne obliuiscaris legis mee: ⁊ p̄cepta mea
coꝛ tuū custodiat: ⁊ post pauca. describe ea i
tabulis coꝛdis tui. Nā ⁊ in libris materiali-
bus aliq̄d cōscribit̄ ad succurrendū memo-
rie. vn̄ ip̄a dei noticia q̄ firmit̄ tenet se aliq̄s
p̄destinasse ad vitā etnā: dr̄ liber vite. Nam
sicut scriptura libri ē signū eoꝝ q̄ fiēda sunt
ita dei noticia ē signū quoddā apō ipm eo
rum q̄ ꝑducēdi sunt ad vitā. ſm illō. ij. Thi.
ij. Firmū fundamentū dei stat habēs signa
culū hoc. Nouit dn̄s q̄ sunt eiꝰ. Et glo. sup̄ il
lud ps̄. Deleant̄ de libro viuētiū. dic̄. Liber
iste ē noticia dei q̄ predestinauit ad vitā q̄s
p̄sciuit. ¶ Secūdo accipit̄ liber vite p̄ sacra
scp̄tura. Nā liber vite h̄ modo sumit̄ p̄ coꝛ-

scriptiõe coꝝ q̃ ducũt in vitã. vt euãgelioꝝ.
Et sic nouũ ⁊ vet⁹ testm̃ dr̃ liber vite. Dici
tur em̃ Eccli. xxiiij. Hec oĩa liber vite. glo. i.
nouũ ⁊ vet⁹ testm̃. Baruch. iiij. Hic ē liber
mandatoꝝ dei. Deut. xxxi. Tollite libellũ
istum ⁊ ponite eũ in latere arche federis ⁊c̃.
Tertio ꝑ notitia meritoꝝ ⁊ demeritoꝝ. Vñ
Aug. lib. xx. de ciui. dei dicit ꝙ liber vite est
quedã vis diuina qua fiet vt cuiq̧ opa sua
bona vl' mala in memoriã reducant̃. Et sic
ↄscriptio iã factorũ dr̃ liber vite. sic ẽt liber
militie dici põt. vel in q̊ scribuntur electi ad
militiã. vel in quo tradit̃ ars militaris. vel
in quo recitant̃ facta militũ. Vñ Dañ. vij.
dr̃. Judiciũ sedit ⁊ libri apti sunt. Quarto
ꝑ fama scĩtatis. Est em̃ ↄsuetũ in scriptu-
ra vt q̊d dicat̃ fieri qñ innotescit. ⁊ ꝺm hoc
aliq̃ dicunt̃ esse scripti in libro vite inq̃ntũ
hoïes opinant̃ eos ibi scriptos ꝓpt̃ ꝓñtez
iusticiã quã in eis vidẽt. Job. xxxi. Librum
scribit ipse q̃ iudicat ⁊c̃. Quinto ꝑ grã. Nã
vita grẽ nõ hꝫ rõnez finis ꝫ rõnẽ ei⁹ q̊d est
ad finẽ. vñ ad vitã grẽ nõ dr̃ aliq̃s eligi ni-
si inq̃ntũ vita grẽ ordinat̃ ad gl'iam. ⁊ pro
pter hoc illi q̃ hñt graz ⁊ decidũt a glĩa nõ
dicunt̃ esse electi simpl'r: ꝫ ꝺm q̊d. put. s. de
eis in ordinatiõe ⁊ notitia diuina existit ꝙ
sunt habituri aliquẽ ordinẽ ad vitã eternã
ꝺm ꝑticipationẽ grẽ. ps̃. In libro tuo oẽs
scribent̃. Sexto ꝑ ordinatiõe in vitã eternã.
Nã liber glĩe importat ↄscriptionẽ quandã
siue notitiã electoꝝ ad vitã. Eligit̃ aũt ali-
q̃s ad id q̊d nõ cõperit sibi ꝺm suã naturã
⁊ iterũ id ad q̊d eligit̃ aliq̃s hꝫ rõnez finis
Nõ em̃ miles eligit̃ aut cõscribit̃ ad hoc ꝙ
armet̃: ꝫ vt pugnet. q̊d est ꝓpriuz officium
ad q̊d militia ordinat̃. Finis aũt supra na-
turã exñs est vita glĩe. Vñ ꝓprie liber vite
est vita glĩe. Eodẽ mõ q̃s põt deleri de libro
vite sex modis oppositis. Prĩo ꝓpt̃ pctm̃.
Exo. xxxij. Qui peccauerit delebo eũ d̃ libro
meo. Figura diluuij Geñ. vi. Scd̃o ꝓpt̃ le-
gis trãsgressionẽ. Figura de moyse q̃ ꝓpter
ydolatriã ꝓpl'i fregit tabulas legis. Exod̃.
xxxij. Tertio ꝓpt̃ ↄdẽnationẽ q꞉ notitiã p̃-
teritoꝝ meritoꝝ non hñt ad gl'iam. ps̃. No
men coꝝ delesti ineternũ ⁊ in seculũ seculi.
Quarto ꝓpt̃ diffamationẽ. s. qñ appet vel
in h̊ seculo vel in futuro ꝙ ab hac vita glĩe
decidunt̃. ps̃. Ut lutũ platearũ delebo eos.
Quinto ꝓpt̃ desperationẽ. Nã aliq̃ eligunt̃
ad vitã gratie ⁊ non ad vitã glorie. vt patz
per illud quod dicitur Job. xvi. Nonne ego

elegi vos duodecim: ⁊ vn⁹ ex vobis dyabo
lus est. Sexto vt ab ordinatione diuina q̃s
nõ deleat̃ agat feliciter ⁊ virtuose ⁊ ꝑseue-
ret. q꞉ nõ deleri de libro vite ponit̃ inter pre
mia iustorũ. ꝺm illud Apoc̃. iij. Qui vicerit
sic vestiet̃ vestimẽtis albis: ⁊ nõ delebo no
men ei⁹ de libro vite. Est em̃ liber vite con-
scriptio ordinatoꝝ in vitã eternã ad quam
ordinat̃ aliq̃s ex duobus. s. ex predestinati
one diuina. ⁊ hec ordinatio nunq̃ deficiet.
q꞉ vt dicit Aug. xx. lib. de ciui. dei. Prescia
dei que falli nõ põt liber vite est. Et ex grã.
quicũq̧ em̃ hꝫ grãm ex hoc ipo dignus est
vita eterna. ⁊ hec ordinatio deficit interdũ:
q꞉ aliqui ordinati sunt ex gratia habita ad
habendũ vitã eternã ex predestinatione di
uina: a qua tñ deficiunt ꝑ pctm̃ mortale. ⁊
tales qui sic ordinati sunt ad habendũ vitã
eternã nõ ex predestinatiõe diuina: ꝫ solũ
ex grã dicuntur esse scripti in libro vite nõ
simpl'r: ꝫ ꝺm q̊d. q꞉ sunt ibi scripti vt habi-
turi vitã eternã. nõ in seipsa: ꝫ in sua cã. s.
si ꝑseuerabũt in grã. ⁊ tales possunt deleri
de libro vite vt deletio nõ referat̃ ad notitiã
dei. quasi deus aliq̃d prius presciat ⁊ postea
nesciat. Sed ad rem scitã. quasi. s. deus ali-
quẽ sciat prius ordinari in vitam eternã. ⁊
postea nõ ordinari cũ deficit a gratia. Quia
vero liber vite est notitia p̄destinatiõis: ⁊
p̄destinatio nõ respicit vitã glorie nisi ꝺm
ꝙ ordinat̃ ad gloriã. Non em̃ sunt simpl'r
p̄destinati qui hñt grãm ⁊ deficiũt a glĩa.
Illi ergo sunt simpl'r scripti in libro vite q̃
habent gratiã in p̄senti ⁊ gloriã in futuro.
In quoꝝ numero ponitur beatus Ambro
sius. Ideo dicit̃ ꝙ inextinguibile est lumẽ
illius. s. quantũ ad predestinationẽ ⁊ con-
scriptionẽ eius in libro vite. s. eterne glorie.
ps̃. Quoniam apud te est fons vite: ⁊ in lu
mine tuo videbim⁹ lumẽ. s. eterne felicitat̃.

¶ Inextinguibile est lumen illius
- Imitatione diuinali.
- Probatione naturali.
- Protestatione morali.
- Fruitione sempiternali.

¶ Primo inextinguibile ẽ
lumen beati ambrosij in imitatione diuina
li. Si em̃ cõparemus vitam eius famosio-
ribus viris qui fuerũt in lege dei super oẽs
est precipuus. Primus est Abel qui floruit
virtute pudicicie ⁊ virginitatis. Vñ Aug.
libro primo de mirabilibus sacre scripture

dicit. Justicia triplex in abel fuit. Pria virginitas nõ generãdo. Secunda sacerdotiũ munera placita deo offerendo. Tertia martyriũ fideliter moriẽdo. Btũs Amb. virginitatẽ ꝑpetuã custodiuit. Nã Hiero. refert ip̃m dixisse. Virginitatẽ nõ solũ efferimus sed custodimus. Cuius quattuor fuerunt signa. Primũ qꝛ de virginitate libẽter disseruit. Math. xij. Bonꝰ hõ de bono thesauro cordis sui profert bona. Secũdũ qꝛ virginitatẽ mirabiliter cõmendauit. Criso. Cũ audis aliquẽ de deo loquentẽ intellige ꝙ cor illius amore dei repletũ ẽ. Qui libidinis thesaurũ hꝫ in corde: de puellis dicere delectat ⁊ audire. Tertiũ qꝛ de virginitate libros cõposuit in q̃bꝰ animat ⁊ hortat alios ad virginitatẽ. i. Cor. vij. De virginibꝰ preceptuꝫ dñi nõ habeo: ꝯsiliũ aũt do. Quartũ qꝛ aliquid indecoꝝ dicere vel audire erubuit. vñ ipse ait in libro de officijs. Nõ solũ aũt hec ab oculis abscondamꝰ: verũetiã eorũ indicia vsusqꝫ mẽbroꝝ suis appellationibꝰ nũcupare indecoꝝ putemꝰ. In his em̃ supergressus est abel. Ideo inextinguibile est lumen illius. Scđs est Abrahã q̃ floruit virtute fidei. Nã credidit abrahã deo ⁊ reputatũ est ei ad iusticiã. Btũs Ambro. fidẽ xp̃i acerrime defendit. Vñ ipse ait cũ impator peteret basilicã: vt habetur. xxiij. q. viij. c. cõuenior. dicit. Prius est vt aĩaꝫ mihi q̃ꝫ fidẽ auferat. vñ de i p̃o põt dici illud Cant. iiij. Fauus distillans labia tua. Eius fidei q̃ttuor fuerũt signa. Primũ hereticos coercẽdo. vt pꝫ de illo q̃ pulsus est in exiliũ credẽs placere Justine impatrici si citius raptum ambro. in exiliũ deportaret. Secũdũ hereticos miraculis ꝯuertendo. vt pꝫ de illo acerrimo disputatore heretico qui cum vidisset angelũ loquentẽ ad aures ambrosij statim ꝯuersus est. Tertiũ hereticos sua doctrina ad fidẽ catholicã reducendo. vt pꝫ de beato Aug. quẽ suis p̃dicatiõibꝰ ad fidẽ reduxit. Quartũ demones fugando ⁊ exterrẽdo. vt pꝫ de demoniaco ĩgrediẽte mediolanũ quẽ demon dimisit: egredientẽ inuasit. Interrogatus de hoc demon ait. Ambrosiuꝫ timui. Tertius est Moyses qui floruit v̄tute pietatis. Nã compatiens populo ydolatranti cũ lachrymis orauit dominuꝫ dicens. Aut dele me de libro tuo in quem me scripsisti: aut parce huic populo. Beatus Ambrosiꝰ ardebat igne charitatis. ps. Inflammatuꝫ est cor meum. propter quam commouebatur ad lachrymas. q̃rũ in eo fuerunt quattuor genera. Primuꝫ lachryme orationis. quoniã feruore cordis accensus cũ lachrymis orabat dñm. vñ vt habet. xxiij. q. viij. c. nõ pila. Ipse de seipso ait. Nõ pila q̃runt ferrea: non arma xp̃i milites coactus repugnare non noui: sed dolor fletus orationes lachryme fuerũt mihi arma aduersus milites. Talia em̃ sunt munimẽta sacerdotis Aliter nec debeo nec possuꝫ resistere. Secũdum lachryme deuotiõis ꝓ eternis desiderijs. Cũ em̃ ei alicuiꝰ scti sacerdotis vel ep̃i obitus nũciabatur sic amarissime flebat vt vix cõsolari valeret. Cũ aũt interrogaretur cur viros sctõs qui ad gl'iam ꝓficiscebãtur sic fleret: aiebat. Ne putetis me flere qꝛ recesserint: s; qꝛ me p̃cesserint. ⁊ qꝛ difficile inuenietur q̃ tã dignꝰ eiꝰ officio habeat. Tertium lachryme doloris ꝓ alienis pctĩs. Nã cũ aliq̃s lapsum sibi cõfitebat sic amarissime flebat ꝙ illũ flere sil'r cõpellebat. Quartũ lachryme cõpassionis ꝓ aliorũ iniurijs. vñ vt habet. xxiij. q. viij. c. cõuenior. dicit de seipso. Aduⁿsus arma milites: gothos q̃ꝫ lachryme mee mea arma sunt. Quartus ẽ Aaron qui floruit virtute honestatis. propter quã meruit dignitatẽ sacerdotij. Eccl. xlv. Excelsum fecit Aaron fratrẽ eius: statuit ei testamẽtũ eternũ ⁊ dedit illi sacerdotiũ magnũ ⁊ beatificauit illũ in gloria. Beatus Amb. fuit tante honestatis ⁊ sanctitatis in vita vt mereret eligi ad statũ p̄lationis in eccl'ia dei. Juxta illud Esa. lij. Ecce intelliget seruꝰ meꝰ ⁊ exaltabit ⁊ eleuabitur ⁊ sublimis erit valde. Cuiꝰ electio cõmendat a quattuor. Primo qꝛ fuit a deo inspirata. Nã vox miraculose insonuit dicẽs. Ambrosiũ ep̃m cũ inter arrianos ⁊ catholicos eẽt discordia q̃s deberet eligi in ep̃m Mediolañ. Heb. v. Nemo assumat sibi sacerdotij honoreꝫ nisi q̃ vocatur a deo tanq̃ aaron. Scđo qꝛ fuit a deo certificata. Nã terra super quã stabat btũs amb. eũ sup oẽs leuauit vt dic̃ Ray. in sum. li. iij. rubrica de neophitis. §. xiiij. in fine. Tertio qꝛ fuit ab electoribꝰ vnanimiter celebrata. Nã cũ in discordia multa essent ꝓtinꝰ in ambrosiũ consenserunt. Quarto qꝛ fuit a supiori cũ gaudio cõfirmata. Nã cũ missa esset relatio ad clementissimũ impatorẽ Valẽtinianũ summo gaudio accepit ꝙ iudices a se directi ad sacerdotiũ peteret. ⁊ sic eius electio fuit cõfirmata. Quintus est Dauid qui floruit

virtute humilitatis. vt pz. ij. Reg. vi. Bea-
tus Amb. fuit tante humilitatis q̄ non so
lum fugit ne posset inueniri: sz etiā tria se ha
bere simulauit q̄ sunt prelatiōis officio ini-
mica. s. crudelitatē. Nā tribunal cōscendit ꝛ
ꝯtra ꝯsuetudinē suā tormenta psonis ad-
hiberi iussit. Eccli. iiij. Noli esse sicut leo in
domo tua. Scdo phicaz vanitatē. Nā phi-
lophiā pfiteri voluit. i. Cor. xij. Loquimur
nō in doctis humane sapie verbis. Tertio
infamiā ꝛ inhonestatē. Nā publicas mulie
res publice ad se venire fec̄ vt ex hoc a sua
intentiōe pplm reuocaret. i. Thi. i. Oportz
epm irreprehensibilē esse. Sext⁹ fuit Salo-
mon q̄ floruit virtute sapie ꝛ claritatꝫ. Nā
fuit vir plenus sapia. vt pz Sap. vij. Btūs
Amb. maximaz habuit sapiam: qđ appet
ex q̄ttuor. Primo: qꝛ cuz rome tradit⁹ esset
artib⁹ liberalib⁹: ad plenū erudit⁹ est. Pro-
uerb. xiiij. Accept⁹ est regi mīster intelligēs.
Scdo qꝛ ei⁹ sapia fuit pfunda. vñ Hiero.
de viris illustrib⁹ dicit sic de eo. Ambrosius
sup pfundoꝝ pēnas rapt⁹: ꝛ acris volucer
q̄z diu in pfundū ingredit̄ fructū de alto car
pere videt̄. Tertio qꝛ ei⁹ doctrina fuit pla-
cens ꝛ pulchra. Vñ Aug. lib. de nuptijs ꝛ
ꝯcupia dic̄. Pelagi⁹ heresiarcha sic laudat
ambrosiū vt dicat btūs ambrosi⁹ eps in cu
ius p̄cipue libris romana lucet fides quasi
scriptorū inter latinos flos quidē emicuit.
Quarto qꝛ eius doctrina fuit dei laude ꝛ fi
de plena. Vñ Hiero. dicit de eo. Eius oēs
snie fidei ꝛ ecclie ꝛ oīm virtutū firme sunt
colūne. Et Aug. lib. ꝯfes. dic̄ q̄ cū Iustina
beatū amb. cū pplo catholico intra eccliaz
ꝯduxisset: ip̄e istituit hymnos ꝛ psalmos
decātari ne ppls meroris tedio ꝯtabesceret
Septim⁹ fuit Helyas q̄ floruit virtute ab-
stinentie ꝛ pcitatis. vt pz. iij. Reg. xix. qui
ieiunauit. xl. dieb⁹ ꝛ. xl. noctib⁹. Btūs am-
bro. tāte abstinētie fuit q̄ q̄tidie nisi i sab-
bato ꝛ die dñica ꝛ festis precipuis ieiuna-
bat. vñ lib xi. eccli. hystorie dr̄ de eo. Aduer
sus regine furorem nō se manu defensabat
aut telo: sz ieiunijs ꝛ ꝯtinuatꝫ vigilijs sub al
tari posit⁹ p obsecratiōes defensorē sibi atq̄z
ecclie deū pabat. hec ibi. Sic̄ etiā Helyas fe
cit fugiēs a facie Iezabel vxoris regꝫ achab
vt pz. iij. Reg. xix. Ecce quō inextinguibi-
le est lumen sanctitatis ꝛ virtutꝫ beati am-
brosij in imitatione diuinali.

Secundo inextinguibile
est lumen sanctitatis beati ambrosij in pro
batione naturali. Nam si comparemus vir
tutes eius phis naturalibus ipse superex-
cedit eos multipliciter. Primus est Dyoge
nes qui cōmendatur de veritate. de quo ait
Valerius lib. iiij. c. iij. Cū Syracusis cū ole
ra lauanti aristippus dixisset. Si Dyonisio
adulari velles: ista non ederes. immo inq̄t
Si tu ista edere velles: dyonisio non adu-
lareris. Beatus ambrosius constans fuit
in defensiōe catholice veritatis. Vñ lib. xi.
eccli. hystorie dr̄ q̄ Iustina mr̄ Valētinia
ni impatoris arriane hereseos alumna cō-
turbare cepit ecclesiarū statū cōminari sa-
cerdotib⁹ depulsiōe ꝛ exilio nisi ariminēsis
ꝯcilij decreta reuocarent. Quo bello ecclie
murū ꝛ turrim validissimam pulsabat am
brosiū. Secundus fuit Socrates q̄ floruit
moralitate. de quo dicit Valeri⁹ lib. iij. c. iiij.
Socrates nō solū hoim cōsensu: verūetiā
Apollinis oraculo: sapientissimus indicat⁹
est. Qui primus animum suum in intima
conditiōis humane ꝛ in secessu pectoris re
positos affectus scrutari coegit. Btūs am-
brosius mores hoim informabat. Nā inter
cetera docuit btm̄ Aug. tria ad mores spe-
ctantia. Primo ne cuiq̄ vxorem peteret. ne
scz postmodū ip̄i inter se male conueniant
ꝛ sibi maledicant. Scdo ne aliquibus mili
tiam exercere cōsuleret ne ipsi calumniam
ꝛ rapinaz exerceant. Tertio ne ad cōuiuia
inuitatus accederet: ne ibi tēperātie modū
perdat. Etiā se exemplū bonoꝝ operū om-
nibus exhibebat. Ad Thitū. ij. In oib⁹ te-
ip̄m p̄be exēplū bonoꝝ. Terti⁹ fuit Plato
qui floruit s̄monis venustate. de quo dicit
Valeri⁹ li. i. c. iiij. q̄ dormiētis in cunis par
uuli labellis apes mel inseruere. qua re au-
dita pdigioꝝ interp̄tes singularē eloquij
suauitatē ore ei⁹ emanaturā dixerūt. Bea-
tus amb. altiori pdigio dotat⁹ est. Cū eniz
adhuc esset infans ꝛ dormiret examē apū
os ei⁹ ꝛ faciē sic cōpleuit vt q̄si in alueolum
suū intrarēt pariter ꝛ exirēt. Iudic. xiiij. Exa
mē apū in ore ei⁹. Quart⁹ fuit Aristoteles
qui floruit ingenij subtilitate. Nā plures li-
bros naturalis ꝛ moralis phie ad exercitā
da humana ingenia edidit subtilissimis rō
nibus ꝯfirmās veritatē. Beatus Ambro.
quanta subtilitate intellectus fulserit. Iob
xxviij. testat̄ dicēs. Profunda fluuioꝝ scru
tat⁹ est. vtiles q̄z libros edidit ad fidei fir
mitatē ꝛ salutē hūane felicitatē: quos spūs

tusancto dictante cōpleuit. Nā spiritussanctus ī specie ignis ⁊ ī modū scuti ī os eiꝰ intrare visus est. Quintus fuit Demostenes qui floruit causarū intelligibilitate. Nā liberauit mulierē ab infesto petitore sua prudētia. vt dicit Valeriꝰ lib. vij. c. iiij. de astutia. Beatꝰ Amb. rome litteris eruditus cū causas pretorij splendide ꝑoraret a Valētiniano īperatore. s. anno dn̄i. ccc. lxxxi. ad regēdam liguriā emiliāq; ꝓuincias directꝰ est. Sextus fuit Picthagoras q̄ floruit auctoritate. Nā vt dicit Valeriꝰ lib. viij. c. xvi. Picthagore tanta auctoritas ab auditoribus tributa est vt que ab eo acceperant in disputationem ducere nephas estimarent. Qui etiā interpellati ad reddendaȝ cām hoc respondebant ip̄m dixisse. Beatus Amb. magne fuit auctoritatis. Nā antiqui doctores sicut Aug. verba sua ꝑ grandi auc̄te habebant. Vn̄ Aug. ad Januariū. vt habet di. xij. c. Illa aūt. dicit sic. Quia mater eiꝰ mirabatur ꝙ mediolani sabbato nō ieiunabat ꝓpt̄ qd Aug. interrogauit Amb. ⁊ Amb. ait. Cū romā venio ieiuno sabbato. Sic ⁊ tu ad quā forte eccl'iam veneris eius morem serua. si cuiq; nō vis scandalū esse nec quēq; tibi. Et subdit Aug. Ego de hac sententia etiā atq; etiā cogitans ita semꝑ habui tanq̄ eā celesti oraculo acceperim. Septimus fuit Anaxagoras q̄ floruit studiositate. Nā vt dicit Valeriꝰ lib. viij. c. vij. Diutina ꝑegrinatiōe ꝓpter philozophie studiū completa domū rediens desertis possessionibus ait. Nō essem ego inquit saluus nisi ista perijssent. Btūs Amb. cū auariciaȝ in hoībꝰ crescere ꝯspiceret ⁊ maxime in his q̄ erāt in ꝑtātibꝰ ꝯstituti apud quos oīa ꝑcio vendebant. necnō ⁊ in his qui erāt sacris mysterijs deputati vehemēter ingemuit: ⁊ se de huiꝰ seculi erūna liberari instantiꝰ exorauit. Sciebat em̄ ꝙ statꝰ diuitiarū est valde ꝑiculosus ⁊ in hoc seclo ⁊ in futuro. quē vehemēter fugiebat dubitās ne cū diuitibꝰ cohabitās irā dn̄i incurreret. vt patȝ de illo diuite hospite in Tuscia a quo cum recessisset a terra subito absorptus est.

¶ **Tertio inextinguibile est** lumen beati Ambrosij in protestatiōe morali. Naȝ si gesta eius comparentur ad mores antiquorum: precipuus inter eos inuenietur multipliciter. Primus fuit Valeriꝰ publicola qui floruit paupertate. Nam vt dicit Valeriꝰ libro. iiij. c. iiij. Iste finito regio imperio initium consolatus accepit: ⁊ tres consulatus acceptissime rexit. ⁊ tante fuit paupertatis ꝙ patrimonium eius ad impēsas exequiarū defecit. Beatus Ambrosius maxime fuit liberalitatis: cū omnia que habebat paupibus erogaret. Unde refert de seipso ꝙ imperatori petenti basilicam sic respondit. vt habetur. xxiij. q. viij. c. conuenior dicēs. Si a me peteret quod meum essȝ. id est fundum meum: argentum: ⁊ huiusmodi meum: non refragaturuȝ respondi. ꝙꝙ omnia que mea sunt pauperū sint. hec ibi. Secundus fuit Catho vticensis: qui floruit rigiditate vt dicit Boetius libro p̄mo de cōsolatione. ⁊ Salustius in Catilinario. Nā vicia hominum rigide expugnabat ⁊ condemnabat. Beatus Ambrosius fuit rigidissimus in obiurgatione vitij ⁊ omnis iniquitatis. Unde legitur in hystoria tripertita ꝙ cum Theodosius imperator quosdaȝ innocentes occidi mandasset: Ambrosius dure ip̄m redarguit ab introitu ecclesie ipȝ suspendit ⁊ publicam penitentiam eidē iniunxit. Titū. ij. Argue cum omni imperio. Tertius fuit Scipio nasica qui floruit consilij salubritate. Nam cartaginem emulam romani imperij nolebat destrui ne romani prolaberentur ad vitia vt dicit Aug. lib. v. de ciui dei. xxx. c. Etiam ludos scenicos suo consilio abstulit. vt dicit Valerius libro. ij. c. i. Beatus Ambrosius librum de officijs edidit in quo ea que ad bene beateq; viuēdum attinent copiose dissernit. etiā magno cōsilio vsus est: cū quendā flagitiosum tradidit sathane in interitū carnis ne talia deinceps ꝑpetraret. Quartꝰ fuit Scipio affricanꝰ mior q̄ floruit strenuitate ꝑcipue ꝯtra Hānibalē in deuincēda carthagīe. Nō eī timuit exercitū copiosissimū affricanoꝝ. sed grandi aīo se illi obiecit: quē deuicit. vt dicit Vale. li. iij. c. vij. Btūs Amb. fuit strenuꝰ in defensiōe eccl'iastice libertat. vn̄ vt dr̄. xxiij. q. viij. c. ꝯuenior. Cū īpator Valētinianꝰ quādā basilicā vsurpare vellet: amb. sic rn̄dit. Noli grauare te īpator vt putes te in ea q̄ dei sunt imperiale ius vllū hr̄e. Tributū cesaris est: nō neget. eccl'ia dei est: cesari vtiq; nō donet hec ibi. Quintus fuit Paulus emilius q̄ floruit magnanimitate. optabat em̄ vt aduersa fortuna vim suā potius ī domū eiꝰ ꝯuerteret vt sic respublica salus fieret. Vn̄ ipse ait vt Valerius refert lib. v.

ra.x. Cũ in maximo ꝓuentu felicitatis nr̃e
quirites timerẽ: ne quid mali fortuna moli
retur. Jouẽ optimũ maximũ. Junonẽq; re
ginã ⁊ mineruã ꝑcatus sum vt si q̃d aduer
si fortuna moliref totũ in meã domũ ꝯuer
teretur. quapropter bñ se hꝫ res: annuẽdo
eñ votis meis id egerũt. vt vos potiꝰ meo
casu doleatis q̃ꝫ ego vestro ingemiscerem.
hec ille. Beatꝰ Amb. fuit magnanimus in
aduersitatis ꝑpessione. Nã ipe dixit vt ha-
betur. xxiij. q. viij. c. cõuenior ipe a comitibꝰ
vt ꝑ me basilice fieret matura traditio. dicẽ
tibus impatorẽ iure suo iussisse tradi debe-
re: vtpote in cuius ptãte essent oĩa. Rñdi.
Si patrimoniũ petit: inuadite. Si corpꝰ oc-
currã. vultis in vincula rape: vultis in mor
tem: Volũtas ẽ mihi. Nõ ego me vallabo
circũfusione ppl'oꝝ: nec altaria tenebo vitã
obsecrans: sed ꝓ altaribꝰ gratis imolabor.
Hec ibi ⁊ sic supauit impatorẽ: cui grandi
aĩo restitit. Sextꝰ fuit Fabiꝰ maximꝰ q̃ flo-
ruit seueritate. Nã vt dic̃ Valeriꝰ lib. ij. c. ij.
Hic hñs clemẽtissimũ ingeniũ ad tp̃s depo
sita clemẽtia seueriore seueritate vsus fuit.
Nã habita victoria ꝯtra ferocissimã gentẽ
trebie. oẽs illos q̃ ꝯfugerãt ad eos de presi-
dijs romanoꝝ acriter ⁊ seuere puniuit ma-
nus illoꝝ prescindens vt ceteros exterreret
Beatus Amb. maxime seueritatis extitit.
Cũ eñ in quandã ciuitatẽ ꝑ quodã ep̃o or
dinando iuisset ⁊ eiꝰ electiõi Justina impe
ratrix ⁊ alij heretici ꝯtradiceret ⁊ ꝟgo que
dã arriana ip̃m ꝑ vestes traxisset vt cesus
cũ iniuria de eccl'ia ꝑlleref. seueriꝰ eã corri-
puit. q̃ in crastinũ mortua est. q̃ꝺ factũ oẽs
valde ꝑterruit. Septimꝰ fuit Metellꝰ q̃ flo
ruit religiositate. Nã vt dicit Valeriꝰ libro
viij. c. xiiij. Post ꝯsularia impia põtifex ma
ximus creatꝰ tutelã cerimoniarũ nõ tremu
la manu gessit. Beatꝰ Amb. tanta religio
sitate fulsit vt cuꝫ in extremis laboraret ⁊
comes ytalie qui tũc mediolani erat delibe
rasset cũ suis vt Ambrosiꝰ dñm precaretur
quatinꝰ sibi vitã ꝓrogaret ne ytalie interi-
tus imineret. Rñdit. nõ ita inter vos vixi
vt me viuere pudeat nec mori timeo cũ bo
nũ dñm habeamꝰ. ecce quomodo inextin-
guibile est lumẽ eiꝰ quo ad vitã moralem.

Quarto inextinguibile est lumẽ beati Ambrosij fruitiõe sempiter
nali. Nã de sua gl'ia potuit esse securꝰ. Qm̃
honoratꝰ ep̃us ꝟzellensis ex ꝑcepto dei ad
ip̃m venit ⁊ sibi sacramentuꝫ dñici corꝑis
dedit: ⁊ cũ tali viatico transiuit. Manꝰ eñ
in modũ crucis expandens: spiritũ suũ do-
mino cõmendauit. Eius felicitatis quattu
or signa fuerũt. Primũ super eũ spũssctũs
apꝑuit in specie ignis. Secunduꝫ a multis
visus est in celũ ascendere. Tertiũ a multis
visus est in cathedra fulgentissima sedere.
Quartũ a multis visa est stella splẽdida su
per corpꝰ eiꝰ residere. que oĩa designant q̃m
inextinguibile est lumẽ sue eterne felicitatꝭ.
Quã nob̃ ꝯcedat xp̃s iesus dñs nr̃. Amẽ.

In festo scti Georgij martyris. Ser. xxvi.

Perfectus inuẽtus est. Eccli. xxxi. ⁊ in ep'la ꝑñtis solennitatis. Ap'ls ad Ephe.
iiij. dicit. Unicuiq; data est gr̃a ꝟm mensu
rã donationis xp̃i. Super quo talẽ moueo
in quo tamẽ sacrificia aĩaliũ offerebant vt
hꝫ Exo. xxvi. Septio in palo serpẽtis. Jo.
iij. Sicut moyses exaltauit serpentẽ in de-
serto: ita exaltari oꝫ filiũ hoĩs vt oĩs q̃ cre
dit in ipm nõ pereat ꝫ habeat vitã eternã.
Sup quo Criso. dicit. Exaltari audiẽs sus-
pensionẽ intelligas in altũ vt sanctificaret
aerẽ qui sanctificauerat terrã ambulãdo in
ea. Octauo in virga lignea quã moyses in
aquã misit: ⁊ amarã aquã in dulcedinẽ cõ-
mutauit. ⁊ ex lignea virga de spiritali petra
salutaris vnda pfluxit. Nono in iacob qui
cancellatis manib⁹ in modũ crucis bñdixit
filios ioseph. Decimo in ysaac q̃ portauit li
gna p sui imolatiõe. Undecimo in naamã
q̃ suspẽsus est in cruce. Hester. vi. Duodeci
mo in signo thau. vt habetur Exo. xij.

¶ Sexto euacuatũ est scan

dalũ crucis xpi in xp̃i incarnatiõe. cui⁹ sub
limitas est qꝛ diuinitas assumpsit humani
tatẽ in vnitate personali vt de natura corru
pta ⁊ infirma assumeret qđ in tantã ꝟtutẽ
⁊ dignitatẽ erat pmouendũ. profundũ est
natura cũ defectib⁹ aptis ad redemptionẽ.
Ad hoc em̃ filius dei carne assumpta venit
in mũdum vt pro pctõ humani generis sa-
tisfaceret. Unus aũt pro peccato alterius
satisfacit dũ penaꝫ peccato alteri⁹ debitã in
seipm suscipit. Huius aũt defect⁹ corporalis
scilꝫ mors: fames: ⁊ sitis: ⁊ hmõi sunt pena
peccati. quod est in mũdũ per adã introdu
ctũ. ꝺm illud Roma. v. Per vnũ hoĩem pec
catũ intrauit in munduz: ⁊ per pctm̃ mors.
Ideo conueniens fuit ꝙ xp̃s huius panali
tates in sua carne susciperet vice nostra. ꝺm
illud Esa. liij: Vere languores nostros ipse
tulit. Dextrũ est quia simul fuit viator ⁊ cõ
prehensor. Nã ante passionẽ ꝺm mentẽ ple
ne videbat deũ. ⁊ sic habebat beatitudinẽ.
q̃ꝫtũ ad id quod est propriũ anime. sed q̃n-
tũ ad alia deerat ei beatitudo: quia ⁊ anima
eius erat passibilis: ⁊ corp⁹ passibile ⁊ mor
tale. Jere. xiiij. Quasi colonus futur⁹ es in
terra: ⁊ quasi viator declinans ad manẽdũ.
⁊ ideo simul erat comprehensor inquantũ
habebat beatitudinẽ anime propriam: ⁊ si
mul viator inquantũ tendebat in beatitu-
dinem ꝺm id quod ei de beatitudine deerat.
Sinistrũ est vnitas indiuisibilis diuinitaꝗ
⁊ humanitatis. Unde Damascenus dicit
li. iij. Et si xp̃s mortuus est vt homo ⁊ san-
cta eius anima ab incontaminato diuisa ẽ
corpe. Sed diuinitas inseparabilis ab vtris
ꝗ permanũt ab anima dico ⁊ corpore.

¶ Septimo mediatoris re

demptione euacuatum est scandalum cru-
cis christi. Dicitur eniz. i. Thimo. ij. Unus

est mediator dei ⁊ hominū homo christus iesus. Cuius sublimitas est ascensio ipsius in celum. Marc. vlti. Dominus quidem iesus postꝙ̃ locutus est eis assumptus est in celū ⁊ sedet a dextris dei. ꝓfundū est descēsus eiꝰ in sepulchrū q̃ntū ad corpꝰ: ⁊ in lymbū q̃ntū ad aīam. Math. xxvi. Mittēs hec mulier vnguentū hoc in corpus meū ad sepeliendū me fecit. Et ps̃. Tollite portas p̄ncipes vr̃as ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glie. Dextrū est resurrectio. Luce vlti. Oportebat xp̄m pati ⁊ resurgere a mortuis tertia die. Sinistrū est passio vsqꝫ ad mortē. Unde Aug. lib. xiij de trini. dicit. Sanande nostre miserie ꝯueniētior modꝰ aliꝰ non fuit ꝙ̃ ꝑ xp̄i passionem ⁊ mortem.

Octauo euacuatum est

scandalū crucis xp̄i virtutuꝫ moderatione. Primo per crucē intellectualē. cuiꝰ sublimitas est sapiā q̃ ꝯsiderat altissimas causas. vt dr̃. i. Macha. Uñ ꝯuenient iudicat ⁊ ordinat de oibus: q2 iudiciū ꝑfectū ⁊ vl'e haberi non pōt nisi ꝑ resolutionē ad primas cās. ꝓfundū est scientia q̃ est de ꝯclusiōibꝰ demonstratis ex p̄ncipijs. dextrū est intellectus q̃ est habitꝰ principioꝝ bm̄ se ꝯsideratoꝝ. Sinistrū est ꝯsiliū qd̄ ꝑficit rōneꝫ practicā. Scd̄o ꝑ crucē moralē. cuius sublimitas est prudētia q̃ ꝑficit rōneꝫ. ꝓfundū est tꝑantia q̃ ꝑficit cōcupiscibilitatē. dextrū est iusticia q̃ ꝑficit volūtatē. sinistrū est fortitudo q̃ ꝑficit irascibilitateꝫ. Tertio ꝑ crucem transformalē ꝑ quā hō supra rōnem extollitur. cuiꝰ sublimitas est virtꝰ exēplaris per quā hō ad diuina se trahit q̃tū pōt. Mat. v. Estote perfecti sicut pat' vr̃ celestis perfectus est. Profundū est virtꝰ politica ꝑ quā viri boni reipublice ꝯsulūt: vrbesqꝫ tuētur. Dextrū est virtꝰ purgati animi q̃ terrenas cupiditates nō reprimit: ſ penitꝰ obliuiscit ⁊ possessiones nō vincit: ſ penitꝰ ignorat. sinistrū est virtꝰ purgatoria q̃ quadā humanoꝝ fuga solū se ingerit diuinis. Uñ Aug. dicit li. xix. de ci. dei ꝙ ociū sanctū q̃rit charitas veritatis: negociū iustū suscipit necessitas charitatis. quā sarcinā si nullus īponit ꝑcipiēde atqꝫ intuēde vacandū est veritati. si aūt imponit suscipiēda est ꝓpter charitatis necessitatē. Quarto ꝑ crucē doctrinalē cuiꝰ sublimitas ē spes q̃ ē ad caput crucifixi: q2 bñ sꝑantiū supna expectatio est. ꝓfundū est ḡtuita gr̃a q̃ mēti occulte a deo infunditur. Dextrū est bona opa. sinistrū est perseuerātia in bono opere. vt Aug. dicit libro de gratia veteris testamenti.

Nono euacuatū est scan

dalū crucis xp̄i pctōꝝ recōciliatiōe. Primo ꝑ crucē vnitiuā. cuiꝰ sublimitas est repatio ruine angelice. Col. i. Pacificās ꝑ sanguinē cruc̄ eiꝰ siue q̃ in celis siue q̃ in terris sūt. Profundū est liberatio sctōꝝ patrū de lymbo. Zach. ix. Tu quoqꝫ in sanguine testi tui emisisti vinctos de lacu in quo nō erat aq̄. dextrū est vocatio vtriusqꝫ ppl'i. ſ. iudayci ⁊ gētilis. Criso. eñ dicit ꝙ xp̄s in cruce expāsis manibꝰ morit' vt altera manu veterem ppl'm: altera eos q̃ ī gētibꝰ sunt trahat. sinistrū est ꝯtinuatio redempti ppl'i. Joh. xvij. Pr̃ sctē serue eos in noīe tuo quos dedisti mihi vt sint vnū sicut ⁊ nos. Scd̄o per crucem iustificatiuā. ſ. pn̄ie. cuiꝰ sublimitas est amor dei quē offendisti. ꝓfundū ē dolor ꝓ gr̃a quā amasti. dextrū est timor mortis ad quā curris. sinistrū est horror pene ad quā trāscurris. Tertio ꝑ crucē mortificatiuam cuiꝰ sublimitas est mortificatio ꝓprie volūtatis. Gal. ij. Viuo ego iā non ego ſ viuit in me xp̄s. ꝓfundū est immortificatio carnis. Gal. v. Qui aūt sunt xp̄i carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ concupiscētijs. dextrū est mortificatio in mūdanis. Gal. vlti. Mihi mūdus crucifixꝰ est ⁊ ego mūdo. sinistrū ē mortificatio in naturalibꝰ. Apl's. Mihi viuere xp̄s est ⁊ mori lucrū. Quarto ꝑ crucē gratificatiuā. scꝫ ꝑ iustificationē impij. cuiꝰ sublimitas est gratie infusio. ꝓfundū est remissio culpe. dextrū est motus liberi arbitrij in deū ip̄m sequēdo. sinistrū est motꝰ liberi arbitrij in pctm̄ ip̄m detestādo. ps̃. Dixi cōfitebor adūsum me iniusticiā meā dño ⁊c̄.

Decimo euacuatum est

scandalū crucis spūali innouatiōe. Primo ꝑ crucē originatiuā. cuiꝰ sublimitas est natiuitas spūalis. Joh. iij. Nisi q̃s renatꝰ fuerit ex aq̄ ⁊ spūscto nō pōt introire in regnū dei. Profundū est natiuitas corꝑalis. Joh. iij. Nūq̇d pōt hō iterato introire in ventrē matris sue ⁊ renasci. dextrū est natiuitas ex matrimonio. Geñ. ij. Crescite ⁊ multiplicami. sinistruꝫ est natiuitas ex adulterio. hi mōi fuerunt in patribus vñ est genealogia xp̄i. Math. i. Scd̄o ꝑ crucē ꝑegrinatiuā. cuius sublimitas est posse nō peccare. ſ. in statu in

nocentie. ꝓfundũ est nõ posse. s. sub origina li. dextrũ ẽ nõ posse peccare. s. in statu gl'ie. si nistrũ ẽ posse peccare. s. in statu gr̃e. vt decla rat mgr̃ lib. xi. sũarum. Tertio per crucẽ re stauratiuã cuiꝰ sublimitas ẽ diuina inspira tio. Apoc. iij. Ego sto ad hostiũ ⁊ pulso. Et ps̃. Audiã q̇d loquat̃ in me dñs deꝰ meus. ꝓfundũ est ꝯtritio cordis. Joel. ij. Scindi te corda vr̃a ⁊ ꝯuertimini ad dñm deũ vr̃z ⁊c̃. dextrũ est ꝯfessio oris. Jaco. v. Cõfitemini alterutrũ pctã vr̃a ⁊ orate ꝑ inuicẽ vt salue mini. Sinistrũ est satisfactio opis. Lu. xix. Si q̇d aliquẽ defraudaui reddo q̄druplũ. Quarto ꝑ crucẽ defectiuã. cuiꝰ sublimitas ẽ amor dei. ꝓfundũ est amor ꝓximi dextrum est amor sui. sinistrum est amor inimici.

¶ Undecimo euacuatũ est scandalũ crucis xp̄i aĩe beatificatiõe. cuius sublimitas ẽ clara ⁊ meridiana visio dei in patria. Jo. iij. Scimꝰ q̄m cũ appꝛuerit sil'es ei erimꝰ ⁊ videbimꝰ eũ sicuti est. deorsum est visio vespertina rerũ in ꝓprio gñe. dextrũ ẽ cõprehensio. i. Cor. ix. Sic currite vt cõpre hendatis. sinistrum est sempiterna fruitio ⁊ delectatio. ps̃. Delectationes in dextera tua vsq̄ in finem.

¶ Duodecimo euacuatum est scandalũ crucis xp̄i corporis glorificatio ne. cuiꝰ sublimitas est claritas. ꝓfundũ est agilitas. dextrũ est impassibilitas. sinistrũ est subtilitas. q̄ sunt q̄ttuor dotes corporis glorificati in resurrectione. Lignũ aũt cruc̄ xp̄i lz diu sub terra latuerit. tñ hodie clarũ splendescit ꝓpt̃ mĺta. Prio q2 regina saba illud ꝓuidit. Scd̄o q2 xp̄s suo cruore illud decorauit. Tertio q2 cõstatino in celo oñsũ fuit. Quarto q2 helena illud repꝛiens orna uit. q2 reptor ꝑ martyrij palmã triũphauit Sexto q2 fidelis ꝑ hoc signũ dyabolũ effu gauit. hec oĩa patẽt ĩ legẽda huiꝰ diei. Et sic pꝫ quõ ꝑ inuentionẽ cruc̄ xp̄i euacuatũ est scandalũ eiꝰ. hic ꝑ gr̃am. tãdẽ ꝑ gl'iã. amẽ.

¶ In festo corone domini Sermo. xxxi.

Exiuit iesus portas coronã. Jo. xix. ⁊ in euãgelio ꝓ sentis solẽnitat̄. Apl's ad Col. ij. dic̃ sic. Estis ĩ illo repleti q̇ est caput oĩs ꝓncipatꝰ ⁊ ptãt̄. Sup q̄ moueo talẽ q̄õnẽ. Utrũ xp̄s q̄ electos ĩ gl'a celesti coronat sit caput eccl'ie ꝑ gr̃aꝫ q̄ ipaꝫ decorat. Ad istã q̄õnem rñdẽt duo doctores noui testi. Pri mꝰ ẽ btũs paulꝰ Eph. i. dicẽs sic. Oĩa subie cisti sub pedibꝰ eiꝰ. ⁊ ip̄m dedit caput supra oẽm eccl'iaꝫ q̄ ẽ corpꝰ ipiꝰ ⁊ plenitudo ipiꝰ. q2 oĩa in oĩbꝰ adimpleuit. Scd̄s ẽ scũs Tho. iij. pte. q. viij. art. i. dicẽs sic. Sic tota eccl'ia d2 vnũ corpꝰ mysticũ ꝑ sil'itudinẽ ad corpꝰ naturale hoĩs s̃m ꝙ diũsa mẽbra hñt diũ sos actꝰ. vt apl's dic̃. Rom. xij. ⁊ i. Cor. xi. Ita xp̄s d2 caput eccl'ie s̃m sil'itudinẽ hũa ni capit̄. ĩ q̄ tria possumꝰ ꝯsiderare. s. ordinẽ ꝑfectiõeꝫ ⁊ ꝟtutẽ. Ordinẽ: q2 caput ẽ pria ps hoĩs ĩcipiẽdo a supiori. Et inde ẽ ꝙ oẽ ꝓncipiũ ꝯsueuit vocari caput. s̃m illŏ Jer. ij. Ad om̄e caput me posuisti lupanar tibi. Perfectiõeꝫ ãt: q2 ĩ capite vigẽt oẽs sensus ⁊ interiores ⁊ exteriores. cũ in ceteris mẽ bris sit solꝰ tactꝰ. ⁊ inde ẽ qŏ dr̃ Esa. xi. Se nex ⁊ honorabil' ipse ẽ caput. Uirtutẽ ꝟo: q2 virtꝰ ⁊ motꝰ ceteroꝝ mẽbroꝝ ⁊ guberna tio eoꝝ ĩ suis actibꝰ ẽ a capite ꝓpt̃ vim sen sitiuã ⁊ motiuã ibi dñanteꝫ. vñ ⁊ rector d2 caput ppl'i. s̃m illŏ. i. Reg. xiij. Cũ eẽs puu lus ĩ eccl'ijs tuis caput ĩ tribubꝰ isrl' factꝰ es Hec aũt tria cõpetũt xp̄o sp̄ũal'r. Prio em̄ s̃m ꝓpinq̄tatẽ ad deũ gr̃a xp̄i altior ⁊ prior ẽ. ⁊ si nõ tpe: tñ dignitate. q2 oẽs alij accepe rũt gr̃am ꝑ respectũ ad gr̃am ipiꝰ. s̃m illud Rom. viij. Quos p̄sciuit hos ⁊ p̄destina uit ꝯformes fieri ymagini filij sui vt sit ipe ꝓgenitꝰ in mult̄ fr̃ibꝰ. Scd̄o ꝟo ꝑfectionẽ hꝫ q̄ꝫtũ ad pleitudinẽ oĩm gr̃arũ. s̃m illud Jo. i. Uidimꝰ eũ plenũ gr̃e ⁊ ꝟitat̄. Tertio ꝟtutẽ hũit influẽdi gr̃aꝫ ĩ oĩa mẽbra eccl'ie s̃m illŏ Jo. i. De pleitudiẽ eiꝰ oẽs accepimꝰ Sciẽdũ ꝙ oẽs electi veluti capilli sũt ĩ xp̄o radicati ꝑ et̃nã p̄destiatõeꝫ. Uñ d2 Apoc. i. In medio septẽ cãdelabroꝝ aureoꝝ vidi sil'em filio hoĩs. Caput ãt eiꝰ ⁊ capilli erãt cãdidi velut lana alba ⁊ tãq̄ꝫ nix. Predesti natio ei põt ꝯsiderari dupl'r. Uno mõ s̃m ipꝫ actũ p̄destiant̄. ⁊ sic p̄destiatio xp̄i nõ ẽ cã nec exẽplar p̄destiatiõis scõꝝ. cũ vno ⁊ eodẽ actu eterno p̄destinauerit deꝰ xp̄m ⁊ electos. Alio mõ põt ꝯsiderari p̄destiatio s̃m terminũ ⁊ effectũ p̄destinatiõis. ⁊ s̃m hoc p̄destinatio xp̄i est cã ⁊ exẽplar nr̃e p̄ destinationis. ⁊ hoc dupl'r. Prio quãtũ ad bonũ ad qŏ p̄destinamur. xp̄us em̄ p̄desti natꝰ ẽ ad hoc ꝙ eẽt dei filiꝰ naturalis. Nos aũt p̄destinamur ad filiationẽ adoptõis q̄ est quedã ꝑticipata sil'itudo filiatiõis natu ralis. Rom. i. Quos p̄sciuit hos ⁊ p̄desti nauit ꝯformes fieri ymagĩs filij eiꝰ. ⁊ Jo. i.

dedit eis ptātē filios dei fieri. Scd̄o q̄tū ad
modū ɔsequendi istud bonū qd̄ ē p grām
vt p iesum xp̄m cōpleret. Sub p̄destinati-
one em̄ eterna cadit nō solū id qd̄ fiendum
in tpe: s etiā mod⁹ ⁊ ordo bm̄ quez cōpled⁹
est in tpe. Un̄ si xp̄s nō fuissz incarnādus
deus p̄ordinasset hoīes saluari p aliā cām.
Sz q2 p̄ordinauit incarnationez xp̄i simul
cum hoc p̄ordinauit vt esset cā nr̄e salutis.
Dicit em̄ Aug. lib. de p̄destinatione sctōꝝ.
Est p̄clarissimū lumen p̄destinatiōis ⁊ gr̄e
ipse saluator: ipse mediator dei ⁊ hoīm hō
xp̄s iesus. Et Eph. i. dicit. Predestinauit
nos in adoptionē filiorū p iesum xp̄m. Et
sicut apud deū cognit⁹ est numer⁹ electorū
sicut dicit Aug. lib. de correctione ⁊ gr̄a ꝙ
cert⁹ est p̄destinatoꝝ numer⁹ qui nec auge
ri pōt nec minui. sic xp̄s tanq̄z caput ecclie
hz noticiā oīm saluādoꝝ in merito sue pas
sionis. Un̄ glo. sup illud Apoc. v. Dignus
est agn⁹ qui occisus est accipe diuinitatē ⁊
sciaz. dicit. i. animū ⁊ cognitionē q2 ad xp̄m
⁊ ad ei⁹ dignitatē spectāt quodā mō oīa in
q̄tū subiecta sunt ei oīa. Ip̄e em̄ est oīm iu
dex ɔstitut⁹ a deo q2 fili⁹ hoīs est. vt dicitur
Joh. v. Et Joh. iij. dicit. Ip̄e em̄ sciebat q̄d
esset in hoīe. Et Mathei. x. Capilli capitis
vestri oēs nūerati sunt. Circa electos autē
considerant q̄ttuor. Primo q2 sicut capilli
q̄nq̄z radicant in capite ⁊ q̄nq̄z decidūt: sic
quidā radicant in xp̄o p grām pseueratu-
ri ⁊ quidā nō pseueraturi. Est em̄ liber vite
ɔscriptio ordinatoꝝ in vitā eternā ad quā
ordinat aliq̄s ex duob⁹. s. ex p̄destinatione
diuina. ⁊ hec ordinatio nunq̄z deficiet. ⁊ ex
gr̄a. Quicūq̄z em̄ hz grāz ex hoc ip̄o dign⁹
est vita eterna. ⁊ hec ordinatio deficit inter
duz. q2 aliq̄ ordinati sunt ex gr̄a habita ad
habendū vitā eternā ex p̄destiōe diuina. a
qua tn̄ deficiūt p pctm̄ mortale seq̄ns. ps̄.
Deleant de libro viuētiū ⁊ cū iustis nō scri
bant. De pseuerantib⁹ aūt dr̄ Luc. xij. Ca-
pill⁹ de capite vr̄o nō pibit. Scd̄o q2 sic ca-
pilli q̄nq̄z lauātur ab eo cui⁹ sunt: q̄nq̄z ab
alio: sic electi q̄nq̄z lauant a xp̄o p p̄prium
sanguinē. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a
pctis nr̄is in sanguie suo. Et q̄nq̄z p̄cibus
sctōrum. Nā Gen. xxv. dr̄ ꝙ ysaac rogauit
deū p Rebecca vxore sua: ⁊ dedit ɔceptum
rebecce. Ex illo aūt ɔceptu nat⁹ est Iacob q̄
fuit p̄destinat⁹. Nō fuisset aūt impleta pre
destinatio si nat⁹ nō fuisset. Un̄ p̄destina-
tis conandū est ad orandū ⁊ bn̄ opanduz

q2 p ista p̄destinatiōis effect⁹ certitudinali
ter implet. ppter qd̄ dicit. ij. Pet. i. Sata-
gite vt p bona opa certā vestrā vocationē
⁊ electionē faciatis. Tertio q2 sic Absalon
p capillos fuit suspensus in ligno. ij. Reg.
xviij. Sic xp̄s fuit suspensus in cruce ppter
electos. Per hoc em̄ hō cognoscit q̄ntū de⁹
diligat hoīem. ⁊ p hoc puocat ad diligen-
dū ip̄m in quo pfectio humane salutis cō-
sistit. Un̄ apl's dicit Roma. v. Cōmendat
de⁹ suā charitatē in nobis. qm̄ cū inimici es-
semus: xp̄s p nobis mortu⁹ est. Quarto q2
Abacuch fuit portat⁹ p capillos in babylo
nem in lacū. Dan̄. xiiij. Sic xp̄s descendit p
pter dilectos ad inferos. Eph. iiij. ꝙ autem
ascendit quid est nisi q2 descendit primū in
inferiores partes terre. glo. i. ad iferos. Et
Zach. ix. Tu quoq̄z in sanguine testamēti
tui emisisti vinctos de lacu in quo non erat
aqua. Ideo dicitur Dan̄. vij. Capilli capitis
eius velut lana munda. Et his modis exi-
uit christus portans coronam.

Exiuit iesus portans coronam
- Sanctificationis.
- Glorificationis.
- Redemptionis.
- Exaltationis.
- Adorationis.
- Retributionis.
- Premiationis.

Primo exiuit iesus por
tans coronā sanctificatiōis. Nā sanctifica-
ri est aliq̄d fieri sanctū. Fit aūt aliquid non
solū ex cōtrario: sed etiā ex negante vel pri-
uante opposito. sic albū fit ex nigro ⁊ etiaz
ex non albo. Nos aūt ex peccatorib⁹ sancti
efficimur ⁊ ita sanctificatio nostra ē ex pec
cato. i. Coꝝ. vi. ⁊ hoc qd̄ fuistis aliq̄n. s. pec-
catores: sed abluti estis sed sctificati estis.
Sed xp̄s quidē bm̄ hoīem factus est scūs
q2 hanc gratie sanctitatē non semp habuit
non tn̄ factus est sctūs ex peccatore. q2 pec-
catū nunq̄ꝫ habuit. Sed fact⁹ est sanct⁹ ex
non sancto bm̄ hoīem. nō quidē priuatiue
vt scilicet aliquando fuerit homo ⁊ nō fue-
rit sanctus. sed negatiue: quia scilicet quan
do non fuit homo non habuit sanctitatem
humanam. ⁊ ideo simul factus fuit homo
⁊ sanctus homo. propter quod dicit ange-
lus Luce. i. Quod nascetur ex te sanctum.
Quod exponens Greg. xviij. moral. dicit.
Ad distinctiōez nostre sanctitatis. ⁊ sic san

ctus nasciturus asseritur. Nos quippe si san
cti efficimur nō tamē nascimur: q2 ipa natu
re corruptibilis conditiōe cōstringimur. Il
le autē solus veraciter nat⁹ est sanct⁹: qui ex
cōiunctōe carnalis copule ɔcept⁹ nō est. Et
Joh. x. Quē pater scīficauit ⁊ misit in mun
dum. Et sicut ꝑ verbū dei oīa facta sunt: ita
ꝑ verbū incarnatū sunt oēs hoīes sanctifi
cati q̄ sanctificant̄. Heb. ij. Qui sanctificat
⁊ q̄ sanctificant̄ ex vno oēs. Est aūt duplex
sanctificatio. Una quidē adultoꝝ: qui ꝫm ꝓ
prium actū sanctificant̄. Alia autē pueroꝝ
qui nō sanctificant̄ ꝫm ꝓpriū actū fidei: sed
ꝫm fidē ecclesie vel parentū. Prima aūt san
ctificatio est ꝑfectior secūda: sicut actus est
ꝑfectior ꝙ habit⁹. ⁊ qd̄ est per se eo qd̄ est ꝑ
aliud. Sanctificatio vero xp̄i fuit perfectis
sima: q2 sic sanctificat⁹ est vt esset alioꝝ san
ctificator dupliciter. Primo quidē per eius
passionē. Heb. xiij. Xp̄s vt sanctificaret per
suū sanguinē populū: extra portā passus ē.
Secundo per baptismum Johānis. iij. Ni
si quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spū scto ⁊c̄. q2
grā collata est aīe xp̄i: sicut cuidā vniuersali
ꝑncipio gratificatiōis in hūana natura. ꝫm
illd̄ Eph. i. Gratificauit nos in dilecto filio
suo. Et sic exiuit iesus portans coronā san
ctificatiōis nostre. Ideo dr̄ Eccli. xxxij. Or
namentū grē accipias coronā.

Secundo exiuit iesus por
tans coronā glorificatōis. ps. Gloria ⁊ ho
nore coronasti eū: ⁊ ɔstituisti eū sup opera
manuū tuarū. Oīa subiecisti sub pedi. ei⁹ ⁊c̄
Nam xp̄o collata est maior gloria ꝙ ade ꝑ
mo homini in statu innocētie. vt p꞉ ex ꝑui
legiis vtriusq3 q̄ fuerūt duodecim ⁊c̄. Pri
mū fuit formatiōis. Dicitur eñ. i. Cor. xv.
Prim⁹ hō de terra terren⁹. Secūdus de ce
lo celestis. Xp̄s eñ dr̄ de celo descendisse du
pliciter. Uno modo rōne diuine nature. nō
ita ꝙ diuina natura esse in celo desierit. sed
q2 in infimis nouo modo esse cepit. scil3 ꝫm
naturā assumptam. ꝫm illud Joh. iij. Nemo
ascendit in celū nisi q̄ descēdit de celo filius
hoīs q̄ est in celo. Alio modo rōne corpis:
nō q2 ipm corp⁹ xp̄i ꝫm suā substantiā de ce
lo descēderit. Sed q2 ꝟtute celesti. i. spūscti
est ei⁹ corp⁹ formatū. Uñ Aug. dic̄ ad Oro
sium exponēs auctoritatē inductā dic̄. Cele
stem dico xp̄m q2 nō ex hūano cōcept⁹ est
semine. Et hoc modo etia3 Hilari⁹ exponit
lib. de trini. Adam ergo fuit de terra terren⁹

xp̄s aūt de celo celestis. Secundū fuit im
pletionis. Na3 incarnatōis misteriū est pri
mo homī reuelatū. vt p3 ꝑ hoc qd̄ dixit. hoc
nūc os ex ossib⁹ meis ⁊c̄. qd̄ apl's dicit esse
magnū sacramentū in xp̄o ⁊ in eccl'ia. vt p3
Eph. v. Sed ꝑ iesum xp̄m est impletū. Uñ
Aug. dic̄ in lib. de ꝟbis dñi exponēs illd̄ qd̄
habet̄ Luce. xix. Uenit fili⁹ hoīs querere ⁊
saluare qd̄ perierat. Si hō nō peccasset fili⁹
hoīs nō venisset. Et. i. Thim. i. sup illd̄ ꝟbū
xp̄s venit in hūc mūdu3 peccatores saluos
facere. dic̄ glo. Nulla causa fuit veniēdi xp̄o
dño nisi peccatores saluos facere: tolle mor
bos: tolle vulnera ⁊ nulla ē causa medicine

Tertiū fuit visionis. Nam ꝑmus hō vidit
deū vt viator in enigmate. Homo eñ in pa
radiso fuit beat⁹: nō illa ꝑfecta beatitudine
in quā trāsferēdus erat: q̄ in diuine essentie
visione ɔsistit: habebat tñ perfectā vitā ꝫm
quendā modū inq̄ꝗtū habebat integritate3
⁊ ꝑfectionē quandā naturalē. vt dic̄ Aug.
xi. sup Gen̄. ad l'ram. Uñ dr̄. i. Cor. xv. Nō
prius qd̄ spūale est: ꝟ qd̄ aīale est. Xp̄s aūt
vidit deū vt viator ⁊ cōprehensor sine enig
mate. q2 diuine essentie visio cōuenit omīb⁹
beatis ꝫm participationē luminis deriuati
ad eos a fonte verbi dei. ꝫm illud Eccli. v.
Fons sapiētie ꝟbū dei in excelsis. Huic au
tem ꝟbo dei ꝓpinqui⁹ cōiungit̄ aīa xp̄i que
est vnita ꝟbo in ꝑsona ꝙ queuis alia crea
tura. ⁊ iđo pleni⁹ recipit influentiā luminis
in quo de⁹ videt̄ ab ipo verbo ꝙ quecunq3
alia creatura. ⁊ iđo pre ceteris creaturis per
fectius videt ipam ꝑmā veritatē q̄ est diui
na essentia. Joh. i. Uidim⁹ gloriā ei⁹ quasi
vnigeniti a patre plenū nō solū grē ꝟ etiam
ꝟitatis. Et Eph. i. De⁹ cōstituit eū sc3 xp̄m
in celestib⁹ sup oēm ꝑncipatū ⁊ ptātē ⁊ vir
tutē ⁊ dñationē: ⁊ sup oē nomē qd̄ noīatur
nō solū in hoc seculo ꝟ etiā i futuro. Quar
tum fuit cognitōis. Nam ꝑm⁹ hō de reb⁹ na
turalib⁹ ⁊ supnaturalib⁹ tñ cognouit ꝙtu3
erat necessariū ad gubernatōnē vite hūane
ꝫm statū innocētie. Alia ꝟo q̄ nec naturali
hoīs studio cognosci pñt: nec sunt necessa
ria ad gubernationē vite hūane. ꝑm⁹ homo
nō cognouit sicut sunt cogitatōes hoīm. fu
tura contingentia: ⁊ quedā singularia puta
quot lapides iacent in flumine ⁊ hmōi. xp̄s
aūt cognouit omīa ꝫm statū diuinū. q2 aīa
xp̄i cognoscit totā suā potentiā ⁊ oīa in que
pōt. pōt aūt in emūdationē infinitoꝝ pecca
toꝝ. ꝫm illud. i. Joh. ij. Ipe est ꝓpiciatio ꝓ

peccatis nostris: nõ aũt ꝑ nostris tm̃: ſ; etiã
ꝑ toti⁹ mũdi. Ideo aĩa xp̃i cognoscit infini
ta: q₂ oĩa q̃ sunt in potẽtia creature. Vñ cuʒ
in potentia creature sint infinita: ꝑ hũc mo-
dum scit infinita. p̃sertim cuʒ sit nobis dat⁹
a deo in doctorẽ. ẜm illud Iohel. ij. Letami
ni in dño deo vestro q̃ dedit vobis doctorẽ
iusticie. ¶ Quintũ fuit p̃seruatiõis. Nã p̃m⁹
hõ nõ poterat decipi nisi pctõ preuent⁹ q₂ in
tellect⁹ nõ poterat decipi ꝑ extimationẽ fal
si. Vñ ⁊ seductio mulieris ⁊ si p̄cesserit pec
catũ opis. subsecuta est tñ pctm̃ interne ele
ctionis. dicit eñ Aug. xi. sup Geñ. ad lr̃am
ꝙ mulier verbis serpentis nõ crederet nisi
iam inesset menti ei⁹ amor ꝓprie potestatis
⁊ quedã de se supba p̃sumptio. Xp̃s aũt nõ
potuit esse peccato p̄uent⁹. Ioh. viij. Quis
ex vobis arguet me de peccato. Et. i. Pet. ij.
Qui pctm̃ nõ fecit nec dolus inuent⁹ est in
ore ei⁹. ¶ Sextũ fuit damnatiõis. Naʒ p̃m⁹
hõ habuit dominiũ sup oĩa naturalia q̃tuʒ
ad effectus naturales. Dicit eñ Geñ. i. de
hoĩe. Presit piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi: ⁊
bestijs terre. In alijs eñ aĩalib⁹ inuenit ẜm
extimationẽ naturalẽ. quedaʒ participatio
prudẽtie ad aliquos ꝑticulares act⁹. In ho
mine aũt vniuersalis prudẽtia q̃ est recta rõ
oĩm agibiliũ. oẽ aũt qd̃ est per participatio-
nem subdit ei qd̃ est ꝑ essentiã. ⁊ hoc natu-
ralit. Vñ est naturalis subiectio alioꝝ aĩali
um ad hoĩem. Xp̃s aũt habuit dominiũ su
per oĩa q̃tũ ad effect⁹ supnaturales. Nam
aĩa xp̃i ẜm qd̃ est instrumentũ v̈bi dei sibi
vniti habuit instrumentalẽ v̈tutẽ ad om̃es
imutatiões miraculosas ordinabiles ad fi-
nem incarnatiõis q̃ est instaurare siue que
in celis siue q̃ in terris sunt. Math. vlti. Da
ta est mihi oĩs ptãs in celo ⁊ in terra. ¶ Se-
ptimũ fuit assimilationis. Nam adã nõ assi
milabat nisi ĩ duplici statu hoĩm. Nõ eñ ꝑ
tinebat hoc ad originalẽ iusticiã quã adam
habuit in statu innocẽtie: ꝙ aĩa hoĩs habe-
ret v̈tutẽ transmutandi corp⁹ ꝓpriũ in quã
cunq₃ formã: ſ; ꝙ posset ip̃m ꝯseruare absq₃
nocumẽto. ⁊ hanc etiã v̈tutẽ xp̃s assumere
potuisset si voluisset. Sed cũ sint tres stat⁹
hoĩm. s. innocẽtie: culpe: ⁊ glorie. Adã nõ fu
it in tertio statu. xp̃s aũt sicut de statu glie
assumpsit cõprehẽsionẽ: ⁊ de statu innocen
tie imunitatẽ a peccato. ita de statu culpe as
sumpsit necessitatẽ subiacendi penalitatib⁹
hui⁹ vite. Heb. ij. Debuit ꝑ oĩa fratrib⁹ assi-
milari. ¶ Octauũ fuit incorruptiõis. Nam hõ
in statu innocẽtie erat icorruptibilis ex ꝑte
cause efficientis. q₂ vt dic Aug. li. de q̃stioni
bus veteris ⁊ noui testamẽti. Deus fecit ho
minẽ q̃ q̃diu nõ peccaret in mortalitate vi-
geret vt ip̃e sibi actor esset aut ad vitaʒ aut
ad mortẽ. Non eñ erat corp⁹ ei⁹ indissolubi
le ꝑ aliquã indissolubilitatis vigorẽ in corpo
re existentẽ: ſ; inerat nature aĩe vis q̃dã sup
naturalit data ꝑ quã poterat corp⁹ ab om̃i
corruptione preseruare: q̃diu ip̃a deo subie
cta mansisset. Vnde vis illa p̃seruandi cor-
pus a corruptõe nõ erat aĩe hũane natura-
lis ſ; ꝑ donũ gr̃e. ⁊ q̃uis gr̃am recuperaue-
rit ad remissionẽ culpe ⁊ meritũ glorie non
tamẽ ad amisse imortalitatis effectuʒ. Hoc
eñ reseruabat xp̃o ꝑ quẽ nature defect⁹ in
meli⁹ reparandus erat. Xp̃s aũt habuit im
mortalitatẽ per gr̃am ⁊ gloriam. poterat eñ
suã passionẽ ⁊ mortẽ impedire. ¶ Primo q̃-
dem aduersarios rep̃mendo: vt eũ aut non
vellent aut nõ possent interficere: vt pluries
fecit. Secũdo q₂ sp̃us ei⁹ habebat potesta
tem cõseruandi naturã carnis sue. ne a quo
cunq₃ lesiuo inflicto opprimeret. qd̃ q̃dẽ ha
buit aĩa xp̃i q₂ erat verbo dei cõiũcta in vni
tate ꝑsone. vt dicit Aug. li. iiij. de trini. ¶ No
num fuit ꝑfectiõis. Nã p̃m⁹ hõ habuit ꝑfe-
ctionẽ oĩs v̈tutis ẜm stat⁹ sui cõdecẽtiam.
Vñ Aug. omel. xi. dicit sic. Princeps oĩm
vicioꝝ dũ vidit adã de lymo terre ad imagi
nem dei factũ: pudicicia ornatũ: temperan-
tia cõpositũ: charitate splendidũ. habentur
ista de pnĩa dis. ij. §. p̃nceps. Et sic homo in
statu innocẽtie aliqualit habuit oẽs v̈tutes
q₂ ratio erat deo subiecta. ⁊ inferiores vires
erant rõnis subiecte. Virtutes autẽ sunt q̃-
dam ꝑfectiões quib⁹ ratio ordinat in deuʒ
⁊ inferiores vires aĩe disponunt ẜm regulã
rõnis. Vñ rectitudo p̃mi stat⁹ hoc exigebat
vt homo aliqualiter om̃es v̈tutes haberet.
Xp̃s aũt habuit ꝑfectiões oĩum v̈tutũ ẜm
plenitudinẽ gr̃e: q₂ q̃to aliqd̃ p̃ncipiũ est ꝑ
fecti⁹: tanto mag imp̃mit suos effect⁹. Cuʒ
aũt gr̃a xp̃i fuerit ꝑfectissima idõ ab ip̃a ꝓ-
cesserũt oẽs v̈tutes ad ꝑficiendũ singulas
potentias aĩe q̃tũ ad oẽs aĩe actus. Vñ su-
sup illud ps̃. Sed in lege dñi fuit voluntas
ei⁹. dicit glo. Hic ostendit xp̃s plenus om̃i
v̈tute ⁊ bono. ¶ Decimũ fuit gubernatiõis.
Nam p̃mus hõ est gubernator ⁊ caput oĩʒ
nascentiuʒ naturalit: q₂ homo est naturalit
animal sociale. Vnde hoĩes in statu inno-
centie vixissent socialiter, Socialis aũt vita

multoꝝ nō posset esse nisi aliquis presideret qui ad bonum cōmune intenderet. Multi em̄ per se intendūt ad multa. vnus vero ad vnum. Ideo philosophꝰ dicit .i. politice. Quandocunqꝫ multa ordinantur ad vnum semper inuenitur vnum vt principale ⁊ dirigens. Xp̄s aūt est gubernator ⁊ caput oīm nascentiū spiritualiter sed sm̄ diuersos gradus. Primo ⁊ p̄ncipaliter est caput eorum qui actu sibi vniuntur per gloriam. Secundo eorum qui actu vniuntur sibi per charitatem. Tertio eorum qui actu sibi vniuntur per fidem. Quarto eorum qui sibi vniunt̄ in potentia nondum ad actum redacta que tamen est ad actum reducenda sm̄ diuinaꝫ predestinationem. sicut sunt infideles per conuersionem. ¶ Undecimū fuit assimilationis. Naꝫ p̄mus homo fuit similis deo sm̄ duplicem imaginē. Xp̄us autem sm̄ triplicem. Unde super illud ps̄. Signatum est super nos lumē vultus tui domine. Glosa distinguit triplicem imaginem. scꝫ creationis recreationis: ⁊ glorificationis. Imago em̄ dei reperitur in homīe tripliciter. Uno modo sm̄ qd̄ homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum ⁊ amandū deum. ⁊ hec aptitudo consistit in ipsa natura mentis que est cōmunis om̄ibus hoībus. Alio modo sm̄ qd̄ homo actu vel habitu cognoscit ⁊ intelligit deum sed imperfecte. ⁊ hec est imago per conformitateꝫ gratie. Tertio modo sm̄ ꝙ homo actu deum cognoscit et amat perfecte: ⁊ sic attēditur imago sm̄ humilitatem glorie. primis duobus modis fuit imago dei in adam in statu innocentie: sꝫ omnibus modis fuit in christo. ¶ Duodecimum fuit translationis. Nam p̄mus homo fuit positus in paradiso terrestri. Genes. ij. Tulit deus hominē ⁊ posuit eum in paradiso voluptatis. Xp̄us autem est assumptus in paradiso celesti. Eph̄. iiij. Ascendit super om̄es celos vt adimpleret om̄ia. ps̄. Ascendit super celum celi ad orientem. Et sic ptꝫ corona glorificationis iesu xp̄i.

¶ Tertio exiuit iesus portās

coronā redemptioīs. Gentiles em̄ coronā spineam capiti suo imposuerunt: quē cruentantes derisorie salutauerunt. Iudei auteꝫ ip̄m cesari postposuerunt: ⁊ crucifige crucifige clamauerunt. In ipso em̄ modo passionis xp̄i prefiguratus est effectus redemptionis quo ad vtrosqꝫ scꝫ iudeos ⁊ gentiles. Primo em̄ passio xp̄i habuit effectum salutis in iudeis. quorum plurimi in morte xp̄i baptizati sunt. vt patꝫ Act. ij. ⁊ iij. Secūdo vero iudeis p̄dicātibꝰ effectū passionis xp̄i transiuit ad gentes. ⁊ idō cōueniens fuit vt xp̄s a iudeis pati inciperet. ⁊ postea iudeis tradentibꝰ per manus gentiliū eius passio finieretur. Quia vero xp̄s ad ostendendaꝫ abundantiā charitatis sue ex qua patiebat̄ in cruce positus veniā peccatoribꝰ postulauit. Huiꝰ petitionis fructꝰ ad iudeos ⁊ gentiles peruenit: a quibꝰ patiebat̄. Ideo dicit̄ Cañ. iij. Egredimini filie syon ⁊ videte regem salomoneꝫ in dyademate quo coronauit eum mater sua. Debemus autē egredi a q̄ttuor que nos impediunt a fructu redemptionis. ¶ Primo a vicio conformādo volūtatem nostrā diuine voluntati. Math. xxvi. Non sicut ego volo sed sicut tu vis: qd̄ dicit quia rectum vult esse hoīem ⁊ ad deū dirigit. vt Aug. exponit in Enchiridion. Et sup illud ps̄. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum cor habet q̄ vult qd̄ deus vult. scꝫ vt homo velit aliq̄d ex charitate sicut deus vult. ¶ Secundo ab odio. Nam odium nūq̄ꝫ vinceret amorē: nisi ꝑpter amorē maiorem cui odium correspondet. sicut homo magis diligit seip̄m q̄ꝫ amicuꝫ. ⁊ ꝑpter hoc ꝙ diligit se habꝫ odio etiā amicū si sibi contrarietur. ¶ Tertio a passione. Roma. vij. Iudico aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis ⁊ captiuantē me in lege peccati quia passio ligat rationē. imo cū passiones intendunt̄ ligant totaliter vsum rōnis. Multi em̄ ꝑpter abundantiā amoris ⁊ ire versi sunt in insaniam. ¶ Quarto a vindicta. Naꝫ peccatū iudeoꝝ crucifigentiū xp̄m qd̄ ex cessit ex inuidia. odio ⁊ vindicta fuit grauissimum sicut dixit xp̄us pylato. Ioh. xix. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet.

¶ Quarto exiuit iesus portans

coronā exaltatioīs. Naꝫ meritū importat quandā equalitatem iusticie. Unde apostolus dicit. Ei qui operatur merces imputatur sm̄ debitum. Cum enim aliquis sibi ex iusta voluntate subtrahit quod debet habere: meretur vt sibi amplius aliquid superaddatur quasi merces iuste voluntatis. Et inde ē ꝙ sicut dicit̄ Luc. xxiiij. Qui se humiliat exaltabitur. Cum autem christus in sua passione se humiliauerit infra suam dignitatem vsqꝫ ad confusionem: ⁊ opprobria que

sustinuit. Ideo ꝑ suā passionē ⁊ precipue ꝑ
coronationē spinarum. meruit exaltationē
q̄tum ad consessum paterne dextre ⁊ ma-
nifestationē diuinitatꝭ ipsius. ẜm illud Esa.
lij. Exaltabit̄ ⁊ eleuabit̄ ⁊ sublimis erit val-
de sicut obstupuerūt sup eū multi. sic inglo-
rius erit inter viros aspect⁹ ei⁹. Et Phil.ij.
dr̄. Fact⁹ est obediēs vsq̄ ad mortē: mortē
aūt crucis. ꝓpter qḋ ⁊ de⁹ exaltauit illum ⁊
donauit illi nomē qḋ est sup om̄e nomē. scȝ
vt ab om̄ib⁹ nominet̄ de⁹: ⁊ oēs sibi reuerē-
tiam exhibeant sicut deo. ⁊ hoc est qḋ subdi
tur vt in noīe iesu om̄e genu flectat̄ cele. ter.
⁊ infer. Et Esa. xxviij. Eris corona gl'ie ma
nu dn̄i: ⁊ dyadema regni in manu dei tui.

Quinto exiuit iesus por

tans coronā adoratōis. Cum em̄ in xp̄o sit
vna tantū ꝑsona diuine ⁊ humane nature
⁊ etiā vna ypostasis. ⁊ vnū suppositū. ideo
est ei⁹ vna adoratio: ⁊ vnus honor ex parte
eius q̇ adorat̄. Vn̄ Damas. li. iij. dicit. Ado
ratur caro xp̄i incarnato dei v̄bo nō ꝓpter
seipam: ẜ ꝓpter vnitū ei ẜm ypostasim ver
bum dei. Et sup illud ps̄. Adorate scabellū
pedū ei⁹. dicit glo. Qui adorat corp⁹ xp̄i nō
terrā intuet̄: ẜ illū poti⁹ cui⁹ scandalū est: in
cui⁹ honore scabellū adorat. Et in capitulis
quinte synodi dr̄. Si quis duabus naturis
adorari dicit xp̄m. ex quo due adorationes
introducunt̄: ẜ nō vna orōne deū v̄bum in
carnatū cū ꝓpria ipi⁹ carne adorat sicut ab
initio ecclesie dei traditum est. talis anathe
ma sit.

Sexto exiuit iesus portās

coronā retributōnis q̄tum ad potestatē iu-
diciariā. Vn̄ dr̄ Job. xxxvi. Causa tua qua-
si impij iudicata est. ꝓpterea iudicium cau-
sam q̄ȝ recipies. Et Aug. li. de v̄bis dn̄i dicit
Sedebit iudex q̇ stetit sub iudice. Damna-
bit veros reos q̇ falso fact⁹ est reus. Naȝ iu-
diciaria potestas hoī xp̄o cōpetit. Tuȝ ꝓpt
diuinā personā. Tum ꝓpt capitis dignitatē
Tum ꝓpt plenitudinē gr̄e habitualis. Tū
ex merito. s. vt ẜm dei iusticiaȝ iudex esset: q̇
pro dei iusticia pugnauit ⁊ vicit ⁊ iniuste iu-
dicatus est. Unde ipse dicit Apoc. iij. Ego
vici ⁊ sedi in throno patris mei. In throno
autē intelligitur iudiciaria ptās. ẜm illḋ ps̄
Sedet super thronū ⁊ iudicat equitatem.

Septimo exiuit iesus por

tans coronam premiationis. ps̄. Posuisti
in capite eius coronam de lapide precioso.
Sicut em̄ lapides preciosi firmant̄ in coro-
na ⁊ ipam ornant: ⁊ ipa est ornamentū co-
ronati. Sic in merito xp̄i firmant̄ om̄es el
cti: ⁊ sunt ad ornamētū gl'orie sue: prout p
tuit in ioseph q̇ vendit⁹ a fratrib⁹ suis duct
est in egyptū ⁊ nō fuit fact⁹ eunuch⁹ ne ph
rao abuteret̄ eo quē a tam graui pctō dn̄s
custodiuit pharaone infrigidato. Vn̄ ꝓp
fidē ⁊ castitatē a domina sua accusat⁹ inca
cerat⁹ fuit. Inde aūt extract⁹ ⁊ dn̄s egypt
ꝯstitut⁹. dū circuiret egyptū decliauit ad do
mū ꝓhutifaris ꝑ̇ncipis satraparuȝ pharao
nis: cui erat filia speciosissima noīe arseneth
sed idolatra que idola abiecit vt ioseph ha
beret sponsuȝ. Ad hanc aūt desponsandā ac
cessit ioseph indut⁹ tunica candida: ⁊ cū au
rea corona in curru aureo. In corona vero
erant inserti duodecim lapides ꝑ̄ciosi: super
q̇b⁹ erāt duodecī astra aurea ⁊ virga regia
in manu ei⁹. vt dr̄ in speculo historiali li. ij. c.
cxviij. Hec oīa fuerūt figura xp̄i: ꝑ̄cipue co-
rona in qua sunt duodecim trib⁹ israel: super
quib⁹ sunt duodecim apl'i. vt pȝ Apoc. xxij.
Et sic corona xp̄i est numer⁹ oīm saluando
rum q̇ decorant xp̄m hic in statu gr̄e: nouis-
sime aūt in statu glorie. Amen.

In festo victorie sancti Michaelis archangeli Sermo. xxxij.

Hic maior est in re-
gno celoruȝ. Math. xviij. ⁊ in
euangelio ꝑ̄sentis solēnitatis
Beat⁹ Bern̄. sup ps̄. Qui habitat dicit sic.
Dn̄e q̇d est hō q: innotuisti ei: aut fili⁹ hoīs
q: reputas eū: Deniq̄ȝ mittis ei vnigenitū
tuū īmittis spm̄ tuū. ꝑmittis vultū tuum: ⁊
ne q̇d vacet ī celestib⁹ ab ope sollicitudinis
illos etiam beatos spūs ꝓpt nos mittis in
ministeriū nostrū. hec ille. Super quo mo-
ueo talē questionē. Utrū in eccl'ia militanti
archangel⁹ michael maiorē dignitatē asseq̄
tur: cui⁹ officio diligenti⁹ a deo gubernatur.
Ad istam questionē rn̄dent duo doctores.
Prim⁹ veteris testamēti ē Daniel. x. c. dic̄
Michael vn⁹ de ꝑ̇ncipib⁹ ꝑ̇mis venit in ad
iutoriū meū. Secūdus noui testamēti est
Johānes Apoc. xij. dic̄ sic. Factū est preliū
magnū in celo. Michael ⁊ angeli ei⁹ prelia
bantur cū dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ an
geli eius ⁊ non valuerūt. neq̄ȝ est inuentus
locus eoꝝ ampli⁹ in celo. Sciendū q̄ ẜm

glo. sup illud Math. xxij. Simile est regnuꝫ celoꝝ homini regi qui fecit nuptias ⁊c. per regnū celoꝝ. presens ecclesia siue congregatio iustoꝝ intelligit. Hanc autē ecclesiaꝫ gubernat deus per angelos. Unde Aug. dicit iij. de trini. Quēadmodū corpora grossiora ⁊ inferiora: p subtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regunt. Ita oīa corpora per spm̄ vite rōnalē. ⁊ spūs vite rōnalis desertor atq̄ peccator per spm̄ vite rōnalē ⁊ pium ⁊ iustum ⁊ ille per ipm deū. Nam tam in rebꝰ hūanis q̄ etiā naturalibꝰ hoc cōiter inuenit ꝙ potestas particularis gubernat ⁊ regit a ptāte vniuersali. sic potestas balliui gubernat p potestatē regis. Superiores aūt angeli qui presunt inferioribꝰ habēt sciētiā magis vniuersalē: sed ꝟtus cuiuslibet corporis est magis pticularis q̄ ꝟtꝰ spūalis substātie. Naꝫ omīs forma corporalis est indiuiduata per materiā ⁊ determinata ad hic ⁊ nunc. Forme aūt īmateriales sunt absolute ⁊ intelligibiles. ⁊ idō sicut inferiores angeli qui habent formas minꝰ vniuersales regunt per supiores. ita oīa corporalia regunt per angelos. Sed actio quā angelꝰ exercet pcedit a deo velut a pmo pncipio cuiꝰ nutu ⁊ auctoritate angeli operant: ⁊ in deū reducitur sicut in vltimū finē. ⁊ hoc facit ministerium Nam minister est sicut instrumentū intelligens. Instrumētū aūt ab alio mouet ⁊ eiꝰ actio ad aliud ordinat. Unde actiones angelorum ministeria vocant. ⁊ ppter hoc dicuntur in ministeriū mitti. Heb. i. Oēs sunt administratorij spūs in ministeriū missi propter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Inter hos aūt angelos missos circa homīes precipuum est ministeriuꝫ beati michaelis. ideo hic maior est in regno celorum.

¶ Hic maior est in regno
- Archangelorum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Xpianorum.
- Paganorum.
- Electorum.
- Sanctorum.

¶ Primo sanctus michael

est maior in regno archangeloꝝ. Unde cātat ecclīa. Collandemꝰ venerantes omēs celi milites: sed precipue pmatē celestis exercitus michaelem. Computatur em̄ in ordine pncipatuū. de quo ordine sanctus Tho. pma parte. q. cviij. arti. xv. dicit sic. Principari vero vt Greg. dicit. Est inter reliquos priorem existere quasi pmi sint in executōe eorum que imperantur. Et ideo Dionysius dicit. ix. c. celestis ierarchie. Qr nomen pncipatuū signat ductiuum in ordine sacro. Illi em̄ qui alios ducunt primi inter eos existētes: pncipes proprie vocantur. ſm illud ps. Preuenerunt pncipes coniuncti psallentibus. ſm Greg. autem archangeli dicuntur ex eo ꝙ pncipantur soli ordini angelorum. quasi magna nunciantes. Principatꝰ autē dicuntur ex eo ꝙ pncipantur omnibus celestibus pncipibꝰ diuinas iussiones explentibus. Executio em̄ angelicoꝝ misterioꝝ cōsistit in annūciando diuina. In executione aūt cuiuslibet actus sunt quidā quasi incipientes actionē ⁊ alios ducētes sicut in cātu precentores: ⁊ in bello illi qui alios ducunt ⁊ dirigunt. ⁊ hoc ptinet ad principatꝰ. Alij vero sunt qui simplicit exequunt. ⁊ hoc pertinet ad angelos. Alij ꝟo medio modo se habent qd ad archangelos pertinet. Principatus ergo sunt pmi in executōe diuinoꝝ ministerioꝝ. vtpote presidentes gubernationi gentiū ⁊ regnoꝝ qd est pmū preceptuꝫ in diuinis misterijs. Nam bonuꝫ gentis est diuiniꝰ q̄ bonū vniꝰ homīs. Primꝰ ergo ordo post dn̄ationes dicit pncipatuū qui etiā bonis spiritibꝰ pncipat. vt Greg. exponit. hec Tho. Sanctus mihael in prelio habito cū lucifero. fuit dux ⁊ princeps. Unde vicit luciferū cū angelis suis ⁊ de celo in hunc aerem caliginosum ⁊ in pfundū abyssi tandē deiecit: Un̄ cantat ecclīa. Michaelē in ꝟtute conterentē zabulon. De isto prelio dicit Apoc. xiiij. Et proiectꝰ est ille draco magnꝰ serpens antiquus q̄ vocatur diabolus ⁊ sathanas. proiectꝰ est in terra: ⁊ angeli eiꝰ cuꝫ eo missi sunt. Non em̄ pmissuꝫ est eis habitare in supiori parte aeris: qr locus lucidus est ⁊ clarus. nec in mūdo nobiscū. qr nimis nos suis temptationibꝰ infestarent. Sed in medio aeris vt dū sursuꝫ respiciunt ⁊ vidēt gloriā quā amiserunt: inde dolorē habeant. Et dum inferiꝰ prospiciunt ⁊ vident hoīes illuc ascendere vnde ipi ceciderunt inde inuidia torqueantur. Unde Eph. vi. Non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates tenebrarum harum contra spiritalia nequitie in celestibus. Et sic michael est maior in regno archangelorum.

¶ **Secūdo sanctus michael**
est maior in regno patriarcharū. Unde san
ctus Tho parte.i.q.cxiij.dicit sic. Ad bonū
operandū duo cōcurrunt. ¶ Primo quidem
ꝙ affectus inclinet ad bonum qd̄ quidē fit
in nobis per habitū ꝟtutis moralis. Secū
do ꝙ ratio inueniat congruas vias ad per⸗
ficiendum bonū virtutis. qd̄ quidē phs at⸗
tribuit prouidentie. Quantū ergo ad pͥmū
deꝰ hoiem custodit imediate infundendo ei
grām ⁊ ꝟtutes. Quantū ad secundū deꝰ
custodit hoiem sicut vlis instructor: cuiꝰ in⸗
structio peruenit ad hoies mediantibꝰ an⸗
gelis. Custodia aūt humane multitudinis
ad ordinē pͥncipatuū pertinet. Unde ⁊ mi
chael vnꝰ de pͥncipibus dicit̄. Daniel.x. In
feriores aūt angeli exercent officiū superio⸗
rum: inꝙtum aliquid de dono eoꝝ partici⸗
pant ⁊ se habent ad supiores sicut executo
res virtutis eoꝝ. Homo em̄ in statu innocē
tie non patiebat̄ aliqd̄ periculum ab interi⸗
ori: qꝛ interiꝰ erant om̄ia ordinata: sed immi
nebat ei periculū ab exteriori ꝓpt̄ insidias
demonū vt rei ꝓbauit euentꝰ. ⁊ ideo indige
bat custodia angeloꝝ. Etiam angeli q̄ sub⸗
uerterunt sodomā percusserunt sodomitas
cecitate vel aurisia: vt hostiū domus inueni
re non possent. vt dicitur Gen̄.xix. hec tho.
In homīe potentia operatiua sepius impe
ditur ne exeat in opus ꝓpter mūdi oppres⸗
sionem. Joh.xvi. In mūdo pressuram habe
tis. sed istud impedimentū remouent prin⸗
cipatus q̄ faciūt nos mūdanis om̄ibꝰ pͥnci
pari. Hoc significatū est Gen̄.xxxij. vbi cū
iacob esau valde timeret angelos sibi obui
os habuit. ipsum adiuuare paratos. Et ait.
Castra dei sunt hec. Tunc angelꝰ tria bona
iacob dedit. qꝛ ipm̄ cōtra esau constantē fe⸗
cit. israel nomen ei imposuit ⁊ neruū femo⸗
ris eius percussit ⁊ emarcuit. Hec aūt om̄ia
spectant ad pͥncipatꝰ in quoꝝ ordine primꝰ
est michael qui mandauit angelo vt diceret
agar ancille ꝙ ad dn̄am suā rediret ⁊ se ei
humiliaret. Gen̄.xvi. ⁊c̄.

¶ **Tertio sanctus michael**
est maior in regno ꝓphetarū: qm̄ ꝓphetica
reuelatio fit ꝑ angelos. Un̄ sanctus Tho.
scd̄a scd̄e.q.clxxij.arti.ij. dicit sic. sicut apl̄s
dicit Rom̄.xij. Que a deo sunt ordinata sūt
habet aūt hic diuinitatis ordo. sicut Diony
sius dixit, vt infima ꝑ media disponat. An⸗
geli aūt medij sunt inter deū ⁊ homines. vt
pote plus participantes de perfectiōe diui
ne bonitatis ꝙ homīes. Et ideo illuminati
ones ⁊ reuelationes diuine a deo ad hoīes
per angelos deferunt̄. Prophetica autē co⸗
gnitio fit s̄m illuminationē ⁊ reuelationem
diuinā. Unde manifestū est ꝙ fiat ꝑ ange⸗
los. Dicit em̄ Diony.iiij.c. celestis ierarchie
Diuinas visiones gl'iosi patres nostri ade⸗
pti sunt ꝑ medias celestes virtutes. hec tho.
Sanctꝰ michael fuit pͥnceps synagoge. s̄m
qd̄ dicit̄ Dan̄.x. Nemo mihi adiutor est nisi
michael pͥnceps vester. Circa quā fecit q̄tu
or. ¶ Primo miranda. Nam ipse fuit ille an⸗
gelus qui plagas egyptijs intulit: qui mare
diuisit: qui in colūna ignis ⁊ nubis ppl'm is
raeliticū antecessit: qui in terrā ꝓmissionis
hebreos introduxit. Secūdo stupēda. Sci
ens em̄ diabolꝰ iudeos ad idolatriā prom⸗
ptos esse volebat corpꝰ moysi honorifice se
peliri vt iudei suas idolatrias ibi exercerēt. S
michael victoriā obtinuit qꝛ moysi corpus
ab om̄ibꝰ abscondit. Un̄ in canonica iud̄.i.
ca. dicit̄. Cum michael archangelus cū dia⸗
bolo disputans altercaret̄ de moysi corpore
non est ausus iudiciū inferre blasphemie. S
dixit. Imperet tibi deꝰ. Forte etiā ista alter⸗
catio fuit qꝛ diabolus dicebat se in moyse ꝓ
pter pctm̄ ad aquas contradictōis aliquod
ius habere. Sed cū michael culpam sibi re⸗
missam assereret ⁊ diabolus adhuc instaret
michael dixit. Imperet tibi deus. Tertio ꝓ
tegenda. Nam cū syri obsiderent ciuitatem
samarie: dixit Helyseus. Plures nobiscum
sunt ꝙ cū illis: ⁊ loquebat̄ de angelis quo
rum pͥnceps erat michael: qui ꝑcussit syros
cecitate: quos helyseus duxit in samariam.
vt habet̄.iiij. Reḡ. vi. ¶ Quarto adiuuāda
Dicit̄ em̄ Dan̄.x. Ex persona gabrielis ar⸗
changeli princeps regni persarū restitit mi⸗
hi.xx.vno diebꝰ. Et ecce michael vnꝰ de pͥn
cipibꝰ pͥmis venit in adiutoriū meum. Su⸗
per quo sanctꝰ Tho. parte.i.q.cxiij.arti.viij.
dic̄ sic. Hieron̄. exponēs hec ꝟba dicit pͥnci⸗
pem regni persarū esse angelū qui se oppo⸗
suit liberationi ppl'i israelitici, ꝓ quo Daniel
orabat. Gabriel preces deo p̄sentāte. Hec
aūt resistentia potuit fieri quia pͥnceps ali⸗
quis demonū iudeos in perfidē ductos ad
pctm̄ induxerat: per qd̄ impedimentū pre⸗
stabatur orationi danielis ꝓ eodem ppl'o
deprecantis. Sed s̄m Grego. li.xvij. mora.
Princeps regni persarū fuit bonꝰ angelus

custodie illiꝰ regni deputatꝰ. Ad videnduz ergo qualiter vnꝰ angelꝰ alteri resistere nititur considerandū est ꝙ diuina iudicia circa diuersa regna ⁊ diuersos homies per angelos exercentur. In suis aūt actionibꝰ angeli ſm diuinā sententiam regulant̄. Contigit autē quandoqꝫ ꝙ in diuersis regnis vel in diuersis homībꝰ contraria merita vel demerita inueniunt̄ vt vnus alteri subdatur: aut presit. Quid aūt sup hoc ordo diuine ꝓuidētie habeat: cognoscere non possunt nisi deo reuelante. Vn̄ necesse habēt sup his diuinā sapientiam consulere. Sic ergo inꝙtum de cōtrarijs meritis ⁊ sibi repugnātibꝰ diuinā cōsulunt voluntatē resistere sibi inuicē dicūtur. Non quia sint eoꝝ contrarie volūtates cuz in hoc omēs concordent qȯ dei sentētia impleat̄: sed quia ea de quibꝰ consulūt sunt contraria, hec Thomas.

Quarto sanctus michael

est maior in regno xp̄ianoꝝ. Nam vt dicit sanctꝰ Tho. parte. i. q. cxi. ar. i. Ad fidē duo concurrūt. Primo quidē habitꝰ intellectꝰ quo disponit̄ ad obediendū voluntati tendenti in diuinā veritatē. Intellectꝰ em̄ assentit ỽitati fidei nō quasi cōuictꝰ rōne: sed q̄si imperatꝰ a volūtate. Nullus em̄ credit nisi volens. vt Aug. dicit. Et ꝙtū ad hoc fides est a solo deo. Eph. ij. Gratia estis saluati ꝑ fidē ⁊ nō ex vobis: dei em̄ donū est. Secūdo requirit̄ ad fidez ꝙ credibilia ꝓponant̄ credenti. ⁊ hoc quidē per hoīem fit ſm ꝙ fides est ex auditu. vt dr̄ Rom. x. sed ꝑ̄ncipaliter per angelos ꝑ quos hoībꝰ reuelant̄ diuina. Vn̄ angeli aliq̄d operant̄ ad illuminationē fidei: ⁊ tn̄ hoīes illuminat̄ ab angelis nō solū de credendis ſ; etiā de agēdis. ſm ꝙ Diony. ꝓbat. iij. c. cel. ierar. ꝙ reuelatōēs diuinoꝝ ꝑueniūt ad hoīes mediantibꝰ angel. hec tho. Sanctꝰ michael instruit eccl'iam dei de credēdis qȯ pꝫ ex q̄tuor. Prīo q̄ē ꝑ̄nceps eccl'ie xp̄i. Post ꝙ em̄ iudea dn̄z crucifixit: michael factꝰ ē ꝑ̄nceps eccl'ie. Vn̄ refert Josephꝰ ꝙ audite sūt voces angeloruz dicentiū. Transeamꝰ ab his sedibꝰ. Etiā ip̄e solus int̄ sanctos angelos aciei xp̄i signifer est. ſm qȯ cantat eccl'ia. Signifer sanctꝰ michael repsentet eas in lucē sanctā. Et iterū. Dū sacrū misterū cerneret iob̄es archāgelꝰ michael tuba cecinit. Dignꝰ es dn̄e deꝰ nr̄ accipe librū ⁊ soluere signacula eiꝰ. Et sumitur Apoc. v. vbi dr̄. Vidi angelū fortē ꝑdicātem voce magna. Quis est dignꝰ aperire librū ⁊ soluere signacula eiꝰ ⁊c. Secūdo q̄ est instructor eccl'ie. Quicq̄d em̄ ỽtutꝫ: iusticie: misericordie: ⁊ obseruātie legis xp̄i est in nobis. vt dic̄ Greg. Ab instructōe michael ꝓcedit. Vn̄ iste ē ille angelꝰ q̄ ligauit diabolum ꝑ annos mille: vt nō seducat eccl'iaz donec ꝯsūmant̄ mille āni. vt dr̄ Apoc. xij. Iste est ille angelꝰ q̄ cū magno exercitu angeloꝝ diuinis interest misterijs in altari cū hostia ꝯsecrat̄. Iste ē ille angelꝰ q̄ sipontinis victoriā dedit: ⁊ ꝯtra aduersarios oīa elemēta pugnare fecit. Terrā: q̄ mōs garganꝰ ꝯtremuit. Aerē: q̄ caligo tenebrosa totū montē obduxit. Ignem quia fulgura crebra volabāt. Aquā. vn̄ cantat eccl'ia. Cōcussuz est mare ⁊ ꝯtremuit terra. vbi archangelꝰ michael descendebat de celo. Et hec pugna vocat̄ victoria sctī michaelis q̄ celebrat̄. viij. Idꝰ Maij. Rome aūt eodē die celebrat̄ apparitio sctī michaelis. q̄ eodē die apparuit michael archangelus btō Grego. pape. tergēs gladiū a peste inguinaria quā deꝰ romanis immiserat. Tertio q̄ est destructio antichristi. sicut em̄ dic̄ glo. sup illō Apoc. xiij. Vidi vnū de capitibus eiꝰ occisum: antichristꝰ mortuū se finget ⁊ ꝑ triduuz latēs postea apparebit dicēs se suscitatū. Et ferentibꝰ euz demonibus in aere ascendet: ⁊ vniuersis mirantibꝰ adorabunt eū. Tandē dū stabit in papilione suo in mōte oliueti michael ip̄m occidet vt dic̄ glo. sup illud. ij. Thessal. ij. Quē deus interficiet sp̄ū oris sui. Quarto q̄ est conductor iudicij: q̄ ad vocē ip̄us omēs resurgemꝰ. ſm illud. i. Thessal. iiij. Ip̄e dn̄s in iussu ⁊ in voce archangeli: ⁊ in tuba dei descendet de celo. ⁊ mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi. Etiam in die iudicij crucem: clauos: lanceam: ⁊ coronam spineam christo presentabit: vt omēs agnoscant ꝙ iuste iudicentur.

Quinto sanctus michael

est maior in regno paganoꝝ. Vnde sanctꝰ Thomas parte. i. q. cxiij. arti. iiij. dicit sic. Sicut infideles nō priuantur interiori auxilio naturalis rationis. Ita etiam non priuant̄ exteriori auxilio toti nature humane diuinitus concesso. scꝫ custodia angeloꝝ per quā ⁊ si non inueniuntur ꝙtuz ad hoc ꝙ vitā eternam bonis operibus mereantur: quia infideles etiam interdum bona faciūt: sed non bene. q̄ non recta intentione faciūt quoniā

fides intentionem dirigit. vt Aug. dicit. Iu nātur tamē ꝗtuz ad hoc ꝙ ab aliquib⁹ ma lis retrahūtur quib⁹ sibiipsis ⁊ alijs nocere possunt. hec Tho. Sciendū ꝙ michael ar changelus plura signa ostēdit infidelib⁹ qui bus poterant deuz verum cognoscere ⁊ ab idolatria sua cessare. ¶ Prio tempe abrahe quē vnū verū deū predicando iactauerunt in ignē. sed michael archangelus ipm libe rauit. de hur. i. igne caldeoꝝ. Gen̄. xv. Se cundo tempe moysi imolato agno in egy pto signatis eius sanguīe domib⁹ hebreoꝝ michael archangelus veniēs ꝑcussis egypti orum primogenitis post graues plagas in mari submersit pharaonem ⁊ exercitū eius ¶ Tertio tempe iudicū debellatis. xxxij. regi bus chananeoꝝ per iosue dirutis muris ie rico ad sonum tubarum. Iosue. vi. Percus sis centū viginti milib⁹ bellatoꝝ per gedeo nem. ⁊ trecentos viros comites ei⁹. Iudicū vij. Prostratis mille viris cum mandibula asine per samsonem. Iudic. xiiij. Percussis philisteis ī secretiori parte nature. q: archā dñi irreuerent̄ tractauerunt. i. Reg. v. Mi chael eis demonstrauit viam veritatis quā ferre neglexerūt. Quarto tempe regū. Mi chael percussit centumoctogintaq̄nq: milia viroꝝ qui venerūt cū senacherib rege assiri orum vt ꝓphanarent templū. iiij. Reg. xix. Etiā percussit centū milia pedites de syris qui venerant cū benadab contra populum dei. iij. Reg. xx. Ubi ergo sunt dij eorum in quib⁹ habebant fiduciā. cur eis nō sunt opi tulati ⁊ in necessitatib⁹ nō ꝓtexerunt: Hec signa demōstrauit sanct⁹ michael vt colerēt vnū verū deum: sed noluerunt.

¶ Sexto sanctus michael

est maior in regno electoꝝ. Un̄ cātat sancta mater ecclīa. Archangele michael cōstitui te ꝑncipē sup oēs aīas suscipiendas. Habz em̄ officiū ponderandi. ꝓpterea in ecclesijs pingit̄ ponderans animas. Dicit̄ em̄ Dan̄. v. Appēsus es in statera ⁊ inuent⁹ es min⁹ habens. Sunt em̄ quattuor differentie ani maruz. Quedā sunt vacue que nulla secum merita portauerūt. Istas appendet ⁊ dicet Appensus es in statera ⁊ inuent⁹ es nihil habens. Quedam sunt semiplene: que aliq̄ bona fecerunt: ſ; tepide ⁊ negligēter. Istas ponderabit ⁊ dicet. Appensus es in statera ⁊ inuent⁹ es minus habens. Quedaz sunt plene que multa secum merita portauerunt Istas ponderabit ⁊ dicet. Appensus es in statera ⁊ inuentus es satis habens. Que dam sunt superplene que nō tantū ꝑcepta sed etiam consilia seruauerunt. Istas pon derabit ⁊ dicet. Appensus es in statera et inuentus es multū habens.

¶ Septimo sanctus micha

Jurisdictiōis. s. in excōicando τ absoluendo. Iste aūt ligatiōes τ solutiōes nō sunt in celo. q2 ibi oēs sunt soluti. Nec sunt in inferno. q2 ibi oēs sūt ligati. Sʒ sūt in mūdo. vbi sunt quidā ligati: τ quidā soluti. In inferno q̄deʒ sunt oēs ligati τ excōicati p illā sn̄iaʒ Math. xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternū. Jō sci eis nō loquent. sed sp ab eis auertēt. ps. Auertisti nos retrorsum post inimicos nr̄os nec pticipabūt cū eis in dīno officio. de q̄ dicit Thob. xiij. Per oīnēs plateas hierl'm all'a cantabit. Ipi aūt a tēplo dei erūt exclusi Apoc. vlt. Foris canes τ venefici. Nec ipos salutabūt. i. salutē eternā nō optabūt. imo sic dr̄ in ps. Letabit iustus cū viderit vindictā. exclusi etiā erūt a pticipatōe sacroꝝ: τ maxie a pticipatiōe panis vite. Math. xv. Nō ē bonuʒ sumere panē filioꝝ. τ mittere canib⁹. nō pticipabūt etiā sctī cū eis in mēsa. Esa. lxv. Ecce serui mei comedēt τ vos esurietis.

Tertio tibi dabo claues

Remissiōis. Indulgentiaꝝ largitōe. Sciēduʒ. n. q indulgentie valēt q̄tum ad forū ecclesie: q̄tum ad iudiciū dei: ad remissionē pene. Rō aūt quare valeāt iste indulgētie est vnitas corpis mistici: in q̄ multi in operib⁹ iusticie suprogauerūt ad mēsurā debitoꝝ suoꝝ τ multas etiā tribulatiōes iniuste sustinuerūt patient. per quas multitudo penarū poterat expiari. si eis deberet. quoꝝ meritoꝝ tāta est copia q oēm penā debitā nūc viuētibus excedunt: τ maxie ppter meritū passiōis xp̄i. et sic ista merita passionis xp̄i τ alioꝝ scōꝝ sūt thesaur⁹ eccl'ie. Nō em̄ est iste thesaur⁹ de auro: argento vel lapidib⁹ pciosis. sed de pcioso sanguine xp̄i: τ alioꝝ sctōꝝ: ac de labore virginū: doctoꝝ τc. hui⁹ aūt thesauri Petr⁹ τ successores sui hn̄t claues. q̄ ipm put iusta causa exigit: pōt distribuere, ad quā exigūt quattuor. Primo auctoritas ex pte faciētis. Secūdo charitas ex pte recipiētis. Tertio pietas. s. ad honorē dei. q2 pietas ē cult⁹ soli deo debit⁹. Quarto vtilitas. s. pximi q̄ ad opera mīe. Querit pmo ad q̄d valeāt iste indulgētie. Rn̄det q valēt ad pene remissionē. Exēpluʒ. q̄s dʒ stare in purgatorio p pctō nō satisfacto p. x. an. hita ista indulgētia. x. annoꝝ satisfactū erit p pena illa. Si xo q̄s pl⁹ pticiparet de indulgētia: q̄ meruisset p pctis penā tūc illa indulgētia valet sibi ad mai⁹ meritū: quo ad pmiū accidētale in vita etna. vltra pmium essentiale. Querit. scdo. an eq̄lit habeat indulgentiā stās in forib⁹ illi⁹ eccl'e: sicut distās p. c. miliaria vel vltra. Rn̄det q eq̄liter hʒ indulgentiā vterq̄ʒ. ſʒ distās hʒ mai⁹ pmiuʒ rōne laboris in charitate assum pti: quē laboreʒ nō sustinuit vicin⁹ eccl'ie. Queritur

Indulgentie valeat defunctis

tertio. q̇d opatur indulgentia a pena ⁊ culpa. Rñdet ꝙ talis indulgẽtia valꝫ ad h̊. q꞉ tal' aĩa sic decedẽs nõ tãgit penas ĩferni nec purgatorij: sed subito volat ad celũ. sic qñ est annus iubilei. vel de indulgẽtia de passagio fiẽdo cõtra infideles p recuperatione terre scẽ. etiã p ingressu religiõis ⁊c. Querit̃ q̃rto. an iste indulgẽtie valeãt defũctis. Rñdetur ꝙ indulgẽtia valꝫ sicut v̀ba ꝓuilegij sonãt. Uñ indulgentia qñꝗ daƭ sub illa forma. Quicũꝗ iuerit: vel miserit ↄtra infideles. hẽat ĩdulgentiaꝫ plenariã ꝓ se ⁊ p̃re ⁊ m̃re defunctis. ⁊ tũc ille aĩe exñtes in purgatorio. hac ↄditione impleta statim volarẽt ad celũ. Eũ. n. aĩe exñtes in purgatorio: sint mẽbra hui⁹ nostri corporis mistici ꝑpter charitatẽ cũ q̃ decesserunt: capaces sũt oĩm bonoꝝ q̃ fiũt ⁊ q̃ facta sunt. Et sicut stomachus oib⁹ mẽbris corpis subam cibi distribuit: sic eccl'ia oĩa merita tã p̃ñtia ꝙ p̃terita suis mẽbris distribuit. vñ vivens põt satisfacere ꝓ defuncto sicut liber p incarcerato satisfacere põt. vñ relaxabit̃ nec iudex est iniust⁹ sic acceptãs vt pꝫ. Queritur q̇nto. an vn⁹ indulgẽtiã quã acq̇rit: possit dare alteri viuo vel defũcto. Rñdet̃ ꝙ si in priuilegio sic cõtineat̃: ꝙ talis indulgẽtia possit acq̇ri: etiã nõ eũtib⁹ ꝑsonaliter, tũc illa indulgentia eis ꝓderit: alias nõ. Nam priuilegiuꝫ tm̃ valet q̃tum sonat ⁊c. Querit̃ sexto an habeat indulgentiam q̇ nõ facit elemosynã. Rñdet̃ ꝙ si in ꝓuilegio sic ↄtineat̃. quicũꝗ porrexerit man⁹ adiutrices ⁊c. Tũc nõ dans nõ est capax indulgentie. Querit̃ septio. an intelligat̃ dedisse: q̇ dedit panẽ. vinũ. oua, linum ⁊c. Rñdet̃ ꝙ sic. q꞉ dꝫ pensari ↄditio ꝑsonaꝝ s̃ꝫ facultatẽ eaꝝ: ꝓut q̇sꝗ cõmodi⁹ põt

Quarto tibi dabo claues

Dilectiõis. Nã btũs petr⁹ fuit feruẽtior in amore xp̃i. Cui⁹ signa sũt q̃rtuor. Primũ ante passionẽ. q꞉ ꝑpter ei⁹ amoreꝫ oĩa terrena ↄtẽpsit. Math. xix. Ecce nos reliq̇mus oĩa ⁊ secuti sum⁹ te. Quidã ei sũt ꝓcrastinãtes cõtra quos dicit Ecce. Quidã ad t̃ps reponẽtes. cõtra quos dicit. Reliquim⁹ nõ reposuimus. Quidã diuidẽtes cõtra quos dic̃. Oĩa. Quidã res suas exteriores relinq̃ntes. s̃ suas volũtates retinẽtes. cõtra quos dicit ⁊ secuti sumus te. Secũdum signũ fuit in passiõe q꞉ secũ mori voluit: qñ dixit Luce xxij. Paratus sum tecũ: ⁊ in carcerẽ ⁊ in mortẽ ire. Nõ eñ volebat mori ante euꝫ. q꞉ nolebat carere tam dilecti p̃ñtia: nec volebat viuere post eũ quia nõ reputabat vitã: sed mortẽ amarã. volebat aũt mori cũ eo. q꞉ h̊ reputabat sibi gloriam ⁊ coronã. Tertiũ fuit post passioneꝫ. q꞉ sp̱ fuit ĩ lachrymis. hũit eñ lachrymas doloris. eo ꝙ mg̃ꝫ negauit. Luce xxij. Egressus foras fleuit amare. Uñ dicit Clemẽs. ꝙ q̃ñcũꝗ galli cantum audiebat lachrymas emittebat. hũit lachrymas cõpassionis. eo ꝙ amicũ mortuũ videbat. Ioh̄ xvi. Plorabitis ⁊ flebitis vos. mũdus aũt gaudebit. hũit lachrymas deuotiõis. eo ꝙ ad amicũ videndũ sp̱ se ꝑabat. hũit lachrymas cõsolatiõis. Uñ dicit Clemẽs: ꝙ sp̱ in sinu sudariũ ferebat. q̊ fluentes lachrymas detergebat. Sic eñ ĩ cõsuetudĩeꝫ duxerat flere. ꝙ tota ei⁹ facies adusta lachrymis videbat̃. ps. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Quartũ signũ fuit post resurrectionẽ. q꞉ ip̃e ad monumentũ cũ ioh̄e cucurrit. ⁊ sicut dicit Grego. Illi p̃ ceteris cucurrerũt: q̇ p̃ ceteris amauerũt. aliqñ eñ cucurrerũt sil'. aliqñ ioh̄es p̃cucurrit citius petro aliqñ petr⁹ citius ioh̄e. q̇a prior monumẽtũ intrauit. p q̊ daƭ intelligi ꝙ ambo dilexerũt xp̃m sapient̃. Sed ioh̄es magis dulciter petr⁹ aũt magis ↄstanter ⁊c.

Quinto tibi dabo claues

Operationis. Fuit eñ ei⁹ opatio efficax s̄m virtutẽ ⁊ h̊ quadrupl'r. Primo s̄m virtuteꝫ credẽdi. qñ dixit. Tu es xp̃s fili⁹ dei viui. De ei⁹ fide dixit xp̃s Luce. xxij. Symon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ Ego aũt rogaui ꝓ te petre: vt ñ deficiat fides tua. ⁊ tu aliqñ cõuersus confirma frẽs tuos. vbi h̃r ꝙ ei⁹ fides multũ fuit a diabolo tẽptata. cũ dr̃. Ecce sathanas ⁊c. Hostis eñ vbi ĩuenit locũ magis munitũ. ibi maiorẽ exercet conatũ. Eius fides fuit a xp̃o valde roborata. cũ dr̃. Ego aũt rogaui ⁊c. Eius fides fuit oib⁹ in exẽplũ data. cũ dr̃. ⁊ tu aliqñ ↄuer. ⁊c. Secũdo s̄m v̀tutẽ sanãdi. Nõ solũ eñ sanabat sicut ceteri verbo orõnis: sꝫ etiã verbo iussionis: sicut pꝫ in sanatiõe Enee. Act. ix. Verũetiã vmbra corpis sui. vt dr̃ Act. vi. etiã impõne baculi sui sicut pꝫ in discipulo iã p. xl. dies defũcto: q̇ ad impõnem baculi sui resuscitat⁹ ẽ. Tertio s̄m v̀tuteꝫ p̃dicãdi. Tã grõse. n. p̃dicabat: ꝙ aliqñ vna die tria milia hoĩum conuertebat. vt dr̃ Act. ix. Hoc est. n. gratiosi p̃dicatoris. vñ Criso. super Math. dic̃. Testimoniuꝫ studiosi agricole est messis fecũda assidui doctoris eccl'ia plena. Quarto s̄m virtuteꝫ orandi. Nam eius orõ aliqñ aperiebat celum. vt patꝫ Actuuꝫ. x. vbi dicit̃. Quia super eũ cecidit mentis excessus. ⁊ vidit

celuz apertū. aliqñ faciebat descendere spm̄ sctm̄. sicut pz Act. viij. In samaritanis. aliqñ expoliabat infernū. sicut qñ suscitauit defunctū: quē Symon magus suscitare nō potuit. aliqñ vincebat demonē: sicut pz in demone: q̄ symonē magū p aera deferebat.

¶ Sexto tibi dabo claues

passionis. Passus est eñ ꝯsilem penā cum xp̄o. put xp̄us ei dixit Joh. vlti. Seq̄re me. Sap. xviij. Sili pena hu⁹ cū dño afflict⁹ est Noluit aūt pati rect⁹: ſ eversus ppt quattuor causas quas ipsemet assignauit. ¶ Primo q: ppter honorē dñi nō reputabat se dignū. ¶ Secūdo q: xp̄s passus est ppter mūdū redimēdū. iō debuit ad mundū respicere Ipse aūt patiebat ppter acq̄rendū celū. iō debuit ad celuz respectū hr̄e. ¶ Tertio ad significandū humani gñis lapsum. Xp̄s aūt semp rectus stetit ꝛ nunq̄ p pctm̄ cecidit. hō vero caput mentis in terrā defixit: ꝛ contra deū recalcitrauit. ¶ Quarto ad innuendū q̄ hō mutauerat amorē spūalē in mundanū. Hō eñ rectus in cruce posit⁹ si reuoluitur illud qd̄ erat dextruz efficit sinistrum. Tunc igitur homo dexteram mutauit in sinistram quando amorē celestiū cōuertit in amorē mundanum.

¶ Septimo tibi dabo claues

sublimatiōis. Nā in iudicio hītu rus est magnā sublimitatē. q: sup tronos. xij. sedebit ꝛ ceteros iudicabit. ꝛ illa talis sessio erit ad suīe iudicis approbationē. ps̄. Ut faciāt in eis iudiciū ꝯscriptū. Hec aūt sublimitas est ei ad quadruplicē dignitatē. Primo ad eius īmensum honorē. Prouerb. vlti. Nobilis in portis vir ei⁹: qm̄ sederit cū senatorib⁹ terre. Secūdo ad magnā demonū cōfusionē. i. Coꝛ. vi. Nescitis qm̄ angelos iudicabimus. ¶ Tertio ad maloꝝ ꝯdēnationē. ibidē. An nescitis qm̄ scti de hoc mundo iudicabūt. ¶ Quarto ad bonoꝝ ꝯsolationē. scz qñ videbūt sancti: fratrē suū xp̄m esse iudicem ꝛ sororē suā virginē Mariā esse mediatricē ꝛ fratres suos apostolos esse intercessores ꝛ assessores ꝛ cetera.

¶ Octauo tibi dabo claues

glorificatōis. Xp̄s eñ fecit eū in suis domibus ianitorē. Apoc. xi. Hz ptātez claudē celū nubib⁹ ꝛ apire portas ei⁹. De⁹ eñ hz q̄druplicē domū. ¶ Primo hz eccl'iam militātē in qua habitāt pegrini. Clauis hui⁹ dom⁹ est clauis indulgētie. pctōri igit volēti redire ad eccl'am p pniam: petr⁹ apit hostiū cuz claue remissionis ꝛ indulgētie Joh. vlti. quoꝝ remiseritis pctā remittunt eis. Secundo hz patriā celestē i qua habitāt filij. Clauis hui⁹ dom⁹ est clauis mīe. Aīabus ḡ sctōꝝ volētib⁹ intrare in domū celestis pr̄ie aperit hostiū cuz claue mīe. ps̄. Januas celi aperuit. ¶ Tertio hz purgatoriū in q̊ habitāt debitis obligati. Clauis hui⁹ dom⁹ est clauis iusticie Nam iusticia dei req̄rit q̄ nullū malū remaneat impunitū. Aīabus igit debētib⁹ intrare purgatoriū: aperit hostiū cū claue iusticie ps̄. Aperite mihi portas iusticie ꝛc̄. Justi ei aliqñ q̄dā cremabilia secū portāt. Has tres claues xp̄s tradidit petro. Uñ dis. l. c. ꝯsiderādū dicit Greg. Cōsiderandū nob est: cur op̄s deus eū quē cūcte eccl'ie p̄ferre disposuerat. ancille vocē pertimescē ꝛ seipsuz negare pmisit. qd̄ nimirū magne actū pietatꝫ dispensatiōe cognoscim⁹: vt is q̄ futurus erat pastor eccl'ie in sua culpa disceret q̄lit alijs misereri debuisset. pus itaq̄z eū oñdit sibi. ꝛ tūc p̄posuit ceteris vt ex sua infirmitate cognosceret q̄ misericorditer aliena infirma tolerarer. ſ ibi. ¶ Quarto hz infernū: in q̊ habitāt incarcerati. Clauis hui⁹ dom⁹ ē clauis mortis eterne. Aīabus ḡ dānatꝫ petrus nō aperit hostiū neq̄z claudit. Sz xp̄s apit hostiū ꝛ claudit vbi pctōres irreuocabiliter includit ꝛ clauē custodit. Apocal. i. Hz clauez mortis ꝛ inferni. Eiusdem. ix. c. Data est ei clauis putei abyssi. Rogemus dñm iesum christum ꝛc̄. Amen.

¶ In festo visitationis gloriose virginis Marie. Sermo. xl.

Maria abijt in mōtana Lu. i. ꝛ in euāgelio p̄ntis solēnitatꝫ. Btūs Amb in omel. dic̄ sic. Maria q̄ añ sola in intimis penetrabilibus ꝯsabat. nō a publico ꝯginitatis pudor. nō a studio asperitas mōtiū. nō ab officio plixitas itineris retardauit. In mōtana cū festinatōe ꝯgo officij mēoꝛ. iniurie imemor. affectu vrgēte nō sexu. relicta prexit domo. ſ ille. Sup q̊ talē moueo q̄onē. vtrū btā ꝯgo rōnabil'r spōsum suū ioseph reliq̄rit ꝛ cognate sue obseq̄a p̄stiterit. ad istā q̄onem rn̄dent q̄ttuoꝛ doctores: duo veteris testi: ꝛ duo noui. ¶ Prim⁹ est Dauid in psal. dicēs Ascensiones in corde suo disposuit in valle

lachrymarū i loco quē posuit. Etenī bn̄dicti
onē dabit legislator. ibūt de vtute in vtutes
videbit deus deo₄ in syon. Qd declarans
Aug⁹. ait. Deniq₃ in mōtana cū festinatiōe
vgo abijt τ Elizabet salutata in ei⁹ misterio
q̄si mēsib⁹ trib⁹ humiliter stetit. Terti⁹ hic
fuit vginis ascēsus: vt difficile rūperet tri
plex funiculus. Feruebat fidē in q̄renda ḡ
tia caritas. Splēdebat in carne vginitas. in
obseq̄o eminebat humilitas. h Aug⁹. ¶ Se
cūdus est Salomon. Cant. iij. dicēs. Que ē
ista q̄ ascendit p desertū sicut vgula fumi ex
aromatibus myrre τ thuris: τ vniuersi pul
ueris pigmētarij. Fuit enī btā vgo virgula
id ē flexibil' ad pietatē: τ ex arōatib⁹. q₂ fuit
plena odorib⁹ oīm gr̄arū: τ vniuersi pulue
ris pigmentarij: q₂ oēs gr̄ias quas habuert
alij sancti particulariter: ipsa habuit vniuer
saliter. ¶ Tertius est btūs Amb. in omel' di
cēs sic. Morale est oībus vt q̄ fidē exigunt:
fidem astruāt. Et iō cū angelus abscondita
nūciaret: vt astrueret exēplo senioris femie
τ sterilis. cceptū Marie virginis nūciauit:
vt possibile deo oīe qd ei placuit assereret.
Ubi h audiuit Maria: nō quasi incredula
de oraculo nec quasi dubitās de exēplo: s₃ q̄si
leta p voto. religiosa p officio: festina p gau
dio: in mōtana perexit. Quo enī iam deo ple
na nisi ad supna ↄscenderet: τ h cū festina
tione. q₂ nescit tarda molimina spūssancti
gr̄a. hec ille. ¶ Quart⁹ est btūs Petr⁹ rauē
nas in smōe dicēs sic. Deniq₃ mittit ad Eli
zabeth Maria: virgo ad sterilē: ad anuz iu
uencula: vt ambe pio certamine sumāt pari
terq₃ pcipiāt. altera de nouitate fidē. altera
de necessitate virtutē. hec ille. ¶ Sciendu₃ q̄
btā virgo abijt in mōtana ad visitandū Eli
zabeth ppter q̄tuor causas. ¶ Primo ppt
caritatē q̄ more angelico in Maria virgine
sursum tendebat. Un̄ Petrus rauēnas in s
mone dicit sic. Accepto igit cōsensu vginis
vt sine virili semine pciperet dei filiū. disces
sit angelus ab ea: visum vtiq₃ subtrahendo
nō famulatū atq₃ celestia petit. quē vgo se
quit dū in montana pgredit. Insup plane
τ vltra angelos: gr̄a supueniēte puenit. Est
ergo nimirū τ in angelis caritas: q̄ supeni
tuit in Maria. hec ille. ¶ Secūdo ppt fideli
tatē que Maria. pueit vsq₃ ad dexterā pa
tris in excelsis. Nā sua fide ↄcepit filiū dei
Unde Petrus rauē. dicit. At vo cui aliq̄n
dictū est. Spūssanctus supueniet in te. De
niq₃ veritas de terra orta est. τ nō de ange
lica creatura: nec angelos: sed semē abrahe
apprehendit. Hanc inuenit gratiaz Maria
virgo plena iam gratia. hec ille. ¶ Tertio p
pter humilitatē. Eandez enī humilitatē quā
angelo Maria exhibuerat dicens. Ecce an
cilla dn̄i: hoībus etiā exhibere curabat. ideo
festināter abijt in montana τ Zacharie do
mū intrauit vt Elizabet visitaret ac pregnā
ti vetule iuuēcula ministraret. Un̄ Amb in
omel' dicit sic. Didicistis virgines pudorez
Marie: discite humilitatē. Uenit ppinqua
ad pximā: iunior ad seniorē. nec solū venit.
sed etiā prior salutauit. Decet enī vt quāto
castior vgo: sic tāto sit humilior. Nouerat de
ferre seniorib⁹ sic magistra humilitatis: i qua
est pfessio castitatis est τ cā pietatis. est eti
am norma doctrine. Contuendū est enī q̄a
superior venit ad inferiorē: vt inferior adiu
uetur a maiore. hec ille. ¶ Quarto ppter san
ctitatem. Maria eniz venit ad Elizabeth τ
xp̄s ad Johānem vt ipsum sanctificaret. si
cut etiā postea venit ad baptismū Johānis
vt eū sanctificaret. Unde Petrus rauēnas
in sermone dicit sic. Idcirco etiam Maria
post cōceptū ad Elizabeth pperat. q₂ iesus
qui in vtero suo erat. Johānem adhuc par
uulum in ventre matris sue positum sancti
ficare festinat. hec ille. ¶ Propter ista hodie
Maria abijt in mōtana vt dic. vbū ppositū

¶ Maria abijt in montana.

- Diuinorum.
- Angelorum.
- Celorum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Feminarum.
- Creaturarum.

¶ Primo beata virgo ma
ria hodie abijt in montana Diuino₄. s. san
ctissime trinitatis. Nam tota trinitas in ea su
as excellētissimas pprietates posuit. ¶ Pri
mo pater posuit suam potentiā. Unde ipsa
met dicit. Fecit mihi dn̄s magna q̄ potens
est. Mirabilia enī que fecit pater in veteri
testamento excellētiora fecit in maria Ma
gnū fecit qn̄ creauit celū τ terrā τ oēm orna
tum eo₄. maius fecit in Maria: cū in ea cor
pus minimū formauit in quo totus deus es
sentialiter continet. Ap̄lus in quo habitat
oīs plenitudo diuinitatis etiam corpora
liter. Et ecclesia cantat. Quez celi capere nō
poterant: tuo gremio contulisti. magnuz fe

cit deus quādo liberauit hebreos sepius in
manu fortis signis mirādis. maius fecit in
ꝟgine: qꝛ totū genus humanū inferno deui-
cto per eiꝰ vnicū filium redemit. magnuꝫ fe
cit deus qn̄ pauit populū suū in deserto qua
draginta annis: māna de celo. maius fecit
in virgine quādo formauit panē verum. scꝫ
xp̄m in eius vtero ꝗ dicit. Ego sum panis vi
uus ꝗ de celo descendi. magnū fecit deus qn̄
eduxit mel de petra oleumqꝫ de saxo durissi
mo. Sꝫ maius fecit in virgine qn̄ a iesu xp̄o
ꝗ est ꝑtra spiritalis: fluxerunt aq̄ gratiaruꝫ
ꝛ oleū benignitatis ꝛ misericordie. i. Cor.
x. Bibebant de spiritali cōsequente eos pe-
tra. ꝑtra aūt erat xp̄s. magnū fecit deus qn̄
iordanis cōuersus est in suū fontē: sed ma-
ius fecit in virgine qn̄ antiquus dierū ꝛ ca-
nus eternitate vidit virginē ꝛ retrocessit ad
infantiā dici vniꝰ. Maximū miraculoꝝ fecit
xp̄s: qn̄ in cena panē transubstātiauit in ꝓ-
priū corpus: ꝛ vinū in ꝓpriū sanguinē suū.
ps̄. Memoriā fecit mirabilium suoꝝ miseri
cors ꝛ miserator dn̄s escā dedit timentibꝰ se
Istud vero quo verbū caro factū est. est lon
ge illo prestātius: cū sit fundamentū eius. ꝓ
cipue qꝛ carnē quā ab hoīe sumpsit in deuꝫ
transformauit. Et tanto federe vtrāqꝫ natu
ram cōseruit vt nec supiorē minueret assum
ptio: nec inferiorē cōsumeret glificatio. Pro
pterea btā virgo dicta est regina celi. psal.
Astitit regina a dextris tuis ꝛc̄. ¶ Secūdus
filius posuit in ea suā sapiam. Unde de ipa
dr. Elegit eā deus ꝛ preelegit eā: ꝛ habitare
eam facit in tabernaculo suo. De apl'is eniꝫ
xp̄s dixit. Nō vos me elegistis: sed ego elegi
vos. beatā aūt ꝟginē non solū elegit: ꝫ etiā
preelegit. ꝛ vt oībus ꝓesset elegit: qꝛ sic est
deo vnita. qualiter nulla creatura est illi con
iuncta: ꝗ soli deo reseruata. soli deo est mira
bilit̄ copulata. Ideo ip̄a ait. Et radicaui in
ppl'o honorificato: ꝛ in ꝑtes dei mei heredi-
tas illius. Naꝫ pr̄ eternꝰ nō hꝫ radices: cū sit
fōs ꝛ origo diuinitat̄. Filius ex pr̄e velut ex
radice ꝓcedit. Spūs ꝟo sctūs ex patre ꝛ fi
lio ꝓcedit. Beata virgo in supremo ange
lo radicauit. ꝛ mox vt creuit infra diuinita-
teꝫ caput extulit. Sicqꝫ ascēdit vt mater dei
fieret. Propterea dicit. Et in partes dei mei
hereditas illius. s. radicis quā radicaui i po
pulo meo. Unde nullus est dignꝰ habitare
in tabernaculo ꝟbi: nisi Maria ꝟgo. Que de
castissimis ꝛ puris sanguinibꝰ suis fabrica-
uit illud. Et sicut xp̄s in sole posuit taberna

culum suū. Sic ipsa in ipso sole posuit taber
naculū suū. ꝛ sicut vnicuiqꝫ angelo sociatur
vna aīa beata hoīm: sic in sede supremi an-
geli ꝗ est xp̄s magni ꝯsilij angelus collocat̄
virgo Maria. Cant. vlti. Que ē ista ꝗ ascē
dit per desertū delitijs affluens innixa suꝑ
dilectū suuꝫ. ¶ Tertio spūssanctus posuit in
ea suam clementiā. Nam spūssanctus ipsaꝫ
sanctificauit. ps̄. Sanctificauit tabernaculū
suū altissimus. Ipsam fecundauit. Mat. i.
Qđ eñ in ea natū est: de spūsctō ē. Ipsam
in gratia cōfirmauit. Luce. i. Spūssanctꝰ su-
perueniet in te: ꝛ ꝟtus altissimi ob. ti. Quā
fecit hostiariā paradisi. que nos suis merit̄
in ip̄m introducit. Unde se ancillā noīans
petrum in atriū pontificis introduxit. Ioh.
xix. Ideo cantat sancta mater eccl'ia. Tu re
gis alti ianua ꝛ porta lucis fulgida. Ipsam
etiam fecit fenestrā celi ꝑ quā deus oculo mi
sericordie nos respicit. Un̄ cantat̄. Intrent
vt astra flebiles celi fenestra facta es. Cāt.
ij. En ipse stat post parietē nostrū. i. post na
turam nostram. respiciens per fenestram. i.
per matrem suam ꝛc̄.

¶ Secūdo Maria abiit in montana Angeloꝝ. Oēs eñ eoꝝ digni-
tates: ꝛ oīa eoꝝ ministeria ipsa vna ꝛ sola
in se cōprehendit ¶ Primo ꝗdem angelorū
officiū est ministrare: nūciare ꝛ custodire. ꝫ
ipsa humano generi grām ꝑditā annūcia
uit ꝛ inuenit. cui dictū est. Inuenisti gratiā
apud deū. In ecclesia dei ministra ordinata
fuit. Eccl'. xxiiij In habitatione sancta corā
ipso ministraui. Animas nostras semꝑ cu
stodit sub alis sue pietatis ab insidijs demo
nis. ¶ Secūdo Angeloꝝ officiuꝫ est secreta
cōsilia dei scire: ꝛ maxime misteriū de incar
natione verbi cognoscere: qđ ꝗdem superio
res angeli cognouerūt a deo īmediate ꝑ in
fusam inspirationē medij cognouerūt a su-
perioribꝰ ꝑ traditā illuminationē. inferiores
aūt cognouerūt ab apl'is ꝑ predicationē. si-
cut dicit Heron. Sed beata ꝟgo cognouit
ꝑ experientiā: ꝛ sanctissimā inuiscerationē.
¶ Tertio virtutū officiū est miracula facere.
nō aliquid de nouo creādo: ꝫ deo ministeriū
exhibendo. Sed beata virgo precipue mini
sterium exhibuit deo in maximo miraculoꝝ
qn̄ angelo annūciante: ꝛ spūsancto operā-
te: ꝛ virgine credente mox verbuꝫ in vtero:
mox intra vterum verbum caro factum est.
Luce. i. Beata que credidisti. qm̄ perfeci. in

te.que dic.sunt tibi a dn̄o. Quarto potesta
tum officium est arcere demones. ne tantū
nobis noceant quātum vellent. Beata vir
go refrenauit ⁊ cōtriuit potestatē demonis
Gen̄.iij. Ipsa ꝯteret caput tuū.i.suggestio
nē potestatē ⁊ astutiā. Quinto ꝑncipatuū
officium est regnis ⁊ ꝓuincijs presidere.ho
stes cōprimere.bonos custodire. demones
arcere.in tribulationibꝰ ꝓtegere. Beata vir
go in om̄i gente ꝑncipatū gerit: hostes cō
primit:bonos custodit: demones cōterit.in
tribulatione ꝓtegit. Eccl'.xliiij. In om̄i gen
te ⁊ in om̄i populo ꝑmatum habui. quo ad
primū:oīm excellentiū ⁊ sublimiū colla cal
caui.quo ad secundū ⁊ tertiū. ⁊ ꝓfundum
abyssi penetraui.quo ad quartū. ⁊ in flucti
bus maris ambulaui.quo ad q̇ntū. Ideo cā
tat eccl'ia. Maria matˀ grē matˀ mīe tu nos
ab hoste protege:⁊ hora mortis suscipe.
Sexto dn̄ationū officium est subditos si
bi angelos purgare:illuminare: ⁊ perficere.
Sed beata virgo a culpa purgauit affecti
uam.ab ignorātia illuminauit intellectiuā.
ab infirmitate ꝑfecit operatiuā. Septimo
tronoꝝ officium est vt suꝑ eos deus q̇escat
⁊ sedeat:⁊ iudicia sua exerceat. Beata ꝟgo
est tronus misericordie:gratie:⁊ glorie.mi
sericordie pctōribus:grē iustis: glīe beatis.
ps̄. Tronus eiꝰ sicut sol in conspectu meo:q̊
ad beatos q̇bus est ad magnā gloriam. Et
sicut luna ꝑfecta in eternū. quo ad iustos q̇
bus impetrat celestē gratiā. ⁊ testis in celo
fidelis.quo ad pctōres q̇bus impetrat mise
ricordiā. ¶ Octauo cherubin officiū est ple
nitudinē scientie dei habere. Sed beata vir
go transcendit oēm scientiā angelicam ⁊ hu
manam.modo audiendo per inspirationē
modo vidēdo per ꝯtēplatōē.mō tāgēdo ꝑ
opationē.mō gustādo ꝑ affectōē:mō odo
rādo ꝑ deuotōē. ¶ Nono seraphin officiū ē
ardere amore ⁊ caritate dei. Beata ꝟgo ma
ria plena fuit amore: dilectione:⁊ caritate.
Quia gratia dei cor ipsius sursum eleuabat
ad amorem celestium. ꝓmouebat ipsā ad
dilectionem.eam totaliter vniebat dilecto ꝑ
caritatem.⁊ sic pꝫ ⁊c̄.

¶ Tertio Maria abiit in

montana celorum. Recte em̄ beata virgo
dicitur celum. ꝓpter sui amplitudinem. qm̄
habuit amplum affectum ad diligendū.am
plum vterum ad deum capiendum.amplū
intellectum ad cognoscendum. amplum si
num ad compatiendum. Ecclesi.xxiiij. Ego
mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agni
tionis ⁊ sancte spei. Siquidem amplitudo
caritatis ampliauit eius affectum. Ideo di
citur. Mater pulchre dilectionis. Amplitu
do diuinitatis ampliauit eius vterū. Ideo
dicitur. Et timoris. Per hoc em̄ est demoni
bus valde terribilis.amplitudo sapientie ⁊
veritatis ampliauit eius intellectum. Ideo
dicitur. Et agnitionis. Amplitudo pietatis
ampliauit eius sinum. Ideo dicitur. Et san
cte spei. Unde Bernar.dicit ad beatā Ma
riam sicut ad medium.sicut ad causam rerū
omniū.sicut ad negocium seculorum respi
ciūt vniuersi ⁊ qui habitant in celo. ⁊ qui in
inferno.⁊ qui nos precesserunt. ⁊ qui nos
sequentur.⁊ nati natorum ⁊ qui ab illis na
scentur. Qui in celo sunt vt restaurentur.
Qui in inferno vt eripiantur. Qui precesse
runt ꝓphete vt fideles inueniantur. Qui se
quuntur:vt glorificentur.hec ille. Dicitˀ au
tem beata ꝟgo celū ꝓpter quattuor. ¶ Pri
mo quia est sol. Canti.vi. Electa vt sol. Si
cut em̄ sol tres planetas supra se. ⁊ tres ha
bet infra se.⁊ ipse est medius. Sic beata vir
go habet supra se tres in trinitate personas
⁊ infra se tres status saluandorū.s.virginū
continentiū ⁊ coniugatoꝝ:⁊ ipsa est in me
dio constituta.vt ipsam beatam trinitatem
reconciliet tribus statibus saluandorum.
Ecclesi.xxvi. Sicut sol oriens in mundo:in
altissimis dei. ¶ Secundo quia est luna.
Canticoꝝ.vi. Pulchra vt luna. Est enim
pulchra vt luna in sui principio:quoniam fu
it in vtero sanctificata. ⁊ in sui medio.quo
niam fuit sancte conuersata. cuius cogita
tiones semper fuerunt sancte:cuius affecti
ones semper fuerunt munde. cuius opera
tiones semper fuerunt recte. ¶ Tertio quia
est stella. Nume.xxiiij. Orietur stella ex Ja
cob. Est enim stella: quia in ea nullus fuit
casus nec error. Inter apostolos enim fuit
casus peccati.aut per infirmitatem munda
nā.sicut in Petro q̇ timore mortis christū
negauit.aut per ignorantiam.sicut in Pau
lo qui dicit. Ignorans feci in incredulitate.
aut per maliciam. sicut in Juda qui dilexit
maledictionē:⁊ venit ei. Beata virgo nul
lo istorum modorum cadere potuit. que di
cit. Ecclesi.xxiiij. In me omnis gratia vite ⁊
veritatis. In me omnis spes vite ⁊ virtu
tis. Non enim cadere potuit per maliciam.
Quia erat fundata super altitudinē diuine

gratie. Ideo dicit. In me omnis gratia vite.
Nec ꝑ ignorantiā q₂ erat fundata super al-
titudinē diuine noticie. ideo dicit. Et verita
tis. Nec ꝑ infirmitatem. q₂ erat fundata sup
altitudinē diuine potētie. Ideo dicit. In me
omīs spes vite ⁊ virtutis. Quarto q₂ ē au-
rora. Cant. vi. Ista ꝓgreditur quasi aurora
cōsurgens. Nam fulsit in ea lux aurore. quā-
do spūssanctus eam sanctificauit q₂ tūc tene
brā originalis peccati ab ea abstulit. ij. Reg.
xxiij. Lux aurore oriente sole mane absqꝫ nu
bibꝰ rutilat. Aurora autē semꝑ crescit donec
diem ꝑfectū faciat. Sic btā virgo post suam
sanctificationē in vtero semꝑ creuit in mūdo
Prouerb. iiij. Semita iustoꝝ quasi lux splen
dens. ꝓcedit ⁊ crescit vsqꝫ ad perfectū diem.
Ipsa enī fuit lux splendens in sanctificatiōe
ꝓcessit in spūssancti superuentione. Creuit in
filij cōceptiōe. Facta est perfecta dies in sui
glorificatione. Et sic patet ⁊c̄.

Quarto Maria abijt in

mōtana Patriarcharū. Omēs grās ⁊ excel-
lentias quas habuerūt patriarche. Quibus
deo fuerāt accepti. multo excellentiꝰ habuit be-
ata virgo vt pꝫ. Primo Adam tanꝙ̄ ꝑmꝰ
parēs humani generis habuit donū iusticie
originalis ꝑ quā fuit in innocentia creatus.
Beata virgo habuit solē ⁊ fontē iusticie per
quē nocentes ⁊ pctōres ad statū sempiterne
innocentie ꝑducūtur. Adam cito ꝑ pctm̄ per
dita iusticia de paradiso cecidit. quo casu to-
tam posteritatē corrupit ⁊ ad mortē cōdem-
nauit. Beata virgo de massa corrupta cōce-
pta tantā gratie efficaciā obtinuit. vt ꝯserua
ta innocētia ipsam vitam de celo traxerit ad
terrā. ꝑ quā oībus credentibus vita ꝑpetua
⁊ innocentia cōdonaretur. Adam ꝓpter in-
obedientiam maledictionē ꝓmeruit. Beata
virgo ꝓpter obedientiam maledictionē illaꝫ
in benedictionē cōmutauit. Secundo abel
virginitatē ⁊ martyrium a dn̄o obtinuit ꝓ-
pter que primus iustus a xp̄o vocatꝰ est. ad
quem respexit deus ⁊ ad munera eiꝰ. Gene.
iiij. Sed virginitas eiꝰ fuit infecūda. ⁊ marty
rium ei soli ꝓfuit. Beata virgo longe excellē
tiorem habuit virginitatē. q₂ cū fecūditate in
cōcipiendo deum ⁊ hoīem ⁊ excellentiꝰ mar-
tyrium eius fuit. Luce ij. Tuam ipsius aīam
pertransibit gladius. s. passionis Jesu christi
Tertio Enoch qui cuꝫ deo ambulauit ⁊ no
men dn̄i inuocauit. tandē in paradisum trās
latus est. Beata virgo nō solum nominis dei
noticiam habuit: sed deus ipse se totum eidē
visibilem ad cognoscenduꝫ pariterqꝫ palpā-
dum prebuit per quam nomen dei in vniuer
sum orbem est mirabiliter diffusum. q̄ absqꝫ
deo quem mente ⁊ ventre gestabat: ambula
re nequibat. in cuius vterum velut in paradi
sum transtulit se ipse deus. Quarto Noe. de
quo ꝓphetice dictū est. Ipse ꝯsolabitur nos
ab operibꝰ manuū nostrarū in terra cui ma-
ledixit dn̄s. Beata virgo consolata est totū
genus humanū que genuit dn̄m oīm conso-
latorem. In massa carnis humane subiecte
maledictioni cōcupiscentie sola virgo produ
xit fructum vitalis germinis. ꝑ quē liberati
ab errore idolatrie quo manuū nostrarū opa
ra colebamus: celestem cōsolationem accepi
mus. qui cōsolatur nos in omī tribulatione
nostra. mira pietate ⁊ misericordia sua ⁊c̄.
Quinto Melchisedech rex ⁊ sacerdos ob-
tulit Abrahe panē ⁊ vinū. Beata virgo ob-
tulit verbo diuino carnē ⁊ sanguineꝫ in que
panis ⁊ vinum substantialiter in sacramēto
conuertuntur. Sexto abrahe promisit deus
ꝙ ex eo egrederetur in quo omēs gentes be
nedicerentur. Beata virgo illud semen sanctis
simuꝫ ex se ꝓduxit. ꝑ qđ in eternū benedicti-
onem vniuersi orbis deduceretur. Gal. iiij.
Abrahe dicte sunt ꝓmissiōes et semini eius
⁊c̄. Septimo Isaac sua orōne īpetrauit con
ceptu Rebecce. que cōcepit geminos. ⁊ ex il
lis duo populi orti sunt. quoꝝ maior seruiret
minori. Beata virgo sua humilitate cōcepit
xp̄m: gemine substantie. s. diuine ⁊ humane
nature qui duos populos iudaicum ⁊ genti-
lem in vnā fidem collegit. Sed iudaicus po-
pulus sua perfidia reprobatus. seruit gentili
populo tanꝙ̄ maior mīori. Octauo Jacob
vidit scalam cuius cacumen celum tangebat
⁊ dn̄m innixum scale. ⁊ angelos descenden-
tes ⁊ ascendentes ꝑ eam. Beata virgo recte
dicitur scala trium graduū. s. humilitatis. vir-
ginitatis ⁊ charitatis. cui dn̄s est innixus ꝑ
incarnationē. Luce. i. Dn̄s tecū. ꝑ quā tanꝙ̄
ꝑ mediū descendūt angeli: ⁊ ascendūt hoīes
predestinati. Nono Joseph pro salute fra-
trum suorum descendit in egyptum. vt tem-
pore famis sua ꝓuidentia frumenti copiam
distribueret. Beata virgo in mundo orta est
vt salutem generi humano afferret. ps. Ope
ratus est salutem in medio terre. vt tēpore fa
mis grē corpus xp̄i deuota cōione. velut fru
mentum toti mūdo saturitatē cōferret ⁊ mi-
nistraret. Decimo Moyses factus magnꝰ

in terra egypti liberaui populū israel de ma
nu pharaonis p sanguinē agni. Btā virgo
verum agnum ꝛ immaculatū genuit ex suo
purissimo sanguine: quē xp̄s in precium re-
dēptionis humani gn̄is in cruce deo pr̄i per
soluit. ¶ Undecimo Josue solem in medio
celi stare iussit. vt Gabaon confligeret. Be
ata virgo verum solem iusticie in medio vte
ri sui nouē mensibus stare pmeruit. vt dia-
boli dominiū auferret ƀm illō ps̄. Suscepi-
mus deus misericordiā tuaȝ in medio tēpli
tui ꝛc̄. ¶ Duodecimo Gedeon rorem in so-
lo vellere cōspexit. terra sicca manente. btā
virgo celesteȝ imbrē. s. verbū dei in vellere. i.
in virginali vtero suo suscepit. ꝛ terra. i. caro
eius integra ꝛ immaculata vicio cōcupiscē
tie carens pmansit ps̄. Descendet sicut plu
uia in vellus. ¶ Decimotertio Samson san-
ctificatus in vtero tanto ardore mulieres di
lexit: vt etiam sciēter in sinu vnius accubās
se morti exposuit. Beata virgo amore castis
simo deū ad se attraxit. in cuius sinu huma
nitatē nostrā suscepit vt p oibus hominibꝰ
innocenter moreref. ¶ Decimoquarto Da-
uid plus in celo ꝙ in terra habitās. amore
mulieris ad philisteum accessit intrepidus:
ducentis preputijs aliā emit pter aliam vi
rum sanctū occidi mandauit. in sinu specio
se iuuencule. omi castitate seruata tandē ob
dormiuit. Beata virgo sua caritate deū for
tissimū in certamen cōtra diabolū sumpta
fundibula nostre humanitatis iactis qnqȝ
lapidibus. s. qnqȝ vulneribus adduxit: queȝ
acerrime deuicit ꝛc̄. ¶ Decimoqnto Salo-
mon nigram: sed formosam adamauit qui
tamen maxima sapientia floruit. Beata v̄-
go nigra humilitate: sed formosa virginita
te cuius decorem cōcupiuit dn̄s deus sapiē
tiā filij dei in vtero suo habitare coegit. cuiꝰ
amore delectatꝰ: infima nostra petijt. ¶ De-
cimosexto Ezechias solem. x. gradibus re-
gredi in horologio aspexit. Beata virgo ve
rum solem iusticie a nouē gradibus angelo
rum ad decimū. s. hominū descendere in ho
rologio vteri sui clare vidit. ps̄. Minuisti eū
paulominus ab angelis ꝛc̄.

¶ Quinto Maria abiit in

montana pphetarum. Hij em̄ qnandoqȝ p
phetabant de preterito: quandoqȝ de futu
ro: quādoqȝ de presenti occulto. Beata vir-
go pphetauit de preterito: cum dicit. Susce
pit israel puerū suuȝ. De futuro cum ait. Ec
ce em̄ ex hoc beatam me dicent omnes ge-
nerationes. de presenti occulto quando Jo
hanneȝ in vtero Elizabeth exultasse cogno
uit. De qua pphetarunt principaliter quat-
tuor pphete. ¶ Primo Dauid dicēs in psal.
Uisitasti terram ꝛ inebriasti eam: multipli-
casti locupletare eam. Nam deus beatā vir
ginē in annūciatione per angelum visitauit
ꝛ salutauit. spūssanctus eam inebriauit: qm̄
gratia ipsam repleuit ꝛ cōfirmauit. filius ip
sam locupletauit quādo ex ea carnē assum-
psit. ¶ Secūdo Esa. ix. dicēs. Ecce virgo con
cipiet ꝛ pariet filium: ꝛ vocabif nomen eius
E manuel. i. nobiscū deus. ¶ Tertio Jerem̄.
xxxi. dic̄. Nouum faciet deus sup terrā. muli-
er circūdabit virū. Homo em̄ circūdat qd̄ ē
suū ppriū: ꝛ nō alienū. virgo em̄ sola puerū
circundedit. qꝛ tota xp̄i caro fuit sua ppria.
Omnis em̄ figura pficif ex pluribus lineis
qꝛ corpꝰ alioꝝ pueroꝝ formaf ex cōmixtio-
ne vtriusqȝ parentis. In virgine aūt fuit cir
cūdatio. qꝛ circularis forma claudif vna so
la linea. ꝛ corpꝰ xp̄i formatū est ex sola car
ne virginis incorrupta. Illud etiā qd̄ est cir
cūdatū est ex omi parte clausum. Sola ğ v̄
go circūdedit: qꝛ in ɔceptione ꝛ post partuȝ
virgo permāsit. ¶ Quarto Zach. xi. dic̄. A
peri libane portas tuas. Libanus interpre-
taf candidatio: ꝛ significat beatā Mariam
que tota fuit candida. Et habet tres portas
scȝ potentie. sapientie. ꝛ misericordie. Qui-
dam em̄ peccāt per infirmitatē. Istis aperit
portā potentie: dādo eis v̄tutem resistendi
Quidā peccat p ignorantiā. istis apit portā
sapiē: dādo eis lumen cognoscēdi. Quidaȝ
peccant p certā maliciā. istis aperit portam
miscd̄ie dādo eis gr̄am penitendi. Aperit
em̄ manū suā ad largiendū. Prouerƀ. vlti.
Manū suā aperuit inopi i. xp̄o paupi Cui
sex opera miscd̄ie exhibuit. Unde Bern̄. di
cit. Beata virgo dei filiuȝ in vtero suscepit.
nudū carne vel etiā pānis operuit: esurientē
pauit. sitientē lacte potauit. Infirmū per in
fantiam non solū visitauit sed etiam om̄ia
humana exhibuit. In carcere positum i. cru
cis patibulo ligatum visitauit: eius sepultu
re interfuit. hec ille. ꝛ sic patet ꝛc̄.

¶ Sexto maria abiit in mō

tana feminarū. Nam vt habef ij. Esdre: iij.
Hoc expresserūt illi tres iuuenes doctissimi
qui soluentes qōnem eis ppositam quid in
rebus esset fortius. moti a spūsancto. cōue-

nienter scripserūt. ¶ Primus dixit. fortis est
rex iusticie que tenet hoīem a paradiso ex-
clusum. Secundus dixit. fortius est vinuz
misericordie letabūde que sup iusticiaz gra
diens ad incarnandū deū disponit. ¶ Ter-
tius dixit. Fortior est mulier beata vgo ma
ria: q̄ effectualiter deū traxit de celo. ⁊ regez
tenet in sinu. Verūtamen fortissima est ve-
ritas q̄ de terra orta est. s. ex vtero tante vir-
ginis: ⁊ celuz obstrusum reserauit potenter
suo sanguine precioso in ara crucis in preci
um nostre redēptionis effuso. ⁊ per crucis
vexillū superato humani generis hoste cru
deli. ecce ꝙ reuersuri ad ciuitatē Hierl'm ter
renā. cōuenientissime ꝓphetātes de illa hie
rusalem ciuitate celesti. venerant iusticiam:
misericordiā extollunt. Mariā preponunt
alitricem ⁊ ductricē regis eterni. Super oīa
vero adorāt veritatē increatā ex regina ce-
loꝝ nascendā. oēs eīn benedictiōes quas
habuerūt dn̄e veteris testamēti. sparsim et
sigillatim. hec vna virgo cōplexa est velut ro
sa triginta folijs exornata. ¶ Sciendū ꝙ si-
cut viri veteris testamenti quasi stelle veri
solis premonstrabant ortum ⁊ vitā. Sic om
nes mulieres quomodocūqz laudibꝰ attol-
lant. Marie virginis figurabant virtutes ⁊
mores perfectos. quarū bn̄dictiones a deo
illis datas in seipsa complectit. ¶ Benedi-
cta fuit in Eua benedictione generationis
materne. illa eīn fuit mater cunctoꝝ in terra
viuentiū. Hec virgo est mater cunctoꝝ celū
ascendentium. Matrimoniū q̄ppe terram.
Virginitas vero reparat celuz. Benedicta
fuit in Sarra benedictione gratificationis.
que peperit risum. Hec gaudiū genuit in vni
uerso mundo. ¶ Benedicta fuit in Rebecca
bn̄dictione predestinationis. prudenter vē-
dicās bn̄dictionē Jacob excluso Esau. Hec
reprobato antiquo populo hebreoꝝ: popu-
lum xp̄ianoꝝ benedictionibꝰ repleuit. ¶ Be
nedicta fuit in Lya bn̄dictione actionis: cui
septem ascribunt filij nati. totā misericordi
am complectens. que septennario numero
integrat. Hec circa xp̄m vniuersa misericor
die opera fidelissime exhibuit. ⁊ circa nos iu
giter exhibet. ¶ Benedicta fuit in Rachel
benedictione cōtemplationis. que peperit
augmentū virtutum in Joseph ⁊ dolorem
seu tedium vite presentis in Beniamin. hec
in virtutibus profecit copulata Joseph vi-
ro suo: cum quo emisit votum virginitatis.
vt facilius diuina contemplaretur, fugiens
corruptelam carnisqz dolorem auget ⁊ cu-
mulat. ¶ Benedicta fuit in Arseneth benedi
ctione significationis. que filia fuit phuti-
pharis sacerdotis. Hec fuit ex ꝓgenie sacer
dotali ⁊ regali. que illum cōciperet qui erat
rex ⁊ sacerdos s̄m ordinem Melchisedech
psal'. Ego autem constitutus sum rex ab eo
¶ Benedicta fuit in Maria sorore Moysi
benedictione laudationis. que Pharaone
submerso canticum dn̄o decantauit. Hec au
tem deuicto hoste infernali: per incarnatio-
nem verbi canticum dn̄o decantauit dicens
Magnificat anima mea dn̄m ⁊c̄. Luce. i.
¶ Benedicta fuit in Ethiopissa cōiuge moy
si. benedictione dilectionis cui Moyses de
dit annulum amoris ⁊ memorie. Hec autē
signauit matrimoniū inter lucidissimū deuz
⁊ abhominabilem humanam naturaz. que
tamen fuit formosa in virgine Maria. Can
ti. i. Nigra sum sed formosa. ¶ Benedicta fu
it in Thamar benedictiōe defensionis. quā
signa donata ab infamia preseruauerunt.
Huius autez virginis inauditum a seculis
partum defendit apud multos suspectum
annulus matrimonij contracti cuz sene. Ar
milla pudicitie comprobate ⁊ virga potesta
tis diuine. ¶ Benedicta fuit in Raab bene-
dictione liberationis. que exploratores he-
breos hospitio suscepit. Hec autez honesta
stabularia liberatrix fuit populi non sui: sed
futuri. ¶ Benedicta fuit in Asa beneditione
irrigationis. que irriguū superius impetra-
uit. Hec autem rorē celi obtinuit. Esa. xlv.
Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustū.
¶ Benedicta fuit in Delbora. benedictione
gubernationis. que sceptrum populi tenuit
Hec autem populum dei electū summa pru
dentia gubernat ⁊ regit. ¶ Benedicta fuit in
Jaele. benedictione protectionis. que Sisa
ram clauo defixo in tempora eius occidit.
Hec autem hostem antiquū clauo pruden-
tie sue necauit. ¶ Bn̄dicta fuit in vxore ma-
nue benedictiōe sanctificationis. cui angelꝰ
annūciauit sanctificationē Samsonis. huic
autem annūciata est natiuitas ⁊ sanctifica
tio saluatoris. ¶ Benedicta fuit in Noemi.
benedictione ꝑseruationis. que cuz esset a-
maro animo: preseruata est in lege dei. hec
autem iuxta crucez angustiata preseruauit
fidez iesu christi. ¶ Benedicta fuit in Ruth
benedictione desponsationis. Que nupsit
Booz viro antiquo. Hec autem virgo diui
na dispensatione copulata est matrimonio

antiquo Joseph iusto. ¶ Benedicta fuit in
Micol benedictione deportationis. que de
fenestra emisit David persecutum a Saul.
Hec autem spirituali decore aspectum in se
traxit diuinū. ꝛ iesum desiderabilem in egy
ptum deportat fugientem persecutionem
Archelai regis iude. ¶ Benedicta fuit in A-
bigail benedictione humiliationis. quā Da
uid humilem cognoscens duxit vxorem.
Hec autem sui humilitate facta est sponsa
dei dicens. Ecce ancilla dñi fiat mihi scdm
verbum tuū. ¶ Benedicta fuit in Abisagh.
benedictione nutritionis. que antiquū Da-
uid fouet in lecto ꝛ pascit. Hec autem anti-
quū dieruz gestat in gremio: quē lactat vbe
re de celo pleno. ¶ Benedicta fuit in Anna
benedictione consecrationis. que filiuz suū
Samuelem cōsecrauit deo ab infantia sua
Hec autem puerum iesum in medio templi
deo offert per Symeonem sacerdotem.
¶ Benedicta fuit in Anna Tobie bn̄dictio
ne deuotionis. que bonum maritalis socie-
tatis demum intente viduitatis in deuz ob
seruauit. Hec autem vtrunqꝫ om̄i integrita
te virginitatis obtinuit. ¶ Benedicta fuit in
Bersabee benedictione obseruationis. que
regnum impetrauit Salomoni. Hec autez
velut fons ex quo oritur sapientia maior
Salomone finem ponit legi date in igne de
serti Uria occiso. dū seruat legem veterem
vt terminet: ꝛ ad regē regū transit sub quo
fulget lex libertatis ꝛ grē s. noui testamenti
ꝛc. Bn̄dicta fuit in Thecuite bn̄dictione
mediatiōis. que mediauit inter Joab ꝛ Da
uid ꝓ pessimo Absalone. Hec aūt mediauit
inter deum ꝛ hoīem. quē deo reconciliauit.
¶ Bn̄dicta fuit in Abelana bn̄dictione ꝓui
sionis. que sui sagacitate ꝓuidit ciuitati sue
per decapitatione Sibe. Hec aūt ꝓuidit hu
mano generi per amputationez potestatis
iniqui serpētis. ¶ Benedicta fuit in Judith
benedictōe gubernationis. que amputauit
caput holofernis ꝓ gubernatione ppl'i sui.
Hec aūt sine gladio materiali. licet v̄bo dei
gladio spūali totū genus humanū mira for
titudine gubernat. ¶ Bn̄dicta fuit in Hester
bn̄dictione supationis. que aman cedentez
ppl'm dei superauit. Hec aūt iusticie rectitu-
dine diabolū genus humanū inuadentem
subiugauit. ¶ Bn̄dicta fuit in Sarra tobie
benedictione sanctificationis. cuius septez
amatores non casti a diabolo necati sunt.
Hec autē septē peccata mortalia; mortifica
uit. ¶ Benedicta fuit in Sarrepta vidua bn̄
dictione miserationis. q̄ Helyam misericor
diter hospitio suscepit ꝛ pauit. Hec autē hu
manū gen' caritatis visceribꝰ suscepit. ¶ Be
nedicta fuit in Sunamite bn̄dictiōe redem
ptionis. q̄ vasis oleo plenis seipsam a cre-
ditoribꝰ mariti redemit. Hec aūt sue grē ple
nitudine totū genus humanū ab obligatōe
inferni absoluit. ¶ Bn̄dicta fuit in Macha-
bea felice bn̄dictione ꝯfortatiōis q̄ filios su
os cōfortauit ad penā corporalē ꝓ legis dei
defensione. Hec aūt om̄es fideles xp̄ianos
cōfortauit ad sustinenda tormenta ꝓ fidei
veritate ostendenda. Ecce quomodo bea-
ta virgo rosa paradisi triginta folijs exorna
tur. Ut fideliter ei dicere valeamus.

¶ Aue imperatrix angeloꝝ
Maria David stirpe nata:
Gratia ꝛ salus beatorum
Plena tibi soli data.
Dn̄s rector vniuersorum
Tecum mater illibata.
Benedicta tu splendor honoꝝ
In mulieribus vocata.
Et benedictus est o decus moꝝ
Fructus: ples a deo sata.
Uentris tui fecundans thoꝝ
Jesus: fac o virgo grata:
Christus nobis sit iuuamen.
Nunc ꝛ in hora mortis Amen.

¶ Septimo maria abiit in

montana creaturarū. Un̄ ipsa dicit Eccle.
xxiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano
ꝛ quasi cypressus in mōte syon: ꝛ quasi pal
ma exaltata suz in cades. ꝛ quasi plantatio
rose in Jericho. ¶ Primo btā v̄go est cedrꝰ
in libano. Nam odor cedroꝝ que nascuntur
in libano fugat serpentes ꝛ interficit ver-
mes. ꝛ beata virgo fugat demones: ꝛ extin
guit malas cogitationes. Licet enim fuerit
pulchra a nullo tamen vnq̄ȝ potuit concupi
sci. quia eius puritas corda intuentiū pene-
trabat: ꝛ motus illicitos extinguebat. ¶ Se
cundo btā v̄go est cypressus in mōte syon.
Nā cyp̄ssus ē tota medicinalis. s. ī cortice fo
lijs ꝛ fructu. Sic q̄cq̄d fuit in v̄gine fuit me
dicinale. s. cortex. i. exterior ꝯuersatio sctā. ꝛ
folia. i. v̄ba suauia. ꝛ fructꝰ. i. op̄a fructuosa.
Ab eiꝰ cōuersatiōe suscepimꝰ ꝯsolationem
A v̄bis eiꝰ deuotā instructionē. Ab eiꝰ fru-
ctu. i. filio saluationē. ¶ Tertio btā virgo est
palma. Nam palma victoriā designat. ꝛ per

beatam virginem de omibus aduersitatibꝯ. tribulationibꝯ: ⁊ angustijs: ⁊ tēptationibus victoriam reportamus. Quarto btā virgo est rosa plantata in hierico.i.creata in mūdo Vñ cantat sctā mater ecclesia. Uirgo maria nō est tibi similis nata in mūdo inter mulieres: florens vt rosa: quam nobis concedat iesus christus. Amen.

¶ In festo sancte Margarete virginis ⁊ martyris. Sermo.xli.

Inuenta est vna preciosa margarita. Math.xiij. ⁊ in euāgelio presentis solennitatis. Beatus Hiero.lib.i.cōtra Iouinianū.dicit sic. Apud iudeos gloria erat in ꝑtubus ⁊ in ꝑturitionibus. ⁊ maledicta sterilis q̄ non habebat semen in israel. ⁊ beatus cuiꝯ erat semē in syō. ⁊ domestici in hierusalez ⁊ in benedictione masculoꝝ ponebat. Nam vxor tua sicut vitis abūdans in lateribꝯ domꝯ tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū in circuitu mēse tue Ecce sic benedicet homo. hec ille. ¶ Sup quo moueo talē questionē. Utrū btā margareta inuenerit eternaz benedictionē ꝑ virginalis pudicicie incorruptionē. ¶ Ad istā questionē r̄ndent duo doctores noui testamēti. ¶ Primus est btūs Augu.li de bono cōiugali: dicens sic. Non est impar meritū continētie in Iohāne qui nullas expertus est nuptias. Et in Abraham qui filios generauit. Illius em̄ celibatus ⁊ istius cōnubium ꝑ tēpoꝝ distributione xp̄o militauit. hec ille. ¶ Secundꝯ est beatus Hierony.li.ij. cōtra Iouinianū.dicēs sic. Ceterū q̄s ignoret sub alta dispensatiōe dei omēs veteres sanctos eiusdē fuisse meriti cuiꝯ nūc sunt xp̄iani. Quomō aūt abrahaz placuit deo in cōiugio. sic nunc virgines placent deo in ꝑpetua castitate. hec ille. ¶ Sciēdum ꝙ virginitas cōmendat quadrupliciter. ¶ Primo in hebreis legibus. hoc ꝑꝫ ꝑmo in viris. Nā Abel qui primꝯ inter iustos a dn̄o cōmendatur. virgo fuit vt Augu. dicit lib. de mirabilibꝯ sacre scripture. Helyas ⁊ Heliseꝯ ⁊ multi filij ꝓphetaꝝ fuerūt virgines. vt hierony. dicit in ep̄la ad Eustochiuz. Ieremias ac Daniel ꝓpheta dn̄i fuit virgo. ¶ Pꝫ scd̄o in mulieribꝯ. Nā maria soror Aarō fuit virgo q̄ tn̄ ꝓphetauit. Filia Iepte fuit virgo. vt pꝫ Iudi.xi. Et Leuit.xxi. Mandat dn̄s ꝑ moysen: ꝙ summꝯ sacerdos vxorē nō accipiat viduam: non repudiatam: nō sordidam: nō meretricem. sed vxorē accipiat virginē de populo suo. ⁊ ibidem mandat sacerdotibus filijs Aaron ꝙ nō contaminent in mortibꝯ ciuiuz suoꝝ: nisi tm̄ in consanguineis ⁊ ꝓpinquis. id est patre: matre: filio: filia: fratre et sorore: q̄ non est nupta viro. Secūdo in paganis gentibus. Vñ Hiero.li.i.contra Iouinianū: dicit sic. Certe Romanus populus quanto honore semꝑ virgines habuit. Hinc apparet ꝙ cōsules ⁊ imperatores in curribus triumphantes q̄ de superatis gētibus trophea referebant. ⁊ omnis dignitatis gradꝯ eis de via cedere solitus est. Referūt fabule athalantam Calidoniam virginē semꝑ in venatibꝯ. semꝑ in siluis nō tumentes vteros feminaꝝ fastidia q̄ꝫ cōceptuū. sed expeditam ⁊ castaz amasse virtutē. Harpalicem quoq̄ꝫ virginez traciam. insignis poeta describit. ⁊ reginam volscoꝝ Camillam quā Turnꝯ cui in auxliuz venerat laudare volens nō habuit q̄d amplius diceret. nisi virginez noīaret. O decus italie virgo. Calchoechos quoq̄ꝫ illa filia Leo virgo ꝑpetua. pestilentia patrie scribit sponte necanea morte soluisse. ⁊ ephiginie virginis sāguis aduersos placasse ventos. ¶ Tertio in summis celestibus. Unde Hiero.li.ꝑmo cōtra Iouinianū dicit sic. Nuptie terrā replent virginitas paradisum. Qui em̄ in paradiso virgines ꝑmanserunt: eiecti de paradiso copulati sunt. eijciūtur de paradiso: ⁊ qd̄ ibi nō fecerunt in terra faciunt. vt statim a ꝑncipio cōditionis humane. virginitatem ꝑadisus ⁊ terra nuptias dedicarit. In omni tēpore sint vestimēta tua candida. Candor vestiū sempiternꝯ: virginitatis est puritas. Hec ille. Cōpletur etiā.viij. Zacharie de virginibꝯ ecclesie ꝓphetantis. Complebūtur infantibꝯ ⁊ puellis ludentibꝯ ī plateis eiꝯ. Iste sunt virgines de q̄bus in.xliiij.p̄s. Scriptū est. Adducent regi virgines post eam ꝓxime eius afferentur tibi in leticia ⁊ exultatione. adducētur in templum regis. Nam in resurrectiōe mortuorum nō nubēt neq̄ꝫ nubent. sed similes erūt angelis. Qd̄ angelus in celis. postea hoīes futuri sunt. hoc virgines in terra esse ceperūt Si angeloꝝ nobis similitudo ꝓmittitur. inter angelos autē nō est sexus diuersitas. aut sine sexu erimꝯ. qd̄ angeli sunt. aut certe qd̄ liquido comprobat. resurgentes in proprio sexu erimus. sed sexus nō fungemur officio. ¶ Quarto in xp̄m sequentibus. Unde Hieronimꝯ.lib.i.contra Iouinianū: dicit sic. Legamus Apocalipsim Iohis. ⁊ ibi reperiemus agnum super montem syon. ⁊ cū illo.cxliiij.

milia signatoꝝ habētia nomē eius ⁊ nomē patris eius scriptum in frontibus suis. q̄ cantant canticū nouū: ⁊ nemo pōt dicere canticum illud nisi q̄ empti sunt de terra. Isti sūt qui cum mulieribus nō se coinquinauerunt. virgines em̄ ꝑmanserūt. Hij sequūtur agnū quocūꝙ vadit. Empti em̄ sunt ex omibus ꝓmitie deo ⁊ agno. ⁊ in ore ipsoꝝ nō est inuentum mendacium. ⁊ sine macula sunt de singulis tribubus excepto tribu Dan. ꝓ qua ponitur tribus Leui. xij. milia virginū signatoꝝ creditura dicunt. qui cū mulieribus nō sunt coinquinati. Hi sunt qui cantant canticū nouum. qd̄ nemo potest cantare nisi qui virgo est. Hi sunt primitie dei ⁊ agni sine macula. hec ille. Ad hoc aūt vt virginitas debite sequatur xp̄m verū agnū: oportet ꝙ omis virgo ip̄m in corde suo iugiter exaltet quattuor modis. ¶ Primo seip̄m humiliando. nam ꝓpter defectū humilitatis reprobate sunt virgines fatue in seipsis gloriantes. Mat. xxv. Ideo dicit ambro. li. de virginitate. Non solum predicanda est virginitas vt amet. sed etiam admonēda est ne inficetur. Et Bern̄. sup missus est dicens. Pulcra ꝑmixtio virginitatis ⁊ humilitatis. nec mediocriter placet deo anima illa in qua humilitas cōmendat. virginitatē. ⁊ virginitas exornat humilitatē. ¶ Secūdo iesum xp̄m magnificando. Debet em̄ virgo magnificare deū cū beata virgine dicens. Magnificat aīa mea dn̄m. Luce. i. Tale est canticum qd̄ cantant virgines seq̄ntes agnum. ⁊ a nullo alio cantari pōt. Apoc. xiiij. ¶ Tertio iesum deū cōfitendo nullo modo virgo de se cōfidat. sed meminerit se in fictili vase thesaurū incomparabilē ferre. Unde hiero. in ep̄la ad Eustochiū dicit. Nolo tibi venire sup̄biam de virginitatis ꝓposito. s timorez: onusta nō incedis auro: latro vitandus est stadium est hec vita mortalibus. hic cōtendamus vt alibi coronemur. Nemo em̄ inter serpentes ⁊ scorpiones tutꝰ ingreditur. hec ille. ¶ Quarto iesum solum honorando. Ambro. de bono virginitatis dicit. Virginitas nō quia virginitas: sed q2 deo dedicata ē honoratur. Un̄ Valeriꝰ li. i. dicit. Cum in tēplo dee veste erat quedā virgo pulcherrima nomine Emilia. que videns ignē extinctū ꝑ negligentiam socie: deam veste adorauit. ⁊ oratione cōpleta: velū qd̄ in capite portabat foculo imposuit: statimꝗ ignis emicuit. Si ista virgo tantū illi idolo placuit quantum virgo xp̄icola deo vero placebit? Hec aūt virginitas maxime requirit verecūdiam. Un̄ Ber. super cantica. sermone. lxviij. dicit sic. Nescio an quicꝙ gratius verecundia aduerti in moribus hoīm queat. que est oīm ornatus etatum. sed in teneriore etate ampliꝰ pulcriusꝗ enitescit. Quid amabilius verecundo adolescente? ꝙ pulcra hec: ⁊ ꝙ splendida gemma moꝝ. in vita ⁊ vultu adolescētis. hec ille. Cuius rōnem assignat Valerius. li. iiij. ca. vi. dicens. Quia parens est omīs honesta cōsilij. tutela omniū solenniū officioꝝ. magistra innocentie. cara ꝓximis. accepta alienis omni tempore: omni loco fauorabilem ꝓferēs vultum. hec ille. Et Tullius li. i. de officijs: dicit. Sine verecundia nihil rectum est neꝗ honestum. Et ambro. li. de virginitate dicit. Pudor indiuiduus comes debet esse virginitati sine quo non pōt esse virginitas. ⁊ lib. i. de officijs dicit. Ut in senibus grauitas: in iuuenibus alacritas. ita in iuuenibus adolescentibus verecūdia. velut quadam dote cōmēdatur nature. ¶ Ad hanc aūt virginitatē cōseruandam requiruntur quattuor. ¶ Primo abstinentia. Unde Hiero. in ep̄la ad Eustochium dicit. Pudicicia tuta esse nō nisi ꝑ abstinentiam pōt. Et Orig. sup Leuit. dicit. Qui seipsum castrat ꝓpter regnū celorum. id nō assequitur: nisi se a ciboꝝ affluentia resecet: ⁊ nisi abstinentia vtat ministra. Et Criso. sup Math. dicit. Castitas sine comitibꝰ suis ieiunio ⁊ temperantia cito labescit. ꝙ si his q̄si āminiculis roborata fuerit. perfacile coronabitur. Ideo ¶ Valerius li. ij. ca. i. dicit. Cum vini vsus olim romanis feminis ignotus fuit. ne scz in aliqd̄ dedecus ꝓlaberentur. Quia proximus a libero patre intēꝑantie gradus ad inconcussam venerem esse cōsueuit. Et Hiero. li. i. contra Iouinianū dicit. Esus carniuz ⁊ potus vini. ventrisꝗ saturitas. seminariuz libidinis est. Unde ⁊ comicus. Sine cerere i quit ⁊ bacho friget venus. Adesse ergo debz ratio. ⁊ tales ac tantas escas sumamꝰ: quibꝰ nō oneretur corpus. nec libertas anime pregrauetur. ¶ Secundo castigatio carnis. Unde. i. Coꝝ. ix. dicit. ap̄lus. Ego aūt sic curro ꝰ quasi in incertum. sic pugno non quasi aerē verberans. sed castigo corpus meū ⁊ in seruitutem redigo. ne forte cū alijs predicaueri ipse reprobus efficiar. Exemplum de btō benedicto volutanti se īter spinas ⁊ vepres pꝰ illam grauem tēptationem carnis. ¶ Tertio sancta exercitatio. Unde Grego. li. ij. moral. dicit. Sepe quem tēptationis certamē supat

re non potuit sua deteri⁹ securitas strauit. et dum lapsum se quisq; in ocio remittit. dissolutam mentem in ocio ꝯstituit. Et Ouidius libro de remedio amoris. Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Contempteq; iacent ⁊ sine luce faces. ¶ Quarto deuota oratio. Naz hoc genus demonioꝝ .s. lasciuie nõ eijcitur: nisi in oratione ⁊ ieiunio. Marci .ix. Et Mathei .xvi. ca. Uigilate ⁊ orate vt nõ intretis in tẽptationem. Exemplum de btõ Xpoforo qui cum in carcere duabus puellis associatus esset: vt eum ad lasciuiam ꝓuocarent. sua oratione ipsas ad deum cõuertit. Has quattuor virginitatis comites xp̃s in se obseruauit

¶ Primo abstinentiam: per hoc ꝙ ieiunauit ⁊ esuriuit. Math. iiij. vbi de lapidibus noluit facere panes cum melior sit refectio mẽtis ꝙ̃ ventris. etiam sitiuit quãdo sedens sic sup fontem petiuit a Samaritana bibere. Johis iiij. ¶ Secundo maceratione carnis. Esa. liij. Disciplina pacis nostre super eũ ⁊c̃. Et psal. Ut nõ loquatur os meũ opera hominũ propter verba labioruz tuoꝝ ego custodiui vias duras. ¶ Tertio sanctam exercitationẽ. Esa. lxi. Spiritus dñi super me eo ꝙ vnxerit me ⁊c̃. Unde circuibat castella ⁊ ciuitates docẽs in synagogis ⁊ predicãs regnũ dei. ⁊ sanãs oẽm languorem ⁊ oẽm infirmitatẽ. Math. iiij. ¶ Quarto deuotam orationem. Nam eo tẽpore quo cepit predicare egressus abijt in desertum locum ibiq; orabat. Mar. i. ¶ Ipse etiam sedebat in deserto ⁊ orabat. Luce. v.

¶ Hec autez virginitas facit quattuor. ¶ Primo tẽptationum pellit incendia. Exemplũ de Joseph qui relicta veste apud dñam suaz sollicitantem ipsum de lasciuia virginitatem suã custodiuit. Etiam ypolitus fugiens amplexus lasciuos phedre relicto ense immaculatum se ꝯseruauit. ¶ Secũdo sanctarũ meditationum sensus acuit ⁊ ingenia. Unde apuleyus de deo socratis dicit. Artes alie siue scientie possunt ignorari sine erubescẽtia: vt rõ pingendi: saltandi: cantandi: quas vir bonus põt sine vituperatione contemnere. sed nescire bene viuere nũꝙ̃ audebis dicere sine pudore. Hec ille. Quotiens ergo virgo nesciret bene viuere ⁊ de hoc verecũdabitur. acuet ingenium ad honeste viuendũ ⁊ hoc quidẽ plurimi secuti sunt qui seipsis deformauerũt. ne in lasciuiam ꝓlaberentur. Exemplum de spurina elegantissimo adolescente qui cuz mira sui specie sollicitaret oculos pluriũ illustriuz feminarum. cũq; viris ⁊ parentibus carũ se suspectum sentiret. faciei decorem vulnerib⁹ deformauit. ¶ Tertio carnalium cogitationuz luxum fugat ⁊ vitia. Exemplum de illa virgine Anthiocena pulcra nimiũ: quam omnes cõcupiscebant. sed ipsa hominũ aspectus fugiebat. Comperto aũt ꝙ xp̃iana esset coacta est aut idolis imolare: aut lupanar itrare. qđ cum facere recusaret ad lupanar ducta est. ¶ Ad ingressuz autẽ lasciuiorũ certantiuz ꝗs illaz ꝑmo stupraret. apparuit miles aspectu terribilis: cõfortans eam ne timeret. mutatis ergo vestib⁹ puella egredit̃. miles vero clausus in camera manet. Quidã autẽ aduertẽs militem virum esse ⁊ non puellam. exclamauit factum dolũ. Uterq; igitur ad martyriũ ducitur: ⁊ miles ⁊ puella. Sicq; ꝟginitas custodita est. Ideo Ambro. sup Beati imaculati dicit. Pudor plerũq; corrector est nr̃ qui dum precipit nos pudere cõmissi: ne diutius pudeat deserere que erubescẽda sunt admonet. ¶ Quarto nostroꝝ actuũ secura dat vestigia. Unde Ualerius li. iiij. narrat de Scipione. que cũ esset .xxiiij. an. capta Cartagine in hispania: omẽs obsides quos peni in ea vrbe clausos tenebãt in suã ptãtem redegit. simulq; virginẽ etatis adulte. Quam vt cõperit illustri loco inter celtiberos natã. ⁊ indibili desponsataz. accersitis parentibus inuiolatã tradidit. aurũq; qđ ꝓ redemptiõe allatũ fuerat summe dotis adiecit. Ambrosius in quodaz sermone. Solet citius mereri indulgentiã: ꝗ verecundius deprecatur. ¶ Beata Margareta habuit hunc thesaurum virginitatis ĩ magna custodia: per carnis mortificationẽ. Apostolus. Qui autẽ sunt xp̃i carnem suã crucifixerunt cum vitijs ⁊ cõcupiscẽtijs: per sensuũ cohibitionem. Job. xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis. ꝑ fugam ⁊ elongationẽ. i. Coꝝ. vi. Fugite fornicationẽ. Talẽ thesauꝝ q̃siuit Jesus xp̃s in suis fidelibus quẽ inuenit ĩ beata Margareta. Sicut dicit verbum ꝓpositum. Inuenta est vna p̃ciosa margarita.

¶ Una p̃ciosa margarita inuenta est.

- A deo
- Ab angelis.
- A patriarchis.
- A prophetis.
- Ab apostolis.
- A martyribus.
- A confessoribus.
- A virginibus.
- A fidelibus.

¶ Primo vna preciosa margarita inuenta est A deo. Nam pietas saluatoris apparet in eo ꝙ negociator factus est: ⁊ in mūdum venit negociari aīas nostras. Unde simile est regnū celoꝝ homī negociatori querenti bonas margaritas. In isto negociatore sunt septem miranda. ¶ Primum est quia sua p̄ciosa ꝓ vili precio tradidit. Augu. Uenale habeo. Quid dn̄e? Regnuꝫ celorum. Quo emit. Paupertate regnuꝫ. dolore gaudium: labore requies. ignominia gloria: morte vita. Secundū est: q2 nostra vilia care emit. Dedit em̄ preciosum sanguinē suum ꝓ nobis. i. Petri p̄mo c. Nō corruptibilibus auro ⁊c̄. redempti estis. sed precioso sanguīe agni īmaculati iesu xp̄i. Et. i. Coꝝ. vi. Empti estis p̄cio magno ⁊c̄. Ideo dedit seip̄m totum. Ephe. v. Tradidit semetip̄m ꝓ nobis. ¶ Tertiū est. quia nihil habētibꝰ ad soluendū om̄ia bona sua tradidit. Sicut pueri faciūt. p̄s. Pro nihilo habuerunt terrā desiderabilē. ¶ Quartū est. quia nullū decipit. Ideo semꝑ vltra sortē precij soluit. p̄s. Que ꝓcedunt de la. me. nō fa. irri. Aug. Dō deꝰ diligentibꝰ se p̄parauit: merita oīm transcendit ⁊ vota. Ro. viij. Non sunt cōdigne passiones huius tēporis ⁊c̄. ¶ Quintū est. quia de datis ⁊ acceptis strictam rōnem exigit. Luce. xv. Redde rōnem villicationis tue. Et Math. xviij. Voluit rōnem ponere cum seruis suis. Sextū est quia seruos suos suꝑ bonis suis negociari ⁊ lucrari volunt. Luce. xviij. Negociamini dum venis. ¶ Septimū est. quia seruis suis ad negociandum bona sua dedit s̄m eoꝝ qualitates. Math. xxv. Et vni quidē dedit q̄nqꝫ talenta. alij aūt duo. alij vero vnū vnicuiqꝫ s̄m ꝓpriam facultateꝫ. Iste negociator venit in mundo isto vt sibi hanc margaritaꝫ emeret. pro qua deitatem: aīam carnē: ⁊ sanguinem dedit. ⁊ ipsa omnē idolorum culturam fugit. Fuit em̄ rore celesti generata: quia cor suum aperuit ⁊ rorem spūssancti suscepit. ⁊ suggestioni diabolice se clausit. ⁊ sic preciosa margarita generata fuit. Aperuit nanqꝫ ad deū suam memoriam: ⁊ ibi recepit dei cōtinuā recordationem. aperuit suā intelligentiaꝫ: ⁊ ibi concepit dei recognitionem. aperuit suaꝫ voluntatem: ⁊ ibi concepit dei amorem.

¶ Secundo vna preciosa margarita inuenta est Ab angelis. Naꝫ angeli custodierūt eam vt contereret suggestionem demonis. qui habet magnā potentiam, superbiam: astutiam: ⁊ experientiam. Unde dicit Apocal. xij. Proiectus est draco. Ecce potētia. magnus serpens. Ecce superbia. antiquus. Ecce experientia. qui seducit vniuersuꝫ orbē. Ecce astutia. His armis pugnauit demon contra beatam Margaretā. Sed ipsa protectione angeloꝝ contriuit om̄ia eius machinamenta. fregit enim eius potentiam quādo ipsum ei apparentem in specie draconis. vtute crucis euanescere fecit. Fregit eiꝰ superbiam qn̄ pedē suꝑ collum eius posuit. Fregit eius astutiam quādo sibi in nullo nocere potuit. ⁊ quādo ip̄m coegit fateri ꝙ ip̄o sibi apparuit. quatinus ei cōsuleret vt monitis p̄sidis obediret. Fregit eius experientiaꝫ quia in nullo suis suggestionibus cōsentire voluit. p̄s. Angel' suis deꝰ mādauit de te ⁊c̄.

¶ Tertio vna preciosa margarita īuenta est A patriarchis qui domos ꝓprias reliquerunt. vt Abraham. Gene. xij. Et de beata margareta dicit psal. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā ⁊ obliuiscere populum tuum ⁊ domū patris tui. ⁊ concupiscet rex decorem tuū. Ipsa em̄ presentiens ꝙ pater suus intendebat eam trahere ad culturam idolorum. eius societatem fugit. ⁊ oues sue nutricis pascebat periculum est enim bonis habitare cum malis. p̄s. Cum ꝑuerso ꝑuerteris. Quia mali sunt igne cōcupiscentie inflammati ideo boni sepius cōburuntur. i. Corinth. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Mali sunt luto auaritie inquinati. ⁊ ideo boni sepius inficiunt. mali sunt pice adherentis superbie infecti. ⁊ ideo boni sepius denigrant. mali sunt tenebris ignorātie obscurati ⁊ ideo boni sepius obscurātur. Beata ergo marga. noluit habitare cū malis: ne aut inflammaretur igne cōcupiscentie. aut inquinaretur luto auaricie. aut inficeretur pice suꝑbie. aut obscuraretur tenebris ignorātie.

¶ Quarto vna preciosa margarita inuēta ē A ꝓphis. nā ꝓphe marie floruerunt vtute hūilitatis. vt clariꝰ dīna mysteria intelligerēt. Btā marg. tāto hūilior fuit ī ꝯspectu suiꝫ fulgidior eēt ī ꝯspectu dei. Sepe eī res lucide nigrū hn̄t effcm̄ sic on̄dit. b. aug. li. de ci dei. triplici exēplo. Nā oleū lucidū: maculas nigras effūdit. argentū fulgidū lineas nigras tigit. Ignis splēdidꝰ nigra facit cūcta q̄ tangit. Sic sancti viri ꝓphete dei. licet luceant instar olei per pietatem. instar ignis per charitatem: instar argenti per fame sonoritas

tem.tn̄ apud se nigrescebant p humilitatez.
Vn̄ Jerem̄.dixit. A a a dn̄e de⁹: ecce nescio
loq̄:q₂ puer ego sum. Btā margareta coraz
se fuit humilis:vt deo fieret grādis.ps̄. Ele-
gi abiect⁹ esse in domo dn̄i mei. magis q̄ ha
bitare in tabernaculis pctōꝝ. Cū em̄ Olibri
us eā sibi ꝯiugio copulare vellet.magis vo-
luit affligi cū pp̄lo xp̄ianoꝝ:q̄ tp̄alis ꝓspe-
ritatis habere iocunditatem.

¶ Quinto vna p̄ciosa mar

garita inuēta est ab ap̄lis quoꝝ fidē imita-
ta est.de hac fide dicit ps̄. Eloq̄a dn̄i eloq̄a
casta argentū igne examinatū ꝓbatū purga
tū septuplū. Ex quo elicit̄ q̄ fides catholica
est casta per puritatē sincerā:q₂ nulla adul-
terina falsitate polluit̄:qd̄ est ꝯ̄ fidē heretico
rū. Est examīata p tribulationē īmissam:q₂
nulla aduersitate frangit̄:qd̄ est ꝯ̄ fidē insta
biliū.est ꝓbata p ꝓsperitatē mundanaz q₂
nulla ꝓsperitate mūdana allicit̄:qd̄ est con
tra fidē auaroꝝ. Est purgata per spūssancti
grām.q₂ septiformi dono spūssancti fulcit̄.
qd̄ est ꝯ̄ fidē maloꝝ xp̄ianoꝝ. Btā margare
ta hūc thesaurū fidei in corde suo fixit vt ty
ranni argumēta facile deuicerit. Cui cū dice
ret q̄ nō ꝯuenit vt puella tā nobilis habeat
deū crucifixū. Ipsa rn̄dit. Xp̄s p redēptio-
ne nostra crucifixus asserit̄,sed nunc euz in
eternum viuere affirmat̄ ₇c̄.

¶ Sexto vna preciosa mar

garita inuenta est A martyrib⁹ q̄ p xp̄o oc
cisi sunt.eius nāq₃ passio multū fuit passio-
ni xp̄i cōformis. Xp̄us em̄ fuit denudatus
in patibulo. Margareta spoliata in eculeo.
Xp̄us fuit flagellat⁹ ad colūnā vt discipli-
nā p nobis portaret. Margareta tota fuit
virgis lacerata:vt post hāc vitā aliam disci
plinā nō sentiret. Xp̄s fuit pforatus clauis
Margarita fuit lacerata vinculis. Xp̄s pas
sus est in patibulo:qd̄ erat supplicium latro
nū. Margareta in eculeo qd̄ erat suppliciū
malefactoꝝ. Xp̄us fuit totus sanguine ple
nus. Margareta fuit tota sanguine cruēta
ta. Xp̄us passus est in aere: ad innuenduz
q̄ est mediator dei ₇ hoīm. Margareta pas
sa est in aere:ad innuendū q̄ est nostra in-
teruentrix apud deū. Xp̄us in sua passione
patri spiritū cōmendauit.₇ p suis crucifixo
ribus intercessit,₇ p oībus fidelibus exora
uit. Sic ₇ margareta orauit deū p se,p suis
occisoribus:₇ p ipsam inuocantibus.

¶ Septimo vna p̄ciosa mar

garita inuēta est a ꝯfessorib⁹. Nā ip̄a ardēs
caritate tota iuit adusta:s₃ nō cōbusta. Vn̄
poterat dicē illud Eccl̄.lij. In medio ignis
nō sum estuata. Fuit em̄ in medio ignis: q₂
habuit carnē ꝓpugnātē. Gal̄.v. Caro ꝯcu-
piscit aduersus sp̄m. Demonē inflātē. Job.
xli. Alit⁹ ei⁹ prunas ardē facit.hoīem sollici
tantē.q₂ p̄fect⁹ eā in vxorē accipe cupiebat.
Pulchritudinē allicientē. q̄ iā multas dece
perat. Prouerb.vlti. Fallax grā ₇ vana pul
chritudo. Supauit em̄ oīa ista ardētissima
caritate.ppter q̄ttuor q̄ intrinsec⁹ habebat.
¶ Primo grām afflantē. Dani.iij. Fecit me-
diū fornacis q̄si ventū roris flantē. ¶ Scd̄o
ꝯsciam delectantē. Prouer.xv. Secura mēs
q̄si iuge ꝯuiuiū. ¶ Tertio spē letificātē. Ro.
xij. Spe gaudētes in tributatiōe patiētes.
¶ Quarto carnē ꝟgineā refrigerātē. Luce.i.
Virtus altissimi obumbrabit tibi.

¶ Octauo vna p̄ciosa mar

garita inuēta est a ꝟginib⁹. Nam thesaur⁹
ꝟginitatis inuenit̄ q̄ttuor mōis. ¶ Primo dā
do deo ꝓprium affectū vt.s. nihil diligat nisi
celestez sponsum. Est em̄ zelotip⁹ ₇ nō vult
cū adultero adamari. Esa.xxviij. Coangu-
statū est stratū:ita vt alter decidat. ¶ Scd̄o
dando deo ꝓpriū intellectū:vt.s. de nullo co
gitet nisi de celesti sponso. ij. Coꝝ.x. In ca-
ptiuitatē redigentes oēm intellectum in ob
sequiū xp̄i. ¶ Tertio dando deo ꝓprium cē-
sum.scz bona sua non vane expēdendo:sed
pauperibus christi tribuendo. Math.xix.
Si vis perfectus esse: vade ₇ vende om̄ia
que habes ₇ da pauperibus ₇ habebis the
saurū in celo. ¶ Quarto dando deo ꝓpriam
intentionem ₇ motum. Nam sicut imago
dei in sanctis viris non inficitur.sic virgini
tas recta intentione innouatur secūde Co
rinthio.iiij. Licet is qui foris est homo no-
ster corrumpatur.tamen is qui intus est re
nouatur de die in diem.

¶ Nono vna preciosa mar

garita inuenta est a fidelib⁹. Nam magnas
ꝟtutes in sua passiōe on̄dit ex q̄b⁹ multa in
fideliū milia ꝯuersa sūt ad fidē xp̄i nā ī igne
fuit posita s₃ nō adusta. In aere q₂ fuit ī ecu
leo suspēsa:nō tn̄ in aīo lesa. In aq̄ q₂ ī aq̄s
gelidis fuit posita ₇ permansit illesa. In ter
ra:q₂ fuit terremotu concussa.factus est em̄

terremotus. ac si terra nō posset tm̄ facin⁹ sus
tinere. Terremotus fit quattuor de causis.
¶ Primo in detestationem sceleris. Osee. iiij.
Maledictum ⁊ mendacium: furtū ⁊ adulte-
rium inundauerūt. ꝓpter hoc lugebit terra.
¶ Secūdo in signū doloris. Tertio in signū
⁊ cōcussionē timoris. ⁊ sic fact⁹ est terremo-
tus in passione xp̄i: vt dolorez ostēderet ⁊ cu-
stodes deterreret. Quarto in cōfusionē pec
catoris q̄ valde ꝯfundi dr̄. q̄n ad p̄ceptuz dei
insensibile elementū mouet: ⁊ ip̄e ad pn̄iam
nō cōmouet. Terremot⁹ ergo fact⁹ est in pas-
sione btē Marga. in tāti sceleris detestatōez
in doloris ⁊ ꝯpassionis ostēsionez. in timoris
cōcussionē ⁊ in pctōꝝ magnā cōfusionē. Un̄
quidā sctūs sic dicit de ea. Beata marga. fuit
timoris dei instantia p̄dita: religiōe compta
cōpunctione ꝑfusa: honestate laudabilis: pa
tientia singularis: nihilq; in ea ꝯtrariū xp̄ia-
ne religioni inueniebat̄ odiosa patri suo. di-
lecta dn̄o iesu xp̄o: cum quo viuit ⁊ regnat ī
sempiterna secula. Amen.

¶ In festo sancte Marie Magdalene.
Sermo. xlij.

V Ides hanc mulierē.
Luce vij. ⁊ in euangelio p̄sentis
solennitatis. Crisosto⁹. in omel.
de ꝓditione iude: q̄ incipit. Paucis hodie. di
cit sic. Ante ꝓditionis tēpus: Meretrix vn-
guentū supra caput dn̄i effudit. Grandez fi-
dem: multā reuerentiā: mirandā correctionē
ostēdit. ⁊ q̄n ꝓstituta lupanar exiuit tunc di
scipulus gehennā intrauit. Quādo illa mer-
cedem sui corporis abdicabat. tūc ille preciū
magistri sanguinis postulabat. hec ille. ¶ Su
per quo moueo talē questionē. Utruz beata
maria magdalena post amissam virginitatē
recuperauerit ꝑ pn̄iam pristinā dignitatem.
¶ Ad istā questionē respōdeo: ponēdo quat-
tuor cōclusiones ex intentione sctōꝝ doctoꝝ.
¶ Prima cōclusio est ista. Beata maria ma-
gdalena nō soluz mente: sed etiā corpore fuit
corrupta. Patet testimonio christi dicentis.
Math. xxi. Amen dico vobis ꝙ publicani ⁊
meretrices p̄cedent vos in regno celoꝝ. Su-
per q̄ dic̄ glo. interlinearis. publicani. vt Ma
theus. meretrices vt magdalena. Cirillus su
per illud Luce. vij. Ecce mulier q̄ erat in ciui
tate peccatrix. dicit. Mulier aūt inhoneste vi
te ꝓmens aūt fidelē affectū: venit ad xp̄m q̄
si ꝑtens veniā cōmissoꝝ sibi elargiri. Augu.
suꝑ p̄s. cxl. dicit sic. Illa mulier q̄ erat in ciui-
tate peccatrix: venit ⁊ accessit ad pedes iesu.
Illa impudica quōdam frontosa ad fornica
tionem: frontosior ad salutē irrupit in domū
alienā. Greg. in omel. dicit sic. Quia em̄ hec
mulier turpitudinis sue maculas aspexit: la-
uanda ad fontē mīe cucurrit. Sanct⁹ Tho.
ij. sen. dist. ix. articulo. viij in respon̄. dicit sic.
Quidam dicūt ꝙ solū virgines ad ordines
angeloꝝ assumunt̄. eo ꝙ cognata est āgelis
virginitas. vt hiero. dicit. Alij vero electi de-
cimū ordinem cōstituunt. Sed hoc nō videt̄
verū. cū multi nō virgines: vt Petrus ⁊ ma
gdalena: multis etiam virginib⁹ eminentio-
res sint. ¶ Speculuz ecclesie in sermone. Nō
veni vocare iustos ⁊c̄. dicit sic. Hec maria in
magdalum castellum marito tradit̄. Sz ab
eo hierosolimaz fugiens generis īmemor: le-
gis oblita: vulgaris meretrix efficit̄. Et post
ꝙ se fecit sponte turpitudinis ꝓstibulū facta
est iure demonioꝝ delubruz. Secūda cōclu
sio est ista. Hec mulier peccatrix est: eadez q̄
fuit soror Lazari: ⁊ q̄ vnxit dn̄m vnguento.
¶ Ista cōclusio est Hieronimi et Criso. Sed
Origenes dicit ꝙ nō est eadem: qḋ ꝓbat ex
tribus. ¶ Primo ex tēpore. Nam soror Laza
ri vnxit dn̄m ante sex dies pasce. vt habetur
Joh. xij. Illa vero peccatrix infra biduū an-
te pascha. premittit em̄ Matheus dn̄m dixis
se. Scitis quia post biduū pascha fiet. Mar-
cus autē dicit. erat pascha ⁊ azima p⁹ biduū.
¶ Secundo ex loco. Nam illa peccatrix legit̄
dn̄m vnxisse in domo Symōis leprosi. Ma
gdalena vero soror Lazari vnxit dn̄m in do
mo marthe. quia dicit̄ ꝙ martha ministrabat.
¶ Tertio ex facto. Naz illa peccatrix vnxit pe
des dn̄i. Magdalena vero soror Lazari: vn
xit caput dn̄i recūbentis. Aug. aūt ⁊ Greg.
dicunt ꝙ fuit vna ⁊ eadē mulier: quā quattu
or euangeliste narrant dn̄m vnxisse. Sz bis
hoc fecit. ¶ Primo quidē in p̄ncipio sue con-
uersionis in termedio tēpore p̄dicatiōis xp̄i
qḋ Lucas narrat. ¶ Secundo vero hoc fecit
imminēte xp̄i passione. qḋ tres alij euangeli
ste narrāt. ¶ Ad primū de dissonantia tēpo-
ris dicendū est ḃm August ꝙ Johes seruat
ordinem hystorie. Matheus aūt ⁊ marcus
ꝑ recordationē interponūt. Qḋ prius fuerat
factū īmediate ante ꝓditionez iude: q̄ ex hoc
facto credit̄ occasionē habuisse. ¶ Ad secun-
dum de dissonātia loci pōt intelligi: ꝙ eadez
sit dom⁹ Symonis leprosi: etiā marie ⁊ mar
the. ita ꝙ Symō fuerit paterfamilias dom⁹
dr̄ aūt leprosus. q2 prius leprosus fuerat ⁊ a

xp̄o curatus. Ad tertiuʒ dicit̄ ſm Augu. ꝙ
eadeʒ mulier vnxit pedes ⁊ caput ipſius xp̄i
recumbentis. Tertia ꝯcluſio: beata Maria
magdalena ꝑ ſui pn̄iam nō potuit recupera-
re virginalem innocentiā. Iſtud declarat ſā
ctus Tho. iij. pte. q. lxxxix. articl'o. iij. dicēs. Ho
mo ꝑ peccatū duplicē dignitatē amittit. vnā
q̄ntum ad deū. ſ. qua cōputatus erat inter fi-
lios dei ꝑ grām. ⁊ hanc dignitatē recuperat ꝑ
pn̄iam. qd̄ ſignat̄ Luce. xv. de filio ꝓdigo: cui
pr̄ peniteti iuſſit reſtitui ſtolā p̄mā ⁊ anuluʒ
⁊ calciamenta. Aliā vero dignitatē: amittit
ſcd̄ariā. ſ. innocētiā: de q̄ ſicut ibidē legit̄. glia
batur filiꝰ ſenior: dicēs. Ecce tot annis ſeruio
tibi: ⁊ mādatū tuū nunq̄ p̄terui. Et hanc di
gnitatē penitēs recuperare nō pōt. Et eadeʒ
rō eſt: de recupatione v̄ginitatis: ⁊ de recupe-
ratiōe innocētie. Quia ſup illud Amos. v. vir
go iſrael cecidit ⁊c̄. dicit glo. nō negat vt reſur
gat. ſed vt reſurgere virgo poſſit. q2 ſemel ob
errans ouis ⁊ ſi reportet̄ in humeris paſto-
ris nō h3 tantā gl'iam: q̄ntam q̄ nū p̄ errauit.
hec Tho. Et quotl3. v. dicit ſic. In virginita
te duo poſſumꝰ cōſiderare. Quoꝝ vnū eſt ip
ſa integritas mētis ⁊ corꝑis. ⁊ ſic deꝰ pōt vir
ginē reparare poſt ruinā. Pōt em̄ ⁊ menteʒ
reintegrare ꝑ grām ⁊ corpꝰ cōſolidare ꝑ mi-
raculuʒ. Alia aūt eſt cā integritatis p̄dicte. ſ.
q2 mulier v̄go nō fuit cognita a viro. Et q̄tū
ad hoc deꝰ nō pōt virginē repare poſt ruinā
Nō em̄ pōt facere vt ea q̄ iam eſt cognita: a
viro nō fuerit cognita: ſicut nec de aliquo qd̄
factū eſt: pōt facere qd̄ factū nō fuerit. Potē
tia. em̄ dei ſe extendit ad totū ens. vn̄ ſolū id
a dei potentia excludit̄. qd̄ repugnat rōni en
tis: ⁊ hoc eſt idē ſimul eſſe: ⁊ nō eſſe. ⁊ eiuſdē
rōnis eſt qd̄ fuit: nō fuiſſe. Vn̄ Auguſt. dicit
xxij. cōtra Fauſtū. Quiſquis dicit: ſi omp̄s ē
deus faciat vt ea q̄ facta ſunt. facta nō fuerit
nō videt ſe hoc dicere. faciat vt ea q̄ vera ſūt
eo ipſo quo vera ſunt: falſa ſint. Et Hiero. vt
habet̄. xxx. q. v. dicit ſic. Cuʒ deꝰ cetera poſſit.
nō pōt virginē reparare poſt ruinā. hec Tho.
Qn̄q3 tn̄ penitēs recuperat aliq̄d maius. q2
vt Grego. dicit in Omel. de. c. ouibꝰ. Qui er
raſſe a deo ſe cōſiderāt dāna p̄cedētia lucris
ſequētibus recōpenſant. Maius ergo gaudi
um de eis fit in celo. q2 ⁊ dux in prelio plꝰ eū
militē diligit: qui poſt fugā reuerſus: hoſtem
fortiter p̄mit: q̄ illū q̄ nunq̄ terga prebuit: et
nūq̄ aliq̄d fortiter fecit. His em̄ q̄ ſm ꝓpoſi
tum vocati ſunt ſancti. ſ. p̄deſtinatis q̄ quo-
tienſcūq3 cadunt: finaliter tamē reſurgūt. ce-
dit in bonū. ſ. ꝙ cadunt. nō quia ſemꝑ in ma
iori grā reſurgūt. ſed quia reſurgūt ī ꝑmanē-
tiori gratia: nō quidē ex parte ipſius gratie:
quia quāto grā eſt maior: tāto de ſe eſt ꝑma
nentior. Sed ex pte hoīs qui tanto ſtabiliꝰ ī
gratia ꝑmanet. quāto eſt cautior ⁊ humilior
⁊ feruētior. Dicit em̄ aplus Ro. viij. Diligē-
tibus deū oīa cooperant̄ in bonū. vbi dic̄. gl.
augu. ꝙ hoc adeo verū eſt. vt ſiqui hoꝝ deui-
ent ⁊ exorbitēt. hoc ip̄m deus faciat eis ī bo-
num ꝓficere. nēpe ideo ꝓficit eis in bonū ꝙ
cadūt quia humiliores redeūt: q2 et doctio-
res fiunt: hoc aūt cōtigit Btē ma. Magda-
lene ꝑ penitentiam ſuā. vn̄ Criſoſto. dicit ſic
Sic ergo meretrix honeſtior effecta eſt virgi
nibus. poſtq̄ em̄ accenſa eſt pn̄ia: exarſit in
xp̄i amorē. Et hec quidē q̄ dicta ſunt a beato
euangeliſta agebantur exteriꝰ. Que vero re-
uoluebat eiꝰ intentio multo feruentiora his
erant: q̄ ſolꝰ deꝰ inſpiciebat. Hec ille. Quar-
ta cōcluſio beata ma. mag. virginitatē mētis
⁊ corꝑis ꝑ ſui penitentiā recuperauit. Iſtud
declarat ſan. Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. clij. articl'o. iij.
dicēs ſic. Virtꝰ ꝑ pn̄iam reparat̄: q̄ntum ad
id qd̄ eſt formale in virtute. nō aūt q̄tuʒ ad
id qd̄ eſt materiale in ip̄a. nō em̄ ſiq̄s magni
ficus cōſumpſit ſuas diuitias ꝑ pn̄iam pcti:
reſtituūtur ei diuitie. Et ſimiliter ille q̄ peccā
do virginitatē amittit ꝑ penitētiam nō recu-
perat v̄ginitatis materiā. Sed recuperat vir
ginitatis ꝓpoſitū: ſc3 perpetuo abſtinendi a
delectatione venerea: ad vacandū rebꝰ dīnis
Circa materiā aūt virginitatꝭ eſt aliquid qd̄
miraculoſe reparari pōt diuinitꝰ. ſ. integritas
mēbri q̄ accidētaliter ſe h3 ad virginitatem.
¶ Aliud aūt eſt qd̄ nec miraculo reparari po
teſt vt. ſ. q̄ expertꝰ eſt voluptatē venereā fiat
nō exptus. Nō ei pōt deꝰ facere vt ea q̄ facta
ſunt: nō ſint facta. Hec Tho. Et. i. pte. q. xxv.
articu. iiij. dicit ſic. Omē corruptioneʒ mētis
⁊ corporis: pōt deꝰ auferre a muliere corrup-
ta. l3 ab ea auferri nō poſſit ꝙ corrupta non
fuerit ſicut nec ab alio peccāte auferre pōt ꝙ
nō peccauerit. ⁊ ꝙ charitatē nō amiſerit ⁊c̄.
Btā ma. mag. ꝑ pn̄iam hūit ꝓpoſitū firma-
tum voto integritatis ſeruāde. ⁊ ꝑ miraculū
recuperauit integritatē mēbri. Cuiꝰ ſignū eſt
q2 aſꝑrimū heremū petijt. ⁊ in loco angelicis
manibꝰ p̄parato: ꝑ. xxx. annos incognita mā
ſit. qual3 aūt die ſeptē horis canōicis ab an-
gelis in ethera eleuabat̄ ⁊ celeſtiū agminuʒ
gl'ioſos ꝯcentus corporalibꝰ etiā auribus au
diebat. vn̄ diebꝰ ſingulis his ſuauiſſimis da-

pibus satiata. ⁊ inde p eosdē angelos ad lo-
cum pprium reuocata: corporalibꝰ alimētis
nullatenꝰ indigebat: put narrat Egisipus in
quodā tractatu. Sic aūt eleuari p angelos ē
priuilegiū virginū. vt pꝫ de adam in statu in
nocentie. Helyseo pphera: btā virgine: Jo-
hāne baptista: Paulo: Johāne euangelista:
Thoma de aqno. Ergo beata maria magda
lena veraciter recuperauit integritatē virgi-
nitatis: quantum ad aīam ⁊ corpus. ideo dr
Vides hanc mulierē. s. p penitentiā recupe
rasse integre virginitatē: p qua adipiscenda
tam lamentabiliter fleuit.

¶ Vides hanc mulierem.
In statu offensionis.
In statu cōuersionis.
In statu satisfactionis.
In statu attractionis.
In statu ptectionis.
In statu glorificationis.

¶ Primo vides. i. conside-
ras hanc mulierē. s. beatā mariā magdalenā:
in statu Offensionis. ¶ Grauitas eñ offen-
sionis eius in tribus cōsistit s. in peccatorum
magnitudine. In petōꝝ certitudine. In pec-
catorū multitudine. ¶ Magnitudo peccatoꝝ
notatur cū dicit in euangelio. Et ecce mulier
¶ Certitudo peccatoꝝ notat: cū dicit. Que e-
rat in ciuitate. ¶ Multitudo petōꝝ notat: cū
dicit Peccatrix. ¶ Magnitudo peccatoꝝ eiꝰ
causabat ex quattuor: que ipam induxerunt
ad ruinam. ¶ Primo pulcritudo. Prouer. xi.
Circulus aureus in naribus suis mulier pul
cra ⁊ fatua. ¶ Secūdo diuitie. ¶ Tertio liber
tas. dum. s. nō est sub lege viri. ¶ Quarto sim
plicitas: dum. s. nō hꝫ puidentiā in se q̊ ad re
gimē vite sue: sed facile seducit vñ viri pcan
tes vel alliciētes mulieres. hñt septē pdimē
ta ad seducendū eas: ⁊ qꝛ sequūtur passiōes
sensus: facile vincūtur vt pꝫ. Primū pdimē-
tum est: laudatio. procans eñ laudat mulie-
rem dicēs. Tu pulcrior es oī muliere. Natu-
tura nō posset fingere aliā pulcriorē. btā illa
mr̄ q̄ te genuit: tā delicate nutriuit. Tota pul
cra es amica mea. et macula nō est ī te. Ecce
tu pulcra es amica mea: oculi tui colūbarum
Fauꝰ distillās labia: tua: mel ⁊ lac sub lingua
tua: q̇s nō arderet in amorē tui. ¶ Secūduꝫ ē
locutio. pcans eñ dicet amasie sue. O si pos-
sem tibi loqui in secreto: bene esset tibi. Nihil
mali. nec qđ ad cōfusionē tui accedat: sed po
tius ad laudē ⁊ gloriam tui. Si scires ꝙ ma-
gna sunt que dicta fuerūt pridie de te vehe-
menter exultares. Etiā plures fuerūt q̇ male
locuti sunt de te: q̊s ego dure increpaui. Tu
credis quibusdā qui applaudūt tibi in facieꝫ
sed retro te pungūt. ¶ Tertiū pdimentuꝫ est
pmissio. pcans. n. pmittit fidem amasie sue
Or tale negociū nō dicet alicui. ppter hono-
rem suū. ⁊ ꝙ nūꝙ alteri cōmiscebit. Sed ca-
ueat sibi mulier fragilis. quia ꝙ primū cōsen
serit ei: diuulgabit eā p ciuitatē ꝙ talis est a-
masia sua: ⁊ hꝫ cū ipsa om̄e suū beneplacituꝫ
Nā quattuor sunt q̄ nō possunt celari. s. ignis
Scabies: Tussis: ⁊ Amor. Ista seipsa ma-
nifestant nullo pquirēte. ¶ Quartū pdimen
tum est copulatio. Procans eñ pmittit se il
lam ducere in vxorem. Cū aūt satisfecerit li-
bidini sue: ⁊ cognouerit eā grauidā: recusat il
lam ducere. Si aūt vir pmiserit eam ducere
vxorem: ⁊ secuta fuerit copula carnalis: tene
tur eā ducere. Si aūt aliā duxerit ista reiecta
nō est illa vxor eiꝰ. sed cōcubina. vt patet.
¶ Quintū pdimentum est Cōminatio. pro-
cans eñ minat iuuēcule ꝙ nisi consentiat ei:
diuulgabit eam meretricē p totā ciuitateꝫ: et
manifestabit cōuersationeꝫ eius: ⁊ ambasia
tas quas mittit q̇busdā iuuenibꝰ. Sicut fece
rūt illi sacerdotes senes ꝯtra Susannā quā
tñ deꝰ ptexit p danielē pphā Daniel. xiiij.
⁊c. ¶ Sextū pdimentum est fictio. pcans. n.
fingit se esse diuitē: ⁊ ꝙ induet eā velut nobi
lem. ⁊ dabit ei q̇cq̇d ipsa petierit. imo omīa
sua dabit arbitrio. ⁊ gubernationi sue. cū ip-
sa videatur prudētissima. ⁊ nō curat de dote
eius. imo ipē vult eam dotare de suo. ⁊ tene
re matrem eius libentissime. Septimū pdi
mentum est Cōmissio. procans eñ cōmittet
alicui antique vt faciat taleꝫ ambasiatam ta
li iuuencule. ⁊ ꝙ ardet amore ipsius ⁊ tanꝙ
desperatus occidet seipsum: nisi habuerit eā.
Et donat illi antique multa: ⁊ plurima dona
ria mittit illi per istam antiquam que cōfor-
tabit eam. ⁊ ista iuuencula fidens in ista: cō-
sentiet illi procāti. ¶ Certitudo peccatoꝝ cau
satur ex hoc ꝙ mulier septem modis graui-
ter peccat. ¶ Primo ornādo visum ⁊ faciē su
am vltra debitum. Unde Cyprianꝰ li. de ha-
bitu virginum dicit sic. Non virgines tantū:
aut viduas. sed ⁊ nuptas: puta etiam om-
nes omnino feminas admonendas: ꝙ opꝰ
dei ⁊ facturaꝫ eius: ⁊ plasma: adulterare nul
lo modo debeant. adhibito flauo colore vel
nigro puluere: vel rubore: aut quelibet linea-
menta nociua corrumpente medicamīe. ma

nus quidē deo inferunt q̄n illud qd̄ ille for=
mauit reformare contēdunt. Impugnatio
ista est diuini operis p̄uaricatio ꝛ veritatis
deū videre nō poteris: q̄n oculi tibi non sūt
quos deus fecit: sed quos diabolus infecit.
hec ille. vnde mulierū fucatio: de qua Cypri=
anus loquit̄. est q̄dam species fictiōis q̄ nō
pōt esse sine peccato. Vn̄ Aug⁹. dicit ī ep̄la
ad Possidiū. Fucari figmētis quo rubicun
dior vel candidior appareat adulterina fal
lacia est: qua nō dubito etiā ipsos maritos
se velle decipi. q̄bus solis p̄mittēde sunt fe=
mine ornari ꝫm veniā: nō ꝫm imperiū. ¶ Sci
endū ꝙ nō semp talis fucatio est cū pecca=
to mortali: sed solū q̄n fit ꝓpter lasciuiā. vel
in dei ꝯtēptū. in q̄bus casibus loq̄tur Cypri
anus. Nam aliud est fingere pulchritudinē
non habitā. Et aliud est occultare turpitudi
nē ex aliqua cā̄ ꝓuenientē puto egritudine
vel aliq̄ h̄moi. hoc em̄ ē licitū: q꞉ ꝫm apl'm. i.
Cor. xij. Que putam⁹ ignobiliora esse mē=
bra corporis his honorē abūdantiorē circū
damus ¶ Secūdo portando capillos alie=
nos: aut vltra modū colendo suos. Unde. i.
Pe. iij. d꞉. Sit nō extrinsec⁹ capillatura aut
circūdatio auri: aut indumenti vestimētoꝝ
cultus. vbi dicit glo. Cypriani. Serico ꝛ pur
pura indute xp̄m sincere induere non p̄nt.
auro ꝛ margaritis ornate ꝛ monilibus: or=
namenta mētis ꝛ corporis perdiderūt. hec
ille. sed glo. ibidē dicit. Qd̄ mulieres coꝝ q̄ i
tribulatione erāt ꝯtēnebant viros: ꝛ vt alijs
placerēt se pulchre ornabāt. Qd̄ fieri apl'us
p̄hibet. In quo etiā casu loquit̄ Cypri. Nō
aūt p̄hibet mulierib⁹ ꝯiugatis ornari vt pla
ceant viris: ne det̄ eis occasio peccādi cum
alijs. Vn̄. i. Thi. ij. dicit apl's. Mulieres in
habitu ornato cū verecūdia ꝛ sobrietate or=
nātes se: nō intortis crinibus aut auro aut
margaritis aut veste preciosa. Per qd̄ dat̄
intelligi: ꝙ sobrius ꝛ moderatus ornat⁹ nō
p̄hibet̄ mulieribus: sed superflu⁹: ꝛ inuere=
cūdus ꝛ impudicus. Etiā si nulla est muli=
er q̄ vellet dormire cū muliere mortua vt ha
beret capillos suos. quō ergo est ausa porta
re capillos mulieris mortue. ¶ Tertio dum
est vanitatibus ornata: aspicere ꝛ aspici de
lectando. Nam muliebris cultus sepe viros
ad lasciuiā ꝓuocat. Prouerb. vij. Ecce mu=
lier occurrit tibi ornatu meretricio prepara
ta ad capiendas aīas: q̄ laqueus venatoruz
est. hoc em̄ est dare viris incentiuū peccan=
di. ꝛ si quidem hac intentiōe se ornent vt ali
os ꝓuocent ad ꝯcupiscentiā mortaliter pec
cant. Unde Aug⁹. in ep̄la ad possidiū dicit
Nolo vt de ornamētis auri vel vestis: ꝓpe
rā habeas in p̄hibendo sniam: nisi in eos q̄
neq꞉ coniugati neq꞉ coniugari cupiētes: co
gitare debēt quō placeāt deo. ¶ Quarto va=
nas cātilenas addiscēdo. in q̄bus ꝟba lasci
ua ꝛ ad luxuriā ꝓuocātia ꝯtinent̄. Naz cor
rūpunt bonos mores colloq̄a p̄ua, vt apl's
dicit ¶ Quinto facecijs vanis q̄n ꝛ cū q̄ non
d꞉ vtēdo. Mulier em̄ nō d꞉ cuz viris loq̄ ea
per q̄ vir posset ad lasciuiā ꝓuocari. d꞉ em̄ ꝓ
sui honestate esse taciturna ꝛ ad vocem viri
pauere. ¶ Sexto molestata in pctm̄ cadēdo.
tūc em̄ amissa verecūdia ꝛ pudicitia effrena
te peccat. Iere. Frons mulieris meretric̄ fa
cta est tibi. perperā noluisti erubescere. ¶ Se
ptimo ꝑseuerādo in pctō. Nam impi⁹ cū in
ꝓfundū venerit pctōꝝ cōtēnit. iō dicit psal.
Non me demergat tēpestas aq̄: neq꞉ absor=
beat me ꝓfundū: neq꞉ vrgeat sup me pute⁹
os suū. ¶ Multitudo pctōꝝ cātur ex lasciuia
ꝛ vanitate mulieris quā deus odio h꞉. ꝫm i
lud ps̄. Odisti obseruātes vanitates supua
cue. Sūt em̄ due mulieres valde ꝯrie. s. dn̄a
honesta: ꝛ dn̄a vana. Dn̄a honesta multuz
fuit appreciata a viro suo: rōne fidelis dispē
satiōis. iuxta illud. Osee. ij. Spōsabo te mi
hi in fide. vn̄ vir frāgens fidē vxori grauius
peccat quo ad deū. l꞉ quo ad mundū ḡuius
offendat mulier ꝙ̄ vir. q꞉ supponit alienū fi
liū ꝛ priuat legitimos sua hereditate. ¶ Se=
cūdo rōne sincere dilectiōis. Eph. v. viri di=
ligite vxores vr̄a sicut xp̄us dilexit eccl'iam.
Xp̄s aūt dilexit eccl'iam ad ei⁹ saluationē ꝑ
ea sustinendo passionē ꝓpter ei⁹ pctōꝝ re=
missionē. ¶ Tertio rōne ꝟtualis dispositōis
Apo. xij. Signū magnū appuit in celo. mu=
lier amicta sole ꝛ luna sub pedib⁹ ei⁹. ꝛ in ca
pite ei⁹ corona stellarū duodecim. Nā dn̄a
honesta est ornata ꝟtutib⁹ splendēs in con
spectu dei tāꝙ̄ sol. s. fide. spe. ꝛ caritate. Qis
em̄ eius fides. spes. ꝛ caritas est in deo ma=
gis ꝙ̄ in viro. luna. i. vanitas mundi. est sub
pedib⁹ eius: q̄ ihāc apparentiā pulchritudi
nis ꝛ vanitatis vilipēdit. potius volens tur
pis apparere cuz honestate ꝙ̄ pulcherrima
ꝛ cū vanitate. Iuxta illud. Fallax gr̄a ꝛ va=
na est pulchritudo. Et sicut sol est pulchrior
res mūdi: sic dn̄a honesta est pulchrior res
in domo viri sui. Eccl'. xxvi. sicut sol oriēs in
altissimis dei: sic mulier ornamentū est do=
mus viri sui, ꝛ sic subtracto sole oīa corrum

perent. sic tota domus sine dña honesta est
inordinata. Eccl. xxvi. Gra sup grãm muli-
er sctã ⁊ pudorata. In capite ei⁹ est corona
stellarũ. xij. ꝓpter. xij. ꝯditiões mulieris ho
neste. ¶ Primo est discreta Prouer. xiiij. mu
lier sapiẽs edificat sibi domũ. Secũdo est
ĩmaculata. Eccl. xl. edificatio ciuitatꝭ ꝯfirma
bit nomẽ: ⁊ sup hãc mulier ĩmaculata cõpu
tabit. ¶ Tertio ẽ ꝟtuosa. Ruth. iij. Scit oĩs
ppl's te esse mulierẽ ꝟtutꝭ. Quarto est sctã
ꝑ ꝯtẽptũ terrenoꝝ. Judith. viij. Ora ꝓ po
pulo quia mulier sancta es. Quinto est so
bria. Eccl. vi. Qui possidet mulierem bonã
inchoat possessionẽ. Sexto est tacita in ꝟ
bis. Eccl. xxvi. Mulier sensata ⁊ tacita non
est imutatio erudite aĩe. Septimo est vere
cũda in signo. Eccl. xxvi. Mãdata dei in cor
de mulieris sctẽ. Octauo est verax in ſmo
ne. Judith. viij. Oĩa q̃ locuta est vera sunt.
¶ Nono ẽ cõcors cũ viro suo. Eccl. vij. Mu
lier si est tibi ſm aĩam tuã nõ ꝓijcias illam.
¶ Decimo est diligens in ope. Prouerb. xij.
Mulier diligẽs corona est viro suo. ¶ Unde
cimo est obediẽs viro suo. Ephe. v. Mulie-
res subditi sint viris suis. ¶ Duodecimo est
misericors in elemosynarũ exhibitiõe. Pro
uerb. vlti. Manũ suã apuit inopi ⁊ palmas
suas extendit ad pauperem. ¶ Dña vana est
multũ detestanda a viro. Prouerb. vij. Et ec
ce mulier occurrit illi ornatu meretricio ꝑpa
rata ad capiẽdas aĩas: garrulas: ⁊ vaga q̇e
tis impatiens: nec valẽs in domo cõsistere
pedib⁹ suis: nũc foris. nunc in plateis: nunc
iuxta ãgulos insidiãs ⁊c. vsq₃. ⁊ nescit q2 de
periculo aĩe illius agit. de hui⁹ vanitate põt
dici. Signũ magnũ apparuit in velo. i. in ob
scuritate mũdi. mulier amicta mole ⁊ cauda
sub pedib⁹ ei⁹: ⁊ in capite ei⁹ corona stultici
arũ. xij. Quãuis em̃ mulier ꝓpter honestatẽ
licite possit aliqualẽ caudã deferre. s. quantũ
sufficere possit ad coopiendos talos: si incli
naret. sicut etiã q̇dã vsi sũt talari tunica in
veteri testõ. Excessus tñ caude in vno aut
duob⁹ brachijs pãni est oĩno ꝓhibit⁹ ꝓpter
multa. ¶ Primo q2 hoc qd̃ sup̄flue expẽdit
est pauperũ. Bern. Clamãt nudi: clamãt fa
melici. qd ꝓsunt tot mutatoria extensa ĩ ꝑti
cis: aut plicata in mãticis: Nostrũ est qd̃ va
ne expẽdit ⁊c. Un̄ xp̄s dicit. Luce. vi. Qd̃
superest date elemosynã. Secũdo quia in
hyeme cauda ꝑ cenũ ⁊ lutũ trahit: ⁊ sic pã-
nus corrodit. Abacuch. ij. Ve q̇ multiplicat
nõ sua. Usq₃ quo aggrauat cõtra se densum
lutum: q2 tu spoliasti gentes multas. spolia
bunt te oĩes q̇ reliqui fuerint de populis ꝓ
pter sanguinẽ hoĩs. Tertio q2 cauda colli-
git pulueres: ⁊ inde generant vermes ⁊ ti-
nee corrodẽtes pãnum. Jaco. v. Vestimẽta
vestra a tineis comesta sunt ⁊ mãducabũt
carnes vestras sicut ignis. Quarto cauda
suscitat pulueres ⁊ offendit alios g̃dientes
per viã. ps. In puluerẽ mortis deduxisti me
Tale incensum porrigit dña vana tanq̃ cle
ricus diaboli. Quinto cauda scopat vias
⁊ stratas. Maritus em̃ talis dñe vt faceret
ei hmõi caudam. scopauit bona pauperum
rapinis: vsuris: ⁊ stochis. Sexto ꝓpt pur-
gandã hmõi caudã: oportet tenere famulu₃
vel famulã: q̇ blasphemãt talem dñam: ⁊ in
terdũ suscitant rixe in domo: si non sit bene
mundata cauda. ¶ Septimo q2 tales famu
li peccant in amissione tp̄is quo occupãt in
purgatione caude: qd̃ deberent extẽdere in
op⁹ honesti⁹. ⁊ talis dña est cã: ⁊ ip̄a peccat
mortalr. Octauo tal' mlier assimilat accipi
tri q̇ nõ bñ volat ad rapinã nisi hẽat pulcrã
caudã. ¶ Nono talis mulier assimilat serpẽ
ti ꝓpter fraudulentiã q̇ eundo facit viã tor-
tuosam: ne cognoscat quo vadat. Eccl. xxv.
Cõmorari leoni ⁊ draconi placebit: q̃ habi
tare cũ muliere neq̃. ¶ Decimo cauda ista ẽ
sella diaboli. exemplũ. Sctũs Zeno dum se
mel iret post beatũ Ambrosiũ vidit quãdã
mulierẽ cũ longa cauda incedente₃: ⁊ cepit
ridere. Req̇situs aũt a btõ Ambrosio cur ri
sisset: ait. Vidi quosdã demones dormiẽtes
sup cauda talis mulieris. ⁊ dũ ipsa transiret
per viã lutosam eleuauit caudã: ⁊ demones
in ea dormiẽtes ceciderũt in lutũ. vñ alij de-
mones sequẽtes illã mulierẽ valde riserunt
ꝓpterea risi. Sctũs Ambrosi⁹ orauit dñm
vt videret que sctũs Zeno viderat: ⁊ exaudi
tus a dño eade₃ vidit. ¶ Undecimo cauda
est receptaculũ pulicum in qua recondũtur
¶ Duodecimo sicut pauo h₃ gl'iam suam in
cauda faciendo rotã. sic talis mulier in cau-
da maxime gloriat. ¶ Item dña vana est a
micta mole: q2 maxĩa g̃uitate peccati in sui
vana exornatione. Esa. iij. Pro eo q̃ eleua
te sunt filie syon. ⁊ ambulauerũt collo extẽ-
to: ⁊ nutibus oculoꝝ ibant. ⁊ cõposito g̃du
incedebant ⁊ plaudebant manib⁹. ⁊ ambu
labant pedibus. decaluabit dñs verticem
filiarũ syon: ⁊ dñs crinẽ earum nudabit. In
die illa auferet dñs ornamentũ calciamen-
toꝝ: ⁊ lunulas: ⁊ torques: ⁊ monilia: ⁊ armil

las: ⁊ mitras/ discriminalia: ⁊ perhiscelidas ⁊ murenulas: ⁊ olphatoriola: ⁊ inaures. ⁊ anulos: ⁊ gẽmas in fronte pendentes: ⁊ mutatoria: ⁊ pallia: ⁊ linteamina: ⁊ acus: ⁊ specula: ⁊ syndones: ⁊ vittas: ⁊ teristra. Et erit ꝓ suaui odore fetor: ⁊ ꝓ zona funiculus: ⁊ ꝓ crispanti crine caluiciũ. ⁊ ꝓ fascia pectorali ciliciũ. hec ibi. Nam in talib⁹ excessib⁹ offendit. xij. modis. ¶ Primo offendit deũ deformando sibi faciẽ: ⁊ formã a deo datã non ꝓpter occultandã maculã. s. si celtiberiosa ⁊c. Sed ad vanitatẽ ⁊ lasciuiã ostendendã: ⁊ tũc peccat mortaliter: nec põt cõicare. ¶ Secundo offendit xp̃m: occidẽdo aĩas quas ipse redemit dũ eas ad peccandũ ꝓuocat. vel etiam a bono exercitio distrahit. ¶ Tertio offẽdit beatã ꝟginẽ q̃ summe diligit castitatẽ ⁊ humilitatẽ. detestat̃ aũt lasciuiã ⁊ sup̱biam. ¶ Quarto offendit angelos q̃ sunt dati hoĩbus ad custodiaꝫ eos impediendo a fructu ministerij sui. Quinto offendit seipãꝫ om̃e tp̃s sibi datum ad saluteꝫ ⁊ pn̄iam inaniter expẽdendo. ¶ Sexto offendit seipsam ꝑ indeuotionẽ ad missam stãdo. i. Cor. xi. Mulier oret velato capite ꝓpter angelos. i. vel ꝓpter sacerdotes q̃ talibus vanitatib⁹ contaminant̃. vel ꝓpter angelos. i. hoĩes stãtes ad missam. ⁊ diuina officia q̃ scandalisant̃. vel ꝓpter angelos q̃ assunt celebrationi misse ⁊ officioꝝ. ps. Preuenerũt p̃ncipes ꝯiuncti psallentibus in medio iuuencularũ tympanistriarũ. q̃ offendũt̃ ex indeuotiõe harũ vanitatũ. Septimo offendit seipsam meritũ sue oꝛonis ꝑdendo. Esa. i. Cũ multiplicaueritis oꝛonem vr̃am nõ exaudiã. Manus enĩ vr̃e sanguine plene sũt. ¶ Octauo offendit seipsam multipliciter infamãdo. vnde sicut fumus ignẽ: ⁊ palea in crinibus eq̃ vẽditionẽ. sic vanitas in muliere meretriciũ. ⁊ lasciuã intẽtionẽ significat. ¶ Nono offendit p̱ximũ indebite alienũ retinẽdo. Nam si q̃s creditor debeat habere aliq̃d a marito dñe vane nõ põt exigere ꝓpt̃ sup̱fluas expẽsas quas fecit maritus ei⁹ ꝓ ea. Decimo malũ exẽpluꝫ dñe honeste p̱bẽdo. qꝛ ꝓpter talẽ vanitatẽ visam dña honesta supata tẽptatiõe cõcupiscit eadẽ vel ꝯsilia vana. Undecimo sequit̃ dãnum marito dñe honeste nõ portãtis vanitates: qꝛ ꝯtinue apud eũ ꝯqueri t̃ talis mulier. vsqꝫ quo oporteat pauperẽ maritũ sibi de similib⁹ vanitatibus ꝓuidere vñ sepe venit vsurarius: ne ob sup̱fluitateꝫ expẽsarũ in maiorẽ paupertatem deueniat.

¶ Duodecimo p̱ximũ ad murmurãdum de ipsa ꝓuocãdo: cui tales vanitates displicẽt vñ in cõi ⁊ p̃uatim detestãtur ei⁹ vanitates talis dña vana sepi⁹ excusat se dicẽs. ideo se pulcrã facere vt placeat viro suo. Sed ista ẽ excusatio in pctis. qꝛ vir eã magis videt in domo: ꝙ̃ extra domuꝫ. Est enĩ mulier talis dissimilis tabernario: q̃ cũ duplex habeat vinũ in taberna. s. bonũ ⁊ malũ. seruat bonuꝫ ꝓ exñtibus quottidie in taberna. ⁊ malũ ꝓ forensibus. Ista ꝟo dña vana dum exit domũ cupit placere forẽsibus: in domo auteꝫ corã viro suo est turpis ⁊ maculosa. in signũ ꝙ nõ diligit eũ. In capite dñe vane est corona stulticiarũ. xij. ꝓpter. xij. malas eius cõditiones. Primo est superba. qꝛ sequit̃ ꝓpriam volũtatem ⁊ vult esse dña in domo. Eccl. xxv. Mulier si p̃matum habeat in domo cõtraria est viro suo. Secũdo est odiosa per infamiã cõuersatiõis. Prouerb. xxx. Per tria mouet̃ terra. ⁊ quartuꝫ q̃d nõ põt sustinere. s. ꝑ odiosam mulierẽ cũ in matrimonio fuerit assumpta. Tertia est cupida. scꝫ ꝑ amorẽ terrenoꝝ. Zach. v. Ecce due mulieres egrediẽtes ⁊ habebãt alas quasi alas milui q̃ est rapacissimus. Quarto est luxuriosa. ij. Jere. In om̃i colle sublimi. ⁊ sub oĩ ligno frondoso ꝓsternebaris tu meretrix. Quinto ẽ ebriosa. Eccl. xxvi. Mulier ebriosa ira magna ⁊ ꝯtumelia. ⁊ turpitudo illi⁹ nõ cõteget̃. Sexto est clamosa Prouer. ix. Mulier stulta ⁊ clamosa plenaqꝫ illecebris ⁊ nihil oĩno sciẽs: sedet in foribus domus sue super sellã in excelso vrbis loco vt vocet transeũtes per viã ⁊ pergẽtes itinere suo. Septimo est crudelis. Eccl. xxv. Nequitia mulieris ĩmutat faciem eius: ⁊ obcecat vultum suũ tanꝙ̃ vrsus. Octauo est inuerecũda. Jerem. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi noluisti erubescere. ¶ Nono ẽ fallax in sermone. Prouer. v. Ne intẽderis fallacie mulieris Fauus enĩ distillãs labia meretricis ⁊ nitidius oleo guttur eius. Nouissima aũt illius amara quasi absinthiũ: ⁊ acuta lingua ei⁹ sicut gladi⁹ biceps. ¶ Decimo est vaga. Prouer. vij. Garrula ⁊ vaga ⁊ q̃etis impatiẽs. ¶ Undecimo ẽ demõiaca. Lu. xiij. Erat mulier hñs spm̃ imũdũ. ¶ Duodecimo est fatua Prouer. xi. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra ⁊ fatua. Cũ ergo Maria magdalena his vanitatib⁹ implicita fuerit per maxime deũ offendit. Jõ vides hãc mulierem in statu offensionis.

Secundo vides hāc mulie
rē in statu ɔuersionis. Vn̄ Greg. in omel.
hodierna dicit sic. Cogitāti mihi de marie pe
nitētia. Flere magis libet q̄ aliq̄d dicē. Cu
ius inq̄t vel saxeum pectus hui⁹ peccatricis
lachryme ad exēplū pnīe nō emolliāt: Con
siderauit em̄ q̄d fecit ꝛ noluit moderari q̄d
faceret. Sup cōuiuantes ingressa est. nō ius
sa venit. inter epulas lachrymas fudit. Di
scite quo dolore ardet q̄ inter epulas nō eru
bescit. hec ille. Ad ꝑfectaz pniam req̄rūtur
quattuor ¶ Primo q̄ sit vniuersalis. Pnīa
em̄ est q̄dam medicina aīe infirme peccatis
Curatio aūt corpis nō est salubris si ali ua
ps maneat egrota. ita etiā pnīa de vno pctō
ꝛ nō de oībus est inutilis aīe. Jō dixit. Eze
chias. Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs an
nos meos in amaritudi. aīe mee. Secūdo
q̄ sit internalis. Aqua em̄ pnīe nō perfecte
lauat aīam a sordibus pctōꝝ: nisi ad intrin
seca aīe ingrediat̄. Jerem̄ iiij. Laua a mali
cia corpus tuū ¶ Tertio q̄ sit penalis. Naz
in vulneribus corpis quāto dolor est maior
in extricādo saniē. ita in morbis mētis: pe
ne sunt q̄dam medicine q̇bus aīa sanat̄. ps̄
Qm̄ ego in flagella paratus sum: ꝛ do. me.
in cō. m. semp ¶ Quarto q̄ sit liberalis. qꝛ si
cut in ciuilib⁹ pena est satisfactoria si sit vo
lūtarie accepta. Sic in moralib⁹ q̄to pnīa ē
magis volūtaria tāto est magis satisfacto
ria. Jō modica pnīa in h̄ mūdo plus satisfa
cit: q̄ multa pnīa in purgatorio cū sit volū
taria. Sed pena purgatorij est violēter infli
cta. iō d̄r Judi. v. Qui spōte obtulistis aīas
vr̄as bn̄dicite dn̄o. Perfectā pnīaz ip̄ediūt
q̄ttuor ¶ Primo ɔscīa indurata. Sūt em̄ q̄
daz aīe ita dure sicut saxa q̄ nulla cōpūctōe
aut inspiratiōe valēt imutari. sicut iudei ab
initio fuerūt dure ceruicis. q̇bus d̄r. Ezech.
xxxvi. Auferā a vob̄ cor lapideū: ꝛ dabo vo
bis cor carneū. Tales ei n̄ sūt apti ad pnīaz
ſ ad eternā reprobationē. Ecc̄. iij. Cor durū
male hēbit in nouissimo ꝛc. h̄ impedimētuz
nō fuit ī Magdalena. iō d̄r ī euāgelio. Mu
lier. Nam mulier facile cōpatit̄ infirmo ꝑpt̄
mollicié cordis sui. vn̄ ꝓuerbialiter d̄r. vbi
non est mulier: ingemiscit eger. ꝛ ꝓpter hoc
facile inclinat̄ ad pnīam. Secūdo cōsuetu
do firmata. Nam cōsuetudo vertit̄ in natu
ram: ꝛ ita in necessitatez. sicut em̄ cibus ma
lus pōt nō sumi. sed sumptus necessario no
tet. ꝛ sicut egritudines inueterate sunt incu
rabiles. sic cōsuetudo peccādi firmat habitū
malū vt nō possit tolli. Jerem̄. xiij. Si muta
re potest ethiops pellē suā aut pardus varie
tates suas: ita vos poteritis benefacere cuz
didiceritis malū. hoc impedimentū nō fuit
in Magdalena. iō d̄r in euāgelio. Erat: q̄ȯ
est tp̄is p̄teriti impfecti. qꝛ pctm̄ ei⁹ nō erat
inueteratū: ſ facile sanabile ¶ Tertio dissen
sio ꝓuocata. Naz pugna ɔtinua est inter rō
nez ꝛ passionē. inter intellectiuā ꝛ sensitiuā
partē. Gal. v. Caro ɔcupiscit aduersus spm̄
ꝛ spūs aduersus carnē. h̄ em̄ sibi inuicē adu̇
sant̄. ꝛ Ro. vij. Video in mēbris meis aliā
legē repugnātē legi mētis mee. h̄ impedimē
tū nō fuit in Magd. iō d̄r in euāgelio. Jn ci
uitate. s. hierl'm: q̄ d̄r visio pacis. qꝛ aīa ꝑfe
cte cōtrita subijcit sibi passiones cōtrarias.
¶ Quarto innocētia estimata. Si em̄ aliq̄s
pctōr sua falsa opinione existimat se inno
centē nō flectit̄ ad pnīam. exēplū. Jnfirm⁹
nō vult recipe medicinā q̄n existimat se nō
infirmari. vt pꝫ in freneticꝫ ꝛ fatuis. Silr̄ d̄r
cōiter q̄ de⁹ nūq̄ fec̄ de fatuo sapiētē. Rō ē
qꝛ nunq̄ aliq̄s accessit ad xp̄m: q̄ diceret ꝛ
estimaret se fatuū ꝛ rogaret ꝑ sapīa habēda
Jere. ij. dixisti. Jnnocēs ego suz: absq̄ pctō
ego sum. ꝓpterea dic̄ dn̄s. Ego iudicio ɔtē
dā tecū: q̄ vilis fctā es nimis iterās vias tu
as. h̄ impedimētū nō fuit in Magd. iō d̄r ī
euāgelio. Peccatrix nō em̄ reputauit se īno
cētē. ꝑfectām pnīaz p̄cedūt q̄ttuor ¶ Pr̄o di
ligēs inuestigatio. Nā veri penitētes diligen
ter inuestigāt quō possint xp̄i miscd̄iam in
uenire. Cant. ij. Surgam ꝛ circuibo ciuita
tem. queram quē diligit anima mea. exem
plum. Jlli qui sunt deiecti a gratia alicuius
principis: querunt quomodo valeant pristi
nam gratiā recuperare. vt patet de Semey
qui cum prouocasset Dauid ad iram. quesi
uit diligenter vt in gratiam rediret. ij. Reg.
xix. Sic Magdalena longa inuestigatione
quesiuit gratiam christi: quam tandem in
uenit. ideo dicitur in euangelio. vt cognouit
ꝛc. ¶ Secundo eligens preparatio. verus
penitens post inuestigationē sollicite se de
bet preparare per bonum propositum ꝛ fir
mam voluntatem perseuerandi in bonum.
Exemplm de filio prodigo. Luce. xv. Sic
Magdalena postq̄ inuenit quez querebat
sufficienter se preparauit ad perficiendum
q̄ȯ intēdebat. ideo dicit̄ in euāgelio. Attulit
alabastrū vnguēti. volūtas em̄ ē sicut alaba
strum per firmitatem boni ꝓpositi. ɔtinēs

vnguẽtũ p̃ciosum.s.grãm spũssancti.Esa.xi.
Spũs dñi sup̃ me.eo q̃ vnxerit me. Tertio
erubescẽs attritio. Nã verꝰ penitẽs veniẽs añ
cõspectũ dei oĩa ꝓspicientꝭ dꝫ vehemẽter eru
bescere. Verecũdia.n.est passio quã incurrit
appetitꝰ de aliq̃ turpi.ꝛ maxĩe in cõspectu ho
nestoꝝ.cũ aũt feditas pctĩ sit maxĩa ꝛ turpis
sima.ꝛ p̃ñtia vultꝰ dei sit honestissima.iõ pec
catoꝛ veniẽs añ cõspectũ dei p p̃niam.dꝫ ve
hementer,erubescere.ꝯtra qꝺ̃ dꝛ Trenoꝝ.iij.
Frons mulieris meretricis facta est tibi no
luisti erubescere.Sic magdalena postq̃ p̃pa
rata venit ante faciẽ xp̃i ducta ꝯsciã de pctĩs
maximã habuit verecũdiã.vñ nõ stetit ante
ꝯspectuꝫ xp̃i:sed q̃rebat se occultare.iõ dꝛ in
euãgelio.Et stãs retro.s.vultũ xp̃i ferre non
sustinens. Quarto inclinãs humiliatio.nã
p̃fecte penitẽs dꝫ seip̃m p̃fecte humiliare.qꝛ
ꝯtraria cõtrarijs curanꝭ.Oĩe aũt pctm̃ p̃ce
dit ex sup̃bia.cũ nullꝰ peccet mortaliꝭ: nisi ex
inobediẽtie cõtumacia diuoꝝ p̃ceptoꝝ. Nu.
xv. Aĩa q̃ peccauerit p sup̃biã p̃ibit de popl̃o
suo:qm̃ aduersus deũ rebellis fuit. Sic mag.
postq̃ erubuit:seip̃am hũiliauit.iõ dꝛ̃ in euã
gelio. Secꝰ pedes dñi s.humiliter se p̃sternẽ
do vt sic faciliꝰ m̃iam a deo cõseq̃retur. Per
fectam p̃ñiam cõcomitanꝭ quattuoꝛ. Prĩo
cõfessio pura.nã sicut aqua mũda inq̃namẽ
ta carnis abluit.sic cõfessio pura soꝛdes mẽ
tis diluit.p̃s.Dixi cõfiteboꝛ aduersũ me iiu.
me do.ꝛ tu.re.impi.pec.mei.qꝛ p̃o in diluuio
lachꝛymarũ pctã nõ solũ dimittũtur. s̃ etiaꝫ
elonganꝭ.iõ sequiꝭ. Verũtñ in diluuio aqua
ruꝫ multarũ ad eũ nõ approximabũt. Hanc
ꝯfessionẽ hũit Mag. quã signat pedũ ablutõ
ꝛ ip̃a lauit pedes iesu. Jõ dꝛ̃ in euãgelio. La
chꝛymis cepit rigare pedes eiꝰ. Secũdo sa
tisfactio p̃fecta de pctĩs iã ꝯfessis. Nã sicut p
cõfessionẽ abluiꝭ culpa.ita p satisfactionẽ q̃
fit in p̃ñia dimittiꝭ pena ꝛ abstergiꝭ. p̃uerb.
iij. Liuoꝛ vulneris sanat mala.i.opus satisfa
ctiõis absterget penã ad quã pctõꝛ erat obli
gatus p̃soluendã duriꝰ quidẽ in alio seculo:
si nõ p̃soluerit in isto. hãc satisfactionẽ habu
it Mag. quã signat pedũ abstersio ꝛ ip̃a abs
tersit pedes iesu.iõ dꝛ̃ in euãgelio. Et capilꝭ
capitis sui tersit lꝫ eñ p actũ cõfessiõis ablu
atur culpa:nõ tñ pena. Aliodñ frustra impo
nereꝭ p̃ñia post cõfessionẽ. Tertio recõcilia
tio ꝯsũmata post p̃fectaꝫ satisfactionẽ. Nam
post plenã satisfactionẽ aĩa deo recõciliatur
quia si talis tũc moꝛereꝭ statim ad celũ assu
meretur. Hanc recõciliationem habuit mag

dalena:quã signat actus osculationis. Jdeo
diciꝭ in euãgelio. Et osculabaꝭ pedes eius.
Qui eñ mutuo reconcilianꝭ,solent osculari.
Vñ Dauid qñ recõciliauit sibi Absalõ oscu
latus est eũ.ij. Reg.xiiij. Quarto cõsolatio
amena post recõciliationẽ. De natura eñ cu
iuslibet actus virtuosi est,vt delectationẽ af
ferat post tristiciam sicut actꝰ viciosus relin
quit tristiciã post delectationẽ. Seneca. Ex
trema gaudij luctꝰ occupat. Salomõ. Risus
doloꝛe miscebitur. Vñ angelus bonꝰ in p̃nci
pio visitationis sue cõturbat, sed postmodũ
letificat. Luce.i. Ecõtra aũt angelus malus.
hanc cõsolationẽ habuit magdalena:quaꝫ si
gnat actus vnctiõis. Jdeo dꝛ̃ in euãgelio. Et
vnguẽto vngebat.vñ vehemẽter exhilarata
fuerat ex delectatiõe quasi inebꝛiata spũ.nul
lam verecũdiam patiebaꝭ seipsam hoĩbus
manifestando. Suã penitentiã nõ occultan
do. Jn cõspectu cõuiuantiũ ingrediendo.do
muꝫ alienã absq̃ licentia irruendo:quasi im
poꝛtuna cõuiuio.oppoꝛtuna beneficio. Vn
de ex post sanctissimã duxit vitã.vt pꝫ.

Tertio vides hanc mulierem in statu Sanctificationis.

Nã quia pec
cata multa habuit:ideo multipliciter satisfe
cit. Primo p opera pietatis ꝛ mĩe.qm̃ xp̃m
pauit. Joh.xi. Fecerunt aũt ei cenam.s.mar
tha.ꝛ Maria:xp̃m hospitio recepit. Luce.x.
Jntrauit iesus in quoddã castellũ ꝛc̃. Xp̃m
in tribulatiõe positũ visitauit. Joh.xix. Sta
bant iuxta crucẽ iesu:mater eiꝰ ꝛ maria mag
dalene. Xp̃o obsequium pꝛebuit. Mar.xvi.
Maria magdalene ꝛc̃. Emerũt aromata vt
venientes vngerẽt iesum. Secũdo p opera
humilitatis et p̃ñie:qm̃ offenderat deũ ocu
lis:capillis:oꝛe:vnguẽtis.iõ in his oĩbus sa
tisfecit.s.de oculis lachꝛymas emittendo.ca
pillis pedes tergendo.oꝛe pedes osculando:
vnguẽtis pedes vnguendo. Grego.quot in
se habuit oblectamenta.tot de se inuenit ho
locausta.cõuertit ad cumulũ virtutũ:numeꝝ
criminũ.vt totũ seruiret deo in p̃ñia quicq̃d
deũ cõtẽpserat in culpa. Tertio satisfecit p
opera liberalitatis ꝛ gratie. Nam xp̃o dedit
munus a coꝛde:cum diciꝭ. Dilexit multum.
Munus ab oꝛe.cũ diciꝭ: Osculabaꝭ pedes
eius. Munus a manu.cum diciꝭ Vnguento
vngebat. Munus ab obsequio.cum dicitur.
Lachꝛymis cepit rigare pedes eius. Jsta
quattuoꝛ antiqui suis hospitibus exhibebãt.
que phariseus xp̃o exhibere cõtempsit.s.mu

nus a corde. qꝛ recipiebant eos ex caritate.
Hanc caritatē christo exhibere phariseus
ɔtēpsit: qꝛ parū dilexit. Jdeo dicit. Cui au-
tem minus dimittit minus diligit. Exhibe-
bant munus ab ore. s. osculum in signū secu
ri hospitij. Jstud phariseus nō habuit: quia
xp̄o obsculum nō dedit. Exhibebant mun⁹
a manu: qꝛ vngebant caput ad refrigerium
Jstud phariseus non habuit: qꝛ caput xp̄i
nō vnxit. Exhibebant munus ab obsequio.
qꝛ lauabant eius pedes pre labore itineris.
Jstud phariseus nō habuit: qꝛ pedes christi
non vnxit.

¶ Quarto vides hanc mu-
lierem in statu attractionis. Nemo enī po-
test venire ad deū nisi ab ipso trahat. Joh.
x. Nemo pōt venire ad me nisi pater q̄ mi
sit me traxerit eum. Traxit aūt xp̄s Mag
dalenā q̄nqꝫ funiculis. ¶ Primo sua ama-
bili visione. in facie q̄dem xp̄i splendor diui
nitatis relucebat. q̄ ad se peccatores trahe-
bat. Jeronī. Certe fulgor ⁊ maiestas diuini
tatis occulta in humana facie relucebat. Naz
ad se trahere poterat suo aspectu. Hester. v.
valde admirabilis es facies tua plena ē gr̄ti
arum ¶ Secūdo potenti dignatiōe. Si eniz
in magnete lapide hec virtus est: vt anulos
⁊ festucas sibi copulet: q̄nto magis dn̄s om
niū creaturarū ad se trahere poterat quos
volebat. vt dicit Hieronī. ¶ Tertio internali
inspiratiōe. Greg. in omel. Quid miramur
fratres: Mariā venientē an dn̄m suscipien
tem: Suscipientē dicam an trahentē: Dicā
melius suscipientē ⁊ trahentē: qꝛ nimirū ip
se eā per pniam traxit intus. ⁊ p misericor-
diam suscepit foris ¶ Quarto odorifera cō
uersatione. Cant. i. Trahe me post te: curre
mus in odorē vnguentorꝝ tuorꝝ. Bernī. Di-
no ꝓpter mansuetudinē q̄ in te predicatur
dn̄e iesu: curremus post te: audientes q̄d nō
spernas pauperē: peccatorē nō horreas: nō
publicanū supplicantē: nō peccatricē lachry
mātē ⁊c̄. ¶ Quinto deuota orōne. Orōnes
enī sunt q̄dam funiculi per quos deus nos
ad se trahit. Aug. Quē trahat ⁊ quē nō tra
hat. Quare istum trahat: ⁊ illū non trahat.
Noli velle inuestigare si nō vis errare. Non
dū traheris: ora vt traharis ⁊c̄.

¶ Quinto vides hanc mu-
lierem in statu ꝓtectiōis. Nam ipsa habuit
septē murmuratores ɔtra se. Primus fuit
phariseus. Jdeo dr̄ in euāgelio. Vidēs aūt
phariseus qui vocauerat eū ⁊c̄. vsqꝫ: qꝛ pec
catrix est. Et iste murmurauit ex superbia.
¶ Secūdus fuerūt scribe. ibidem. Vn̄ cepe-
rūt q̄dam qui simul accūbebāt dicere intra
se. qualis est hec ⁊c̄. ⁊ isti murmurabāt ex in
uidia ¶ Tertius fuit Martha. Luce. x. Dn̄e
nō est tibi cure q̄ soror mea relinquit me so
laz ministrare. Et ista murmurabat ex zelo
vel laboris āgustia ¶ Quartus fuit Judas
Joh. xij. dixit ergo iudas. Quare vnguētum
istud nō venit. ccc. denarijs: ⁊ datuz est ege
nis. ⁊ iste murmurabat ex auaricia quia fur
erat. Quintus fuerūt discipuli. Mat. xxvi.
Jndignati sunt discipuli dicētes. vt q̄d pdi-
tio ista vnguēti facta est. ⁊ isti murmurabāt
ex indiscreta misericordia. Sextus fuerūt
angeli. Joh. xx. Vidit duos angelos qui di
cūt ei: mulier q̄d ploras: ⁊ isti murmurabāt
ex leticia ¶ Septimus fuit xp̄s. Joh. xx. qui
dixit ei. noli me tangere. ⁊ iste murmurabat
ꝓpter fidem magdalene imꝑfectā. vn̄ dixit
ei. nōduz enī ascendi ad patrē meū. s. in cor-
de tuo ⁊c̄. Sed circa murmurationē pha-
risei sciendū q̄ phariseus in corde suo mur-
murabat. ix. modis q̄bus xp̄us rn̄debat per
singulas partes euāgelij. Primo dicebat
Jsta meretrix nō est vocata ad cōuiuiū no-
strū. q̄s ei hoc significauit: q̄s eam adduxit:
Xp̄us rn̄dit dicēs. Ego q̄ in hūc mundū ve
ni pctōres saluos facere ipaz inuitaui. ipsaz
vocaui cū dixi. Si q̄s sitit veniat ad me ⁊ bi
bat. Non ergo temerarie: ꝫ prudēter accessit
Non enī domū tuā intraui ꝓpter sumēduz
tuū cibū: ꝫ ad reficiendū pctōres: ⁊ sanādū
egrotos. qꝛ meus cibus est vt faciā volūta-
tem p̄ris mei ⁊c̄. Secūdo dicebat. Jsta mu
lier est vaga ⁊ instabilis. motus ei⁹ ad salu
tem est violentus ⁊ nō multū deliberat⁹. vn̄
nō ꝑseuerabit diu in hoc ꝓposito. Xp̄us rn̄
dit dicēs. Oīa vana mūdi ɔtēpsit. stabilisqꝫ
aīo ad fontē mīe accessit lauāda nō deinceps
casura in pctm̄. vn̄ dr̄ i euāgelio. Ut cogno-
uit q̄ xp̄us. i. saluator accubuisset in domo
Symonis leprosi: ecce q̄ fuit vocata attu-
lit alabastrū. i. firmū ꝓpositū in gr̄a ꝑseuerā
di. Tertio dicebat. Jsta mulier sine rubore
⁊ verecūdia fronte meretricia ⁊ p̄sumptuo-
sa huc accessit. Xp̄s rn̄dit dicēs. Aduertēs
se prebuisse magnum sc[a]ndalum toti ciuita
ti: erubescit corā nobis apparere. vn̄ humi-
liter accedēs stat retro petens sibi indulge-
ri. Quarto dicebat. Jsta mulier non reco-

murmur est septuplex

gnoscit peccatū suum: quia cum arrogantia
nemīnē salutādo nemīnē reuerendo nemi-
ni inclinādo ad nos introiuit. Xp̄s r̄ndit di
cens. q2 cognoscit pctm̄ suū ⁊ se grauiter de
um ⁊ hoīes offendisse: non salutat: non re-
ueref hoīes quasi eos ad peccatū alliciēdo
vt prius faciebat: sed mutatq3 morib9 miseri-
cordiam dei interpellat ideo stat secus pe-
des dn̄i. Quinto dicebat. Nos habebam9
colloquia valde honesta ꝑpter q̄ augebat
in nobis deuotio ⁊ cōsolatio: ⁊ ista mulier ve
nit ad tribulandū nos. Xp̄us r̄ndit dicens
Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore
pn̄iam agente q̄ super. xcix. iustis q̄ non in
digent pn̄ia. vn̄ nō interrūpit cōsolationez
nostrā: s3 sua pn̄ia nos letificat. ideo; lachry
mis pedes dn̄i lauat. Sexto dicebat. Ista
mulier coinq̄nauit corpus suū viuēdo luxu-
riose cū mūdanis ⁊ discolis: modo aūt ve
nit vt fornicef cū sacerdotibus ⁊ deo deuotq3
Xp̄us r̄ndit dicens. Non venit fornicari. cū
abiecerit oīa inclinātia ad fornicationē: sed
b̄m legē venit ad sacerdotes a peccatis suis
mūdari. ideo capillis capitq3 sui tergit pedes
dn̄i. humili obsequio eos deputat: quos ad
peccatū prius cōponebat. Septimo dice
bat. Ista mulier venit ꝑpter fallaciā ⁊ ꝑdi-
tionez: sicut legif. ij. Reg. xx. De Joab qui
osculans amasa ipsum occidit. Forte aliq̄s
ꝓmisit ei magnū thesaurū si nos in eius cō
cupiscentiā adduxerit. Xp̄s r̄ndit. Ista mu
lier ex deuotiōe osculaf pedes dn̄i in signū
recōciliatiōis q2 enī fuerat dei inimica. ideo
osculaf pedes dn̄i ad innuendū q̄ erat deo
recōciliata. Octauo dicebat. Ista mulier ē
fatua ⁊ imprudēs. nōne poterat expectare
in aliā horā: ⁊ forte magis sobriā. Xp̄us r̄n
dit dicēs. Non est fatua: sed prudēs: q2 scri-
bif. Ne tardes cōuerti ad dn̄m deū tuum: ⁊
ne differas de die in diē. nec d3 expectare ho
ram magis sobriā. q2 in quacūq3 hora inge
muerit pctor ⁊ cōuersus fuerit ad dn̄m: oīm
iniquitatū eius quas fecerat nō recordabif
Ideo vnguēto precioso vngit pedes dn̄i: ⁊
domus. i. ecclīa impleta est ex odore vnguē
ti. Nono dicebat. Iste xp̄us debet esse si-
milis huic meretrici: q̄m si hic esset ꝓpheta
sciret vtiq3 que ⁊ qualis est mulier que tan
git eū. q2 peccatrix est. Xp̄s r̄ndit dicēs. Sy
mon habeo tibi aliq̄d dicere ⁊c. vsq3. recte
iudicasti. vbi xp̄s ōndit se esse verū deū q̄ ve
nit ꝯdonare pctā. Vn̄ Petr9 rauēnas dicit
Erras pharisee. lutuz tāgit sol: s3 nō inmutat
solē. Medicū cū tāgit vulnera putredo non
corrūpit. Judicē q̄uis tāgat reus maculare
nō pōt. iō dixit xp̄s mulieri. Remittūf tibi
pctā. fides tua te saluaz fecit: vade in pace.

¶ Sexto vides hāc mulierē

in statu glificatiōis. Nam xp̄us de ea dixit.
Luc. x. Maria optimā partē elegit q̄ nō au
feref ab ea. in q̄ vbo denotauit xp̄s ptē Ma
rie fore maioris glie: q̄ partē Marthe in se
ptē. ¶ Primo Maria elegit optimā partē. i.
diuturniorē: q2 vita ꝯtēplatiua h̄ incipit: ⁊ in
celesti patria ꝑficif q2 amoris igne q̄ hic ar
dere incepit: cū ipsum quē amat viderit in a
more amplius ignescit. Secūdo meliorē. i.
q̄etiorē: q2 vita actiua in labore corpis cōsi-
stit. ꝯtēplatiua vo ī ocio mētis. Joh. xi. Ma
ria aūt domi sedebat. glo. Maria sedet q2 ī
xp̄o mentis requie fruif. Tertio meliorē. i.
digniorē: q2 actiua corꝑe ministrat ꝓximo.
Cōtēplatiua vo spū ministrat deo. ps̄. Mi
hi aūt adherere deo bonū est. Isi. Contēpla
tiua vita est q̄ vacat ab oī negocio ⁊ in sola
delectatiōe defigif. Quarto meliorē. i. pul-
criorē. Rachel enī erat pulcra facie. ⁊ Lya
lippis erat oculis. Gen̄. xxxiij. Vie enī ei9
vie pulcre. Quinto meliorē. i. securiorē: q2
actiua incedit p viā vbi sunt ꝑicula. ꝯtēpla-
tiua vero p celū. Greg. Facile euadit laq̄os
in terris q̄ mentez h3 in celis. Prouerb. iiij.
Oēs semite ei9 pacifice. Sexto meliorē. i.
ꝑciosiorē ⁊ cariorē: q2 actiua multoꝝ ē. Cō-
tēplatiua vo paucoꝝ: q̄d significatuz est in
archa Noe. q̄ inferius erat lata ⁊ supius in
cubito ꝯsummata. Gen̄. vi. ¶ Septimo me
liorē. i. iocūdiorē ⁊ deuotiorē: q2 maria vn-
git: martha pūgit. Nam xp̄s in resurrectiōe
sua p̄mo marie apparuit. Mat. xxv. Secū
do more solito eā alloquut9 est vt quē nō co
gnoscebat vidēdo cognosceret audiēdo: q̄n
dixit ei. Noli me tangere ¶ Tertio se palpā
dū ei prebendo: q2 mulieres accesserūt ⁊ te-
nuerunt pedes eius ¶ Quarto officiū apl'a
tus ei iniūgendo q̄n dixit. Uade ad fratres
meos ⁊ dic eis. Ascēdo ad p̄rem meū: ⁊ pa
trem vestrū. deū meū: ⁊ deū vestrū. Joh. xx.
vt sic cognosceret ipsa gaudia sue glificatio
nis. per iesum xp̄m dn̄m nostrū. Amen.

¶ In festo sancti Jacobi apl'i. Sermo. xliij.

Sedeat vnus ad dex
teram tuā. Mat. xx. Et in euan
gelio p̄ntis solēnitatis. Ma

xxiij. dicit. Duo erunt in lecto vnus assume
tur et alius relinquet. Sup quo verbo mo-
ueo qonem. vtrũ beatus Jacobus rõnabili
ter assumptus fuerit ad spũalium dispensa
tioné. qui xpo attinebat ƀm temporalez co-
gnationé. ad istam qonem respõdent duo
doctores ecclie. ¶ Primus est btũs Aug9.
super illud Jaco. ij. Nolite in personarũ ac-
ceptione fidez habere dñi nostri iesu christi
dicés sic. Quis ferat si quis diuitem eligat
ad sedem honoris ecclie. cõtempto paupe-
re instructiore et sanctiore. hec ille. Secun-
dus est sanct9 Thomas scda secũde. q. lxiij.
art. ij. dicés sic. Circa consanguineos distin
guendũ est. quia qñqz sunt minus digni. et
simpliciter: et per respectum ad donum cõe.
et si sic dignioribus preferant est peccatũ pso
narum acceptionis in dispensatione spũa-
lium. Quãdoqz vero consanguinei sunt eq
digni vt alij. et sic licite possunt cõsanguinei
absqz personarũ acceptione alijs preferri.
quia saltẽ in hoc preeminent qꝫ de ipsis ma
ior fiducia haberi potest: vt vnanimiter se-
cum negocia ecclesie tractent. hec Thomas
¶ Sciendũ qꝫ ad dignitatem ecclesiasticam
potest quis assumi quattuor modis ¶ Uno
modo attenta cõditione nõ faciente ad cau
sam pter quã sit dignus hoc dono. Exem
plum. si qs pmoueat petrũ ad prelationem
vel magisteriũ qr est diues. vel qr est cõsan-
guineus su9. et sic est pctm acceptionis pso-
narũ. Deutero. xvi. Non accipias cuiusqꝫ p
sonã nec munera. Cõsanguinitas eñ facit
aliquẽ dignũ ad hoc qꝫ instituat heres pa-
trimonij. nõ aũt ad hoc qꝫ cõferat ei prela-
tio ecclesiastica. ¶ Secũdomodo attẽta con
ditione faciente ad causaz dignitatis vel de
biti. Exemplũ. si qs pmoueat aliquẽ ad ma
gisteriũ pter sufficientiã suã. hic attendit
causa debita et nõ persona. et sic maioris di-
gnitatis est ille qui magis abundat in spiri-
tualibus bonis et gratie donis. Uñ glo. sup
illud Eph. vi. Non est personarum acceptio
apud deum: dicit sic. Judex iustus causas di
scernit nõ personas. ¶ Tertiomodo attenta
conditione boni cõmunis. Exemplum. ille
qui est minus sanctus et minus sciens: põt
magis conferre ad bonum cõmune. pter
potentiam vel industriaz secularem. et quia
dispensationes spũalium principalius ordi
nant ad vtilitatez cõmuné. ƀm illud. i. Cor.
xij. Unicuiqz datur manifestatio spiritus
ad vtilitatem. ideo quãdoqz absqz acceptio
ne personarum in spũalium dispensatione.
illi qui sunt simpliciter minus boni. melori
bus pferunt: sicut etiaz et deus gratias grãs
datas: qñqz cõcedit minus bonis. Uñ extra
de offi. custodis. ca. vlti sup v. sanctiores. dr
qꝫ sufficit eligere bonũ. nõ aũt requirit qꝫ a-
liquis eligat meliorẽ: qr sic oĩs electio possit
habere calũniã. ¶ Quarto nõ attenta libera
litate assumentis. quãdo. s. gratis dat alicui
qd ei nõ debet. et talis est collatio muneruz
gratie per que pctõres assumunt a deo. et in
hac donatiõe nõ habet locũ acceptio perso
narum. qr apud deũ nulla potest esse iniqui
tas vel pctm. Nam quilibet põt absqz iniu-
sticia de suo dare quãtuz vult: et cui vult. ƀm
illud. Mat. xx. An nõ licet mihi qd volo fa-
cere. Tolle qd tuũ est et vade. et sic dixit xps
Jacobo et Johãni filijs Zebedei. Sedere
mecum ad dexteram vel ad sinistrã non est
meũ dare vobis: sed quibus paratum est a
patre meo. qd exponit quadrupliciter. ƀm
Cryß. Nõ est meũ dare vobis: qr nõ habeo
illud a me: sed a patre. ƀm Rabanuz. Non
est meũ dare vobis: sine vestro merito et la-
bore. ƀm Remigiũ. Non est meũ dare vo-
bis: talibus quales vos estis. s. superbis et
ambitiosis: sed humilibus. ƀm Hieronimũ
Non est meum dare vobis. ratione cogna-
tionis carnalis: sed electionis eternalis.
Dicit autem Chrysostomus qꝫ desiderare
bonum opus bonum est quia est nostre vo-
luntatis et nostra merces. desiderare prima
tum terrenũ vanitas est. Desiderare prima
tũ ecclasticuz vanitas et fatuitas ẽ. qr oz qꝫ
sit seru9 subditoꝝ. desiderare pmatũ celestẽ
temeritas ẽ. desiderare ipm ex merit pvidẽ-
tia ẽ. qr vo Jacob9 desiderauit remuneratõz
celestẽ et gliaz ex meritis. cũ xpo interrogãti
potestis bibẽ calicẽ quẽ ego bibitur9 suz. rñ
dit. possum9. iõ pr xpo ait Sedeat vn9 ad dex
terã tuã. p pdestinatõez etnal electiõis. ƀm
illud. Elegit nos in ipso añ mũdi cõstitutõez
¶ Sedeat vnus ad dexteram tuam.

- Per electionem.
- Per humiliationem.
- Per assumptionem.
- Per predicationem.
- Per passionem.
- Per glorificationem.
- Per subuentionem.

¶ Primo sedeat vnus ad

dexteram tuam per electionem. Diuina eñ

electio nõ attendit ꝯsanguinitatem. vt pȝ in
filijs zebedei. cognatis suis quos non elegit
ad custodiam ecclesie. Sed petrũ. nec etiam
ad regnũ sine martyrio quibus dixit. Nesci-
tis quid petatis. multis em̃ cõminat̃ dñs qui
eligũt ad p̄lationes ecclesie ꝯsanguineos p
Abac. ij. ca. dicens. Ve illis q̄ edificant syon
in sanguinibꝰ. Figura iudic̃. xx. ca. de abime-
lech spurio qui volens regnare sup sychimi-
tas ait. Considerate quia os vestrum ⁊ caro
vestra sum. ⁊ pmotus occidit. lxx. fratres su-
os vno excepto. ¶ Secũdo diuina electio nõ
attendit nobilitatez. Baruch. iij. Ibi fuerunt
gigantes noīati illi q̄ ab initio fuerũt statura
magna. sciẽtes bellũ. nõ hos elegit deꝰ. Et. i.
Cor. pmo. Videte vocationẽ vestrã fratres
quia nõ multi sapiẽtes ƀm carnem. nõ multi
potentes nõ multi nobiles. sed q̄ stulta sunt
mũdi elegit deus vt cõfundat sapientes. Et
que infirma sunt mundi elegit deus vt ꝯfun
dat fortia. ⁊ ignobilia mũdi ⁊ cõtemptibilia
elegit deus ⁊c. Tertio diuina electio nõ at-
tendit fragilitatẽ. Esa. iij. Dabo pueros pn̄ci
pes eoꝝ: ⁊ effeminati dñabunt eis. ⁊ corruet
populus. Exemplum leuite a. xxv. annis ⁊ su
pra debebant ministrare in tabernaculo dñi
vt dicitur Leuit. iiij. ¶ Quarto diuina electio
nõ attendit Pusillanimitatem. Deutero. xx.
Qui formodolosus ẽ ⁊ corde pauido reuer-
tatur. ¶ Quinto diuina electio reprobat sup-
bie vanitatẽ. vt pȝ in chore Dathan ⁊ Abirõ
contra quos deseuit ira dei. quia post supbiaȝ
⁊ violentiam volebãt accipere summũ sacer
dotium. Numeri. xvi. ⁊ in Ozia. Qui percus
sus est lepra. qm̃ presumebat adolere incen-
sum corã dño. ij. Paralipo. xxvi ¶ Sexto di-
uina electio reprobat falsitatẽ. Osee. iiij. Qr
tu scientiam repulisti. repellam te ne sacerdo
tio fungaris mihi. Et Esa. xxij. Hec dicit do-
minus exercituũ. Vade ⁊ ingredere ad eum
qui habitat in tabernaculo ad Sobnam pre
positum tẽpli. et dices ei. Quid tu hic: aut q̄
si quis hic: Quia excidisti tibi hoc sepulcruȝ
excidisti tibi in excelso memoriale. diligenter
in petra tabernaculum tibi. ecce dñs asporta
ri te faciet sicut asportatur gallus gallinatiꝰ.
¶ Septimo diuina electio reprobat cupidita
tem. vt patet in Iasone. ij. Machab. iiij. Qr
vero quedam istoruȝ erant in Jacobo. ideo
xp̃us refrenauit petitionem eius. Est autem
cõmendandus beatus Jacobꝰ ex diuina ele
ctione propter quattuor. ¶ Primo ratione re
ligionis. Nam beata Anna habuit primũ vi
rum Joachim: de quo genuit beatam virginẽ
matrem xp̄i quo mortuo accepit secũdum vi
rum Cleopham: de quo genuit aliaȝ Mariã
matrem Jacobi minoris. Joseph iusti. Sy-
monis ⁊ Thadei. quo mortuo accepit tertiũ
virum Salome: de quo genuit tertiam Ma
riam matrem Jacobi maioris. ⁊ Johannis
euangeliste. Hec autem propter xp̄m virum
suum reliquit. Crisostomus. Non eam vicit
maritalis affectus. quia ille temporalis erat
maritus. iste autez eternus sponsus. Cogno
uit em̃ ꝙ amplius prodesset marito suo si p
pter deum relinqueret virum: ꝙ̄ si ppter vi-
rum relinqueret deum. Cuius religionẽ ⁊ ad
xp̄m reuerentiam beatus Jacobus valde ap
probauit ⁊ ipsam in hoc bono pposito con-
firmauit. suadens zebedeo patri suo vt super
hoc non tristaretur: quoniam sic esset volun
tas dei. cui nemo resistere potest. Secundo
ratione vocationis. Nam vt dicit̃ Mat. iiij.
Ambulans Jesus iuxta mare galilee. vidit
duos fratres Jacobum ⁊ Johannem fratrẽ
eius cum zebedeo patre eorũ reficientes rhe
tia sua ⁊ vocauit eos. Illi autem relictis rhe
tibus ⁊ patre secuti sunt xp̄m. Cum em̃ xp̄s
sit lux mundi: qui sequitur eum illuminatur.
Johan. viij. Ego sum lux mundi. qui sequit̃
me non ambulat in tenebris: sed habebit lu-
men vite ¶ Tertio ratõne annumerationis.
Fuit enim tertius inter apostolos. Primus
fuit Petrus. secũdus Andreas. tertius Ja-
cobus. vt dicitur Math. x. Qui etiam dictꝰ
est Boanerges. i. filius tonitrui. vt dr̃ Mar.
iij ¶ Quarto ratione sanctificationis. Xp̃us
enim discipulos suos baptizauit. Johã. xiiij.
Jam vos mundi estis propter sermonẽ quẽ
locutus sum vobis. Et iterum. Qui lotus
est nõ indiget nisi vt pedes lauet. in quo ba-
ptismo puritatem innocentie assecuti sunt.
ꝙ̄uis in penthecoste plenius sanctificati fue
rint per aduentum spũssancti. psal. Ego aũt
in innocentia mea ingressus sum.

¶ Secundo sedeat vnus ad

dexteram tuam Per humiliationem. Unde
Ambro. in quodam sermone dicit sic. Quis-
quis cupit diuinitatis tenere fastigia. humili
tatis ima sectetur. Quicunq̄ vult fratrem p̄
uenire regnãdo. pus illũ p̄ueniat obsequen-
do. Sicut ait aplus. Honore inuicẽ p̄uenien-
tes. Vincat eũ officijs: vt posset eum vince-
re sanctitate. Hec ille. Sciendũm ꝙ mater
Jacobi ⁊ Johannis: que vocata est Maria

Salome. habuit opinionẽ regni ex hoc ꝙ do
minus dixerat. die tertia resurgam. Putauit
enĩ eũ illico regeneraturũ ꝛ auiditate feĩnea
pñtia cupiuit imemoꝛ futuroꝝ. Ambitio enĩ
filioꝛuz eius apparuit in quattuoꝛ. ¶ Primo
in submissione. Sagaces eniz fuerũt in hoc
ꝙ per se nõ petiuerunt sed matrem submise-
runt. Tum ne ceteros ꝯdiscipulos scãdaliza-
rent. Criso. Si nos rogamus magistrũ forsi
tan ceteroꝛum fratrum coꝛda concutimus.
Tum vt facilius impetrarent. Criso. Ip̃e do
minus qui maternos animos filioꝝ misera
tione impleuit. facilius exaudiet maternũ af
fectum. Tum quia si nõ discrete peteret: xp̃s
sibi facilius indulgeret. Criso. Si repꝛehensi
bilis inuenta fuerit: facile merebitur veniam
Ipse sexus excusabit erroꝛem. ¶ Secundo in
excusatione. Nam petere primatuz ꝑ aliquo
ipso ignoꝛante tolerabile est. pro consentiẽ-
te repꝛehensibile est. ꝑ se aũt vituperabile ẽ.
Hi autẽ vt excusarẽtur ab ambitionis nota
matrem submiserunt: ne viderentur ipsi ꝑte
re. ¶ Tertio in responsione. nã xp̃us benigne
ipsos repꝛehendit: dicẽs. Nescitis quid ꝑta-
tis. Criso. Benigne quidez eos repꝛehendit.
Non enĩ dixit. non sedebitis. ne duos cõfun-
deret. Nec dixit. Sedebitis ne ceteros irrita
ret. Matrez aũt noluit repꝛehendere. ꝓpter
simplicitatem. antiquitatẽ ꝛ maternuz amo-
rem. Sed dixit eis. potestis bibere calicẽ quẽ
ego bibiturus sum. Illi autem responderunt
Possumus. Non intelligentes de calice pas
sionis. quem etiam nõ poterant viribus suis
bibere si gratia dei nõ adiuuisset eos. Qð pȝ
in passione xp̃i in qua omẽs relicto eo fuge-
runt. Math. xxiiij. ¶ Quarto in zelatione seu
vindicatione. Nã zelo dñi inflammati volue
runt vt ignis descẽderet de celo ꝛ cõsumeret
samaritanos. Quib' xp̃s dixit. Nescitis cui'
spiritus estis. Filius hominis nõ venit aĩas
perdere. sed saluare. Luce. ix.

¶ Tertio sedeat vnus ad dex

teram tuã. Per assumptionẽ. Fuit enĩ beat'
Jaco. coꝛã xp̃o in vita sua valde g̃osus per
ei' assumptionẽ quadrupl'r. ¶ Primo cũ xp̃s
habuerit. lxxij. discipulos. si voluit eligere ad
q̃daz singularia facta duodecim ex illis. iste
fuit vn' de illis. xij. q̃ñ in ap̃latum est assum-
ptus ¶ Secũdo si xp̃s voluit facere gratiam
iiij. ap̃lis in reuelatõe mysterioꝝ dei. iste fuit
assumptus cũ eis. Mar. xiij. ¶ Tertio si xp̃us
voluit facere gratiã trib'. iste fuit vn' ex illis,
quia petrũ Jacobũ: ꝛ Johãnez assumpsit ad
suã gloꝛiosam transfigurationẽ. Math. xvij.
¶ Quarto si xp̃us voluit ostendere potentiã
sue diuinitatis in miraculis coꝛã tribus apo
stolis: iste fuit vn' ex illis. vt pȝ in suscitatio-
ne puelle archisynagogi. Luce. viij. Magna
est ergo Jacobi cõmendatio ex assumptiõe.

¶ Quarto sedeat vnus ad

dexteram tuã. Per pꝛedicationẽ. Vñ Mat.
x. dicit. Jesus cõuocatis. xij. discipulis suis. de
dit illis potestatez super oĩa demonia vt eij-
cerent ea: ꝛ curarent omnẽ languoꝛẽ ꝛ omnẽ
infirmitatem. pꝛecipiẽs eis ꝛ dicẽs. Euntes
pꝛedicate: dicẽtes quia appꝛopinquauit re-
gnum celoꝛuz. infirmos curate: moꝛtuos sus-
citate: lepꝛosos mundate: demones eijcite. H
ibi. ¶ Beatus Jacobus post ascensionez dñi
dum per Judeam ꝛ Samariam pꝛedicaret:
in hispaniam tandem iuit: vt ibi verbuz dñi
seminaret. vbi. ix. discipulos acq̃siuit. tandez
modicum ibi ꝓficiens in Judeam redijt vbi
quattuoꝛ magna fecit. ¶ Primo philetum cõ
uertit. nam cum in Judea p̃dicaret. Hermo-
genes magus cũ phariseis discipulum suuz
nomine philetum misit ad Jacobum cõuin-
cendum. Cũq; Jacobus. Philetum rõnabi-
liter cõuicisset ꝛ multa miracula coꝛam eo fe
cisset. s. cecos illuminando. infirmos curãdo
lepꝛosos mũdando: moꝛtuos suscitando: tã-
dem philetus ad fidem xp̃i conuersus est.
¶ Secũdo artem magicaz subuertit. Nã her-
mogenes pꝛedictus videns philetum ad fi-
dem xp̃i cõuersuz iratus arte sua magica eũ
immobilem fecit: dicens. Videbimus si Ja-
cobus tuus te soluet. Qð cuz philetus Jaco
bo per puerũ nũciasset. misit ad eum Jaco-
bus sudarium suũ: dicens. Accipiat sudariũ:
ꝛ dicat. Dominus erigit elisos: ꝛ ipse soluit
compeditos. Statimq; vt sudario tactus est
solutus est a vinculis ¶ Tertio demones ac
cendit. nam hermogenes aduocans demo-
nes pꝛecepit eis: vt Jacobũ cum Phileto ad
se adducerent. volens se de ipsis vindicare.
Venientes aũt demones vt iussa perficerẽt
in aere vlulare ceperunt. dicentes. Jacobe a
postole miserere nobis. quia anteꝙ tempus
nostrũ adueniat ardemus. Nam angeli dei
cathenis igneis nos religatos tenent ꝛ cru-
ciant. ¶ Quarto hermogenẽ ad pñiam addu
xit. Nam hermogenes ligatus a demonibus
ante Jacobuz adductus est. a quo cum ꝑte-
rent demones licentiam seuiendi in eum. nõ

cõcessit hoc Jacobus. sed ait Phileto: vt bona ꝓ malis reddamus: tu hermogenẽ solue. Quo soluto. ait Jacobꝰ Hermogeni. Uade liber quo volueris. Non est eñ legis xp̃i. vt inuitus quis cõuertatur. Jlle autẽ p̃noscens iras demonũ sumpto baculo Jacobi abijt. ⁊ omnes libros artis magice ad iacobum adduxit. quos ille in mare p̃ijci iussit. q̃bus proiectis Hermogenes penitentia ductus: fidez xp̃i suscepit. predicauit. ⁊ virtutes plurimas in xp̃i nomĩe fecit. vñ multos cõuertit.

¶ Quinto sedeat vnus ad

dexteram tuã. Per passionem. Si eñ xp̃us intrauit in gloriam dei merito sue passionis. Luce. xxiiij. Sic oportuit xp̃m pati ⁊ ita ĩtrare in gloriam suã. Eodẽmodo fideles intrãt in gl̃iam dei per passionẽ. Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorũ. Et Ro. viij. Si filij ⁊ heredes heredes quidẽ dei. coheredes aũt xp̃i. Si tñ compatimur vt ⁊ simul glorificemur. Beati Jacobi passio cõmendatur ex quattuor.

¶ Primo ratione demõstrationis. Cũ enim xp̃us p̃dixisset ei. Calicem quidẽ meũ bibetis: vt sciret de quo calice loquebatur. tempore sue passionis vadens ad ortum vt oraret patrem assumpsit Jacobum cũ Petro ⁊ Johanne: dicẽs. Pater si possibile est transeat a me calix iste. ¶ Secundo rõne cõsultatiõis. Anteq̃ eñ apostoli dispergerent ꝑ mundũ ad predicandum. congregato cõsilio in hierusalem. Simbolum composuerũt. in quo q̃sq̃ suũ articulum posuit. Jacobus aũt tertiũ articulum posuit: dicens. Qui conceptus de spiritusancto. Quos articulos vnanimiter predicauerunt. ⁊ scripturis sacris exposuerunt. vt patet in actibus apostoloꝝ. ꝓ quorum tamen defensione mortem subire nõ dubitauerunt. ¶ Tertio ratione miraculose operatiõis. Nam cũ duceretur ad decollandum: cõuertit Josiam. qui funẽ in collo eius iniecerat. quez etiã baptizauit. Cũq̃ transiret ꝑ viã ad passionem. paraliticũ in via iacentẽ ꝑfecte sanauit. ¶ Quarto rõne p̃miationis. Nã p̃mus inter ceteros ap̃los passus est capitis obtruncatione. licet etiã cũ eo decollatus fuerit Josias. ⁊ sic p̃mus inter eos p̃mia eterna vidit.

¶ Sexto sedeat vnus ad dex-

teram tuã. Per glorificationez. Nam eiꝰ anima sedet ad dexterã ꝑ contemplationem diuinitatis ⁊ humanitatis xp̃i. Eius autẽ corpus sedet ad dexterã. ꝑ miraculosam translationem. in qua ostendit miracula in quattuor elementis. ¶ Primo in aqua. q̃ a discipuli mari se exponentes sine regimine tranquillũ mare habuerũt. p̃s. Jn mari via tua ⁊ semite tue in aquis multis. ¶ Secũdo in aere. q̃a ventus scðus eis flauit. qui eos in portuz deduxit. p̃s. Deduxit eos in portũ voluntatis eoꝝ. ¶ Tertio in terra. qui cum corpus in terra super vnuz lapidem posuissent. mox lapis cessit. ⁊ in sepulcrum se mirabiliter coaptauit. ¶ Quarto in igne quia draconem ignẽ spirãtem virtute crucis per mediũ corpus eiꝰ sciderunt discipuli qui portabant. p̃s. Conculcabis leonem ⁊ draconem.

¶ Septimo sedeat vnus ad

dexteram tuaz. Per subuentionem. Nam in omni statu bea. Jaco. subuenit suis deuotis fideliter se inuocantibus. peccatoribus enim impetrat peccatoꝝ remissionez. Sicut refert Beda de illo q̃ peccatũ in cedula scripsit. ⁊ remissionẽ ꝓmeruit. Morientibꝰ subuenit contra demonuz infestationẽ. Sicut patz in illo cui laboranti in extremis apparuit bea. Jac. ⁊ burdone vtens ꝓ lancea ⁊ sacculo mulierculе ꝓ scuto demones effugauit. mortuos ꝓtegit ne incurrãt eternã dãnationem. Sicut refert Hugo de sancto victore. q̃ quidam vadens ad sanctũ Jacobũ: cũ suasu demonis se ipsum occidisset. ⁊ ad infernũ ductꝰ fuisset. a btõ Jac. liberatus est. Alios plures a diuersis infortunijs ⁊ periculis defendit. Sicut pz de illo qui liberatus est a custodia turris. ⁊ de illo qui iniuste suspensus celesti dulcedine refocillatus est: ⁊ patri redditus. ⁊ sic de multis ad gloriam sancti sui. Amen.

¶ Jn festo Sancti Dominici confessoris patris nostri. Sermo. xliiij.

Non põt ciuitas abscõdi supra montẽ posita. Math. v. ⁊ in euãgelio p̃ntis solennitatis David ꝓpheta in psal. dicit sic. Fundamẽta eiꝰ in mõtibus sanctis diligit dñs portas syõ sup̱ om̃ia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sup̱ quo talẽ moueo questionẽ. Utrũ religiosior institutio bti Dominici ardẽtissime charitatis sit celebrior portio chori angelici sup̱ne ciuitatis. Ad istaz q̃stionem rñdent tres doctores. ¶ Primus est btũs Hiero. cõtra Uigilantium: dicẽs sic. Ei qui asserit eos melius facere q̃ vtunt rebus

suis ꝛ paulatim fructus possessionū pauperibus diuidunt: ꝙ eos q̄ possessionibꝰ venūdatis semel omīa largiuntur: nō a me eis: sed a deo rn̄debitur. Si vis pfectus esse: vade ꝛ vēde oīa que habes ꝛ da pauperibus. ꝛ veni ꝛ sequere me. hec ille. Secūdus est beatꝰ Augu. libro de ecclesiasticis dogmatibꝰ: dicens sic. Bonū est facultates cū dispensatiōe pauperibus erogari. Melius est ꝓ intentione sequendi dn̄m insimul donare et absolutū sollicitudine egere cū xp̄o. Tertius est sanctus Tho. iiij. quotlꝫ dicens sic. Maxime vtile est peccatoribus vt ad religionē transeant. pctōribus em̄ duo sunt necessaria ad salutem.

¶ Primo quidem vt de peccatis p̄teritis penitentiaꝫ agant. Secūdo vt de cetero a peccatis abstineāt. Ad vtrūqꝫ aūt hoꝝ maxime opatur religio. ¶ Primo em̄ status religiōis est status pfecte penitentie. ita ꝙ nulla satisfactio adequari pōt penitentie religiosoꝝ. q̄ ꝛ se ꝛ sua totaliter deo dant. Unde ꝓ nullo peccato imponi potest homini ꝓ penitentia vt religionem introeat. Tamē in cōmutationem satisfactionis q̄rumcūqꝫ grauis cōsulitur religionis ingressus. vt pꝫ xxxiij. q. ij. cap. amouere. Ubi Stephanus papa quendam qui vxorē interfecerat inducit vt ingrediatur monasteriū ꝛ humiliatus sub manu abbatis cuncta obseruet q̄ sibi fuerint imperata. alioquin iniūgit ei grauissimā pn̄iam si eligit in seculo remanere. Similiter etiam ad vitāda peccata plurimū valet religionis status. Difficile em̄ est ꝙ in seculo cōmorantes a rebus mūdi non illiciant. ꝓpter qȯ Math. xix. ſm expōnem Crisostomi. dn̄s dicit hoc esse impossibile. s. ꝙ diues q̄ diuitijs inheret ꝑ amorem intret in regnū celoꝝ. Sed diues q̄ habꝫ diuitias ꝙ intret est valde difficile. Un̄ eccl. xxxi. dicit. Beatus diues q̄ inuentus est sine macula. ꝛ huius difficultatem subdit dicens Quis est hic ꝛ laudabimꝰ eum: ꝓpter qȯ vt Greg. dicit. Sancti viri vt ab illicitis abstineant: etiā licita p̄termittūt. Et dn̄s dicit. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad pn̄iaꝫ. Nam Matheū publicanū ad statuꝫ pfectionis vocauit. Math. ix. ¶ Sciendū ꝙ religio p̄dicatoꝝ cōmendat quo ad q̄ttuor. ¶ Primo q2 ordinat p̄ncipaliter ad docenduꝫ: p̄dicandum: ꝛ cōfessiones audiendū. Nā religio fratrum p̄dicatoꝝ ordinatur ad vtilitatē ꝓximorum ad obsequiū dei. ad cōseruationē diuini cultus. magis autem ꝓcuratur vtilitas proximorum per ea q̄ pertinent ad spūalem animę salutem: ꝙ per ea que ꝑtinent ad subueniendum corporali necessitati. quāto spūalia corporalibus sunt potiora. Nullū em̄ sacrificium est magis deo acceptū: ꝙ zelus animarum. vt Grego. dicit sup Ezech. Secundo ordinatur principaliter ad studendum. Naꝫ studium litterarū est necessariū religioni instituté ad predicandum. ꝛ ad alia hm̄ōi exercendum. Unde aplꝰs dicit Tituꝫ p̄mo. De episcopo ad cuius officiū hm̄ōi actus pertinent. amplectentē euꝫ qui ſm doctrinam est fidelem sermonem. vt potens sit exhortari in doctrina sana. ꝛ eos qui contradicunt arguere. Competit em̄ huic religioni principaliter intendere studio litterarum pertinentiuꝫ ad doctrinam que ſm pietatē est: vt dicit Titū p̄mo. Alijs autem doctrinis intendere nō ꝑtinet ad fratres predicatores. quorum tota vita diuinis obsequis mācipatur. nisi inquātum ordinatur ad sacram doctrinā. vt pꝫ in cōstitutionibus eorum. ca. de p̄dicatoribꝰ. et caplo de studentibus ¶ Tertio quia professio fratrum predicatorum est securior. Nam sancti patres qui hanc religionem instituerunt. nolentes hominibꝰ inijcere dānationis laqueū. sed magis viam salutis ordinauerūt talē pfessionis formā in qua ꝑiculū eē non posset. Un̄ pfessio coꝝ est cautissima ꝛ securissima forma pfitendi. qua nō ꝑmittunt se seruari regulā: sed obedientiaꝫ ſm regulam. Unde ex voto obligant ea q̄ ponūtur in regula tanꝙ p̄cepta. ꝛ q̄ p̄latꝰ ſm tenorē regule eis p̄cipere voluerit. Cetera vero q̄ nō cōtinentur in regula sub precepto non cadunt directe sub voto. Unde ea p̄termittendo nō peccant mortaliter. vt patꝫ in constitutionibus eorum, caplo de pfessione. Quarto q̄a religio fratrum predicatoꝝ nō obligat ad culpam. Nam pfessioni fratrum predicatorum nō contrariatur: nisi id qȯ est contra p̄ceptū regule. Transgressio autem vel omissio aliorum: nō obligat: nec ad peccatū veniale: neqꝫ mortale. ex suo genere sed solum ad penam taxatam substinendaꝫ. Unde in constitutionibus eoruꝫ in principio dicit sic. Volumus ꝛ declaramus vt cōstitutiōes nostre nō obligent nos ad culpam. sed ad penā tantum. nisi ꝓpter preceptum vel contēptum. Ista religio figurata est ꝑ montem in quo Loth saluatus est. vt dicitur Gene. xix. Propterea non potest ciuitas. id est religio fratrum predicatorum abscondi. posita supra monteꝫ. id est firmitatē ꝛ altitudinem eterne salut. quā

beatus dn̄icus spiritusancto inspiratus ad
inuenit ⁊ instituit.

¶ Non potest ciuitas abscondi posi-
ta supra montem.
Diuinitatis supernorum.
Ordinabilitatis angelorum.
Maturitatis patriarcharum.
Intellectualitatis ꝑphetarum.
Noscibilitatis apostoloꝝ.
Immobilitatis occisoꝝ.
Caritatis confessorum.
Uenustatis immaculatoꝝ.
Sublimitatis creatorum.

¶ Primo beati Dominici

religio ⁊ vita nō pōt abscondi posita supra
montem supernoꝝ. Nam btūs Dn̄icus pre
uisus est esse similis filio dei. Daniel. iij. dr.
Ecce ego video viros solutos quattuor: am
bulantes in medio ignis ⁊ nihil corruptōis
in eis est. Et species quarti est similis filio
dei. Tres viri in camino ignis ardētis cari-
tatis sunt pater. filius. ⁊ spūssanctus. Deu-
tro. iiij. Deus noster ignis cōsumens est. ⁊
quartus est beatus Dn̄icus qui maxima ar
debat caritate. Cēturio in passione xp̄i hūc
preuidit ardentē caritate: cum ait. Uere fi-
lius dei erat homo iste. Math. xxvi. ⁊ Job.
Apocal. i. dicit. Uidi similem filio hominis
Recte beatus Dn̄icus est similis filio dei.
in mūdi cōuersione. sicut xp̄us fuit filius dei
in mundi redēptione. Status mundi sunt
quattuor. ¶ Primus fuit creationis. ⁊ tunc
generatio filij dei fuit exemplar talis ꝓdu-
ctionis. psal. Omnia in sapientia fecisti ⁊c̄.
Job. i. Omnia per ipsum facta sunt. ¶ Se-
cundus fuit redēptionis. ⁊ tunc generatio
filij dei per virginē fuit exemplar. psal. Ue-
rūtamen deus redimet animā meaȝ de ma
nu inferi cum acceperit me. Job. i. Gratia
⁊ veritas per iesum christū facta est. ¶ Ter-
tius fuit cōuersionis. Luce. xiiij. Misit ser-
uū suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt
scȝ per penitentiā: ⁊ tunc btūs Dn̄icus fuit
exemplar. Unde cantat̄ de eo. Mundū vo
cans ad agni nuptias hora cene paterfami
lias seruū mittit ꝓmittens varias vite deli
tias. Ad hoc cōuiuiū tam per magnificū ele
git nunciuȝ sanctū dn̄icum. ¶ Quartus erit
innouatiōis. ⁊ tunc Enoch ⁊ Helyas erunt
exemplar. Malach. iij. Ecce ego mittam vo
bis Helyam ꝓphetam anteꝙ̄ veniat dies
dn̄i magnus ⁊ horribilis: ⁊ cōuertet corda
patrū ad filios: ⁊ corda filioꝝ ad patres eo
rum: ⁊ percutiam terrā anathemate. Apo-
cal. xi. dicit̄. Dabo duobꝰ testibus meis ⁊ ꝓ
phetabunt diebꝰ mille ducentis sexaginta
amicti saccis. Quia vero Beatus Dn̄icus
fuit in tertio statu mundi. scȝ conuersionis.
ideo vt mundus facilius cōuerteret̄. debuit
in om̄ibus esse similis filio dei. per ardentis
simam caritatē. ¶ Primo in annūciatione.
Sicut em̄ xp̄us fuit annūciatꝰ beate virgi-
ni per angelum dicenteȝ. Ecce concipies in
vtero ⁊ paries filium. Luce. i. Ad ostendē-
dam ꝓlis magnitudinē: quātum ad effectū
humane redēptionis. Sic btūs Dn̄icus ma
tri sue per spm̄sanctū in specie catuli accen-
sam faculam in ore baiulātis que totuȝ mū
dū illustrabat. monstratus est ad ostendendū
eiꝰ officiuȝ q̄ntū ad effectū hūane ꝯuersiōis
ſm illud. Lu. xvi. Sed ⁊ canes veniebant ⁊
lingebant vlcera eius. i. predicatores vlcera
peccatoꝝ: lingua medicinalis predicatiōis
suauiter sanabant ⁊c̄. ¶ Secūdo in demon-
stratione. sicut em̄ xp̄us monstratus est gē-
tibus quas ad se vocauit per apparitioneȝ
stelle. Unde dicūt. Math. ij. Uidimus stel
lam eius in oriente. ⁊ venimus adorare eū.
Sic btūs Dn̄icus cuidā matrone dū ipsum
se sacro fonte leuaret stellā lucidissimaȝ in
fronte gestans per spm̄sanctū demonstra-
tus est. Unde cantat̄ de eo. Stella micans
in fronte paruuli nouū iubar premōstrat se
culi. ¶ Tertio in recōciliatione. sicut em̄ xp̄s
venit in mundū vt ipsuȝ recōciliaret deo pa
tri per caritatem. Ro. v. Cum inimici esse-
mus reconciliati sumus deo per mortē filij
eius. Sic btūs Dn̄icus missus est in mun-
dum vt recōciliaret ipsum filio dei qui vene
rat mundum iudicare ⁊ finem peccatori-
bus imponere. ſm illud. Math. v. Ualet vl
tra vt mittatur. sicut patet in visione osten-
sa quibusdam sanctis viris. ¶ Quarto in pre
dicatione. sicut em̄ xp̄us venit in mundum
vt predicaret mysteriuȝ regni dei. Luce. iiij.
Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare
verbum dei. quia ideo missus sum. Sic bea
tus Dominicus missus est a deo ad predi-
candum. ſm illud. Gal. primo. Cum auteȝ
complacuit ei qui me segregauit ex vtero
matris mee ⁊ vocauit per gratiam suam vt
reuelaret filium suum in me vt euangeliza-
rē illū in gentibꝰ cōtinuo nō acquieui carni
⁊ sanguini ⁊c̄. ¶ Quinto in institutione.
Sicut enim christus elegit duodecim apo-

stolos quibus tradidit regulam ⁊ formã vi-
uendi ꝫm charitatem. Luce. x. Quibus man
dauit vt ꝑdicarent. Mar. xvi. Sic beatus do
minicus volens eligere regulam bene viuen
di premissis orationibus ⁊ ieiunijs. cũ duo-
decim fratribus nouum ordinem qui dicere-
tur fratrum predicatorum instituit. quẽ a pa
pa Honorio confirmari instanter petijt. ⁊ sic
factum est. ¶ Sexto in refectione. Sicut eñ
xp̃us semel satiauit. iiij. milia hoīum ex sep-
tem panibus. Mar. vij. Et alia vice quinq̃
milia hoīm ex quinq̃ panibus. Joh. vi. Sic
beatus Dominicus semel Bononie satiauit
xvi. fratres ex vno pane multiplicato in ma-
nibus eius celesti benedictione. Iteruz Ro-
me impetrauit a deo panes sufficiẽtes ad sa
tietatem. xl. fratrũ apportatos ministerio an
geloruz. vt pz ⁊c. ¶ Septimo in solutione. Si
cut eñ xp̃us misit petrũ ad mare vt denariũ
in ore piscis inuentũ daret ꝑ tributo. Mat.
xvij. Sic beatus Dñicus nõ habens vñ sol-
ueret pro nauigio: orauit ad dñm ⁊ apparuit
denari9 in terra miraculose quẽ soluit naute.
¶ Octauo in suscitatiõe. Sicut eñ xp̃s ado-
lescentem a mortuis suscitauit. Luce. vij. Et
filiam archisynagogi. Math. ix. Et lazarum
quadriduanuz. Joh. xi. Sic beatus Dñicus
nepotem dñi stephani de fossa noua cardia
lis suscitauit. ⁊ architectorem laborantem in
ecclesia sancti Sixti diu mortuũ sub maceria
cadente suscitauit. Et tholose. xl. peregrinos
in flumīe submersos suscitauit. ¶ Nono in re
nũciatione. Sicut eñ xp̃s vt cognouit quia
venturi erant homīes ad ip̃m vt raperẽt eũ
⁊ facerent eũ regem: fugit ab eis. Jo. vi. Sic
beatus dñicus presentiens se electum ep̃m
Coceranensem omīno renuit. ⁊ ab eis fugit.
¶ Decimo in penetratione. Sicut eñ xp̃s vt
certificaret discipulos suos de veritate sue re
surrectionis: intrauit ad eos ianuis clausis ⁊
multis argumentis se resurrexisse probauit.
Jo. xx. Sic beatus Dñicus cũ sero ad quod
dam monasteriũ declinasset orõne fusa clau
sis ianuis cũ socio introiuit. etiã discedens a
cõflictu hereticoꝝ cum quodã cõuerso cister-
ciensi. sero ad quandaz ecclesiam declinauit.
in quam ianuis clausis mox intrauit cum so
cio prece ad deum premissa. ⁊ sic patet ⁊c.
¶ Undecimo in transsubstantiatione. Sicut
enim xp̃s mutauit aquam in vinũ in conspe
ctu discipuloꝝ suoꝝ. Joh. ij. Sic beatus Do-
minicus in partibus Tholosanis cum mul-
tis fratribus iter faciens compatiens infir-
mitati eorum ob stomachi necessitatez cũ vi-
no deficerent. iussit vas magnum impleri a-
qua: quam in vinum conuertit oratione fusa
¶ Duodecimo in disciplinatione. Sicut enim
xp̃us in fonte diuinitatis omnia didicerat:
ita vt mirarẽtur iudei: dicentes. Quomodo
hic litteras scit cum non didicerit. Johã. vij.
Sic beatus dominicus requisitus a quodaz
doctore. in quib9 libris studuerat magnalia ⁊
secreta mysterioꝝ dei que predicabat. Res-
pondit. In libro charitatis qui de omnibus
docet. Decimotertio in superatione. Sicut
enim xp̃us superauit dyabolum tẽptantem
eum vt de pinnaculo tẽpli se deijceret. Ma-
thei. iiij. Sic beatus dominicus dum quadã
nocte deuotius oraret dyabolus de tecto ec
clesie magnum lapidem iuxta eum ꝓiecit. vt
etiam tangeret caputiuz cappe eius. sed vir
dei immobilis perseuerans in oratione dya
bolum superauit. Nam subito voce horribili
eiulans cõfusus abscessit ⁊c. ¶ Decimoquar-
to in miseratione. Sicut eñ xp̃us fuit mise-
ricors. ita vt etiam iuuenem volentem se seq̃
docuerit vt venditis omnib9 precium eorum
pauperibus erogaret. Math. xix. ⁊ Lu. xviij.
Sic beatus dominicus cum palẽtie vbi stu-
debat: fames valida esset: libros cũ omī sua
supellectili vendidit. ⁊ precium eorum pau-
peribus erogauit. ꝫm illud Job. xxxi. Ab in-
fantia creuit mecum miseratio. ⁊ de vtero e-
gressa est mecum. ¶ Decimoquinto in mace-
ratione. Sicut eñ xp̃us ieiunauit. xl. diebus
et. xl. noctibus. vt dicitur Math. iiij. Sic bea
tus dominicus in partib9 Tholosanis vt ab
heresi reuocaret quasdam matronas per to-
taz quadragesimã in pane ⁊ aqua ieiunauit.
⁊ super nudam tabulam post longam vigiliã
lassa membra reclinabat. quas tandẽ conuer
tit. ¶ Decimosexto in preseruatione. Sicut
eñ christus iussit petrum ad se venire illesuz
super aquas. Math. xiiij. Sic beatus domi-
nicus cum in partibus Tholosanis quendã
fluuiũ pedes transiret. libri eius in aquaz ce-
ciderunt. die autẽ tertia piscator quidam ha-
muz ibi ꝓijciens. libros illesos extraxit nul-
lam maculam habentes. ¶ Decimoseptimo
in oratione. Sicut eñ xp̃us in montem exi-
uit solus orare. Math. xiiij. Sic beatus Do
minicus continue in ecclesia pernoctabat vi
gilans ⁊ orans ⁊ tres singulis noctib9 de ma
nu propria sibi dabat disciplinas cum cathe-
na ferrea. scz vnam pro se. secundam pro pec-
catoribus qui sunt in mundo. tertiam ꝑ aia-

bus que cruciabantur in purgatorio. Deci-
mooctauo in compassione. Sicut enim xp̄s
maxime cōpatiebatur peccatoribus eos be-
nigne suscipiendo. qꝛ non egent qui sani sũt
medico. sed male habētes. Math. ix. Sic be
atus Dominicus super peccatis hominũ mi
rabiliter compatiens quando appropinqua
bat ville vel ciuitati quam posset a longe vi-
dere totus ī lachrymas soluebatur. ¶ Decio-
nono in curatione. Sicut enim ad tactũ fim
brie vestimenti xp̄i. mulier que. xij. annis flu
xum sanguis patiebat͛ salua facta est. Mat.
ix. Sic ad osculum manus Beati Dominici
missam celebrantis restrictum est lubricum
carnis in quodam scholari. ¶ Uicesimo in ex
pulsione. s. demonum. Sicut em̄ xp̄us ab ob
sessis corporibꝰ multa demonia expulit. Ma
thei. xij. ⁊ Luce. viij. Sic beatus dominicus
cum sibi presentatus esset quidaꝫ multis ob
sessus demonijs. suo scapulari eum circa col
lum cinxit ⁊ liberauit. ¶ Uicesimoprimo ī fa
tigatione. s. itineris. Sicut em̄ xp̄us fatigatꝰ
ex itinere sedebat super fontem. ad quē con-
fluebat multitudo populorum quibus predi
cabat. Johan. iiij. Sic beatus dominicꝰ post
laborem itineris ad aliquē fontem declina-
bat ⁊ multitudo populoꝝ ad eum exibat: vt
audirent verbum dei. quos ad penitentiam
conuertebat. ¶ Uicesimosecundo in consola
tione. Sicut em̄ xp̄us nouā instituens eccle-
siam in sacramenti sui institutione preuidit
multos ex discipulis suis retro abeuntes: et
alios ꝯuocans ait. Nunq̄d ⁊ vos vultis abi-
re. Qui dixerunt. Domine ad quem ibimus.
Uerba vite eterne habes. Johan. vi. Sic be-
atus Dominicus in principio sui ordinis su
per eum sanctospiritu dn̄i conuocatis fratri
bus ad capitulum predixit eis quosdam ex
suis fratribus ab ordine egressuros. Qd̄ nō
multo post rei probauit euentus. alijs rema
nentibus in ordine. ¶ Uicesimotertio in con
uersatione. Sicut em̄ xp̄us cōmunem vitam
duxit cũ peccatoribus: adeo vt pharisei dice-
rent. quare cũ publicanis ⁊ peccatoribꝰ man
ducat magister vester? Mar. ij. Sic beatꝰ Do
minicus saluo honestatis timore cũ fratribꝰ
suis cōuersabat͛ firma mētis equalitate. pla-
cida facie. magna benignitate. suaui eloquio
mira cōitate. ¶ Uicesimoquarto in distinctio
ne. Sicut em̄ xp̄s designauit. lxxij. discipłos
suos ⁊ misit illos binos ante faciem suam in
omneꝫ ciuitatem ⁊ locũ quo erat ipse ventu
rus. Luce. x. Sic beatus Dominicus fratres
suos per totum mundum binos dispersit vt
verbum domini predicarent. ¶ Uicesimoqn-
to in exhortatione. Sicut em̄ xp̄us anteq̄ꝫ ex
hoc mũdo transiret ad patrem. hortatus est
discipulos suos ad charitatem: humilitatem
⁊ paupertatem. Joh. xiiij. Sic beatus Domi
nicus instante vite termino. conuocatis. xij.
fratribus conuentus Bonon̄. testamentum
condidit: dicēs. Hec sunt que vobis filijs he
reditario iure possidenda relinquo. Charita-
tem habete. humilitatem seruate. pauperta-
tem voluntariaꝫ possidete ⁊c̄. ¶ Uicesimosex
to in recreatione. Sicut em̄ xp̄us cum disci-
pulis suis cenam fecit. in qua passionem suā
eis predixit. Math. xxvi. Sic beatus Domi-
nicus pauloante obitum suũ Bononie quos
dam compatriotas suos valde deo deuotos
visitauit. predicēs eis dum adhuc esset sanꝰ.
Scitote q̄ꝫ ante assumptionē dn̄e nostre sub
mouebor ab hac vita mortali. Qd̄ rei proba
uit euentus. Nam parum ante assumptiōeꝫ
domīe nostre obijt. ¶ Uicesimoseptio in dila
tatione. Sicut em̄ xp̄us in cena orauit ꝑ dila
tatione xp̄iane religiōis: dicēs. Pater mani-
festaui nomen tuũ hominibus quos dedisti
mihi. nũc autē ꝑ eis rogo ⁊c̄. Johan. xvij. et
ad Petrũ ait. Ego rogaui pro te petre: vt nō
deficiat fides tua. ⁊ tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos. Math. xxvij. Sic bea
tus dominicus ī deũ absorptus eleuatis ma
nibus ait. Pater sancte tu scis quia libenter
persititi in voluntate tua ⁊ eos quos dedisti
mihi custodiui: ⁊ conseruaui. quos in mani-
bus tuis cōmendo. ⁊ consolans eos ait. Sci
tote me vtilioreꝫ vobis fore mortuũ q̄ꝫ viuũ.
quia ad patrem vado. ¶ Uicesimooctauo in
reuelatione. Sicut em̄ instāte xp̄i morte Cē-
turio vidit gloriaꝫ dei ⁊ ait. Uere filiꝰ dei erat
homo iste. Math. xxvij. Sic instante bt̄i dn̄i
ci obitu. quidā scholaris Bononie vidit ī ec-
clesia sc̄ti Nicolai fratrũ p̄dicatorum bt̄m̄ do
minicum sedentē in cathedra gl̄ia ⁊ honore
coronatuꝫ. sicut ipse eidem reuelauit ⁊ sic cer
tificatus est. ¶ Uicesimonono in operatione
scꝫ miraculoꝝ. Sicut em̄ in morte xp̄i multa
corpora sanctoꝝ que dormierāt surrexerũt.
rebaris accedere o homo. territus solo audi-
tu ad filiū fuge Jesum hunc tibi fratrē Ma-
ria dedit. sed forsitan etiam in ip̄o maiestatē
vereris diuinam aduocatam vis habere ad
ipsum. ad Mariam recurre. Paratur siqui-
dem humilitas in maria. nec dubiū dixerim:
exaudietur ⁊ ipsa ꝓ sui reuerentia. hec ille.
Dauid in gaudio ⁊ exultatione. ij. Reg. vi.
Dauid ⁊ omnis israel deducebant archā dn̄i
cum gaudio. et erant cum eo septem chori. h
ibi. Per dauid signatur xp̄us. ꝑ. vij. choros
vniuersitas sanctoꝝ qui omēs beatam virgi
nem honorabiliter in celū deduxerunt tāq̃
archam que continuit manna celestis dulce
dinis quo nutriūtur filij israel fideles in de-
serto huius mundi. Hanc xp̄us per seipsum
venit reducere in ciuitatem ⁊ domū eternā
cum benedictione ⁊ collocauit in throno se-
cum. Augustinꝰ. Ubi posuit idem rex qd ex
te sumpsit. ibi posuit ⁊ te reginā ex qua sum-
psit. hec ibi. ⁊ in p̄s. Surge domīe in requiē
tuam tu ⁊ archa sanctificationis tue ⁊c̄.
Salomon in gratiarū ministratiōe. Cant.
i. Introduxit me rex in cubiculum suū. ⁊ hoc
vt ei ministret. Ecclesi. xxiiij. In habitatione
sancta coram ipso ministraui. Augustinꝰ de
beata virgine ait. Per te hereditamus mise-
ricordiam miseri. ingrati grām. veniā pecca-
tores. sublimia infimi. celestia terreni. morta
les vitam. patriam peregrini. Quicq̄d ꝑ te
habemus. q: nō sufficit admirari est enarra-
re difficile. Helyas in nubis eleuatione iiij.
Reg. xviij. Ecce nubecula quasi vestigiū ho-
minis ascendebat de mari. Beata virgo fuit
nubes que aridos rigat ⁊ fecundat steriles.
fructus ad maturitatē btē cōsummationis ꝑ
ducit ꝓpter sui humilitatē. Esaias in clarita-
tis coequatione. Esa. xxx. Erit lux lune sicut
lux solis. quia claritas beate virginis debuit
esse similis claritati xp̄i in patria celesti ⁊c̄.
Jeremias in aquile volatiōe. Jere. xlix. Ec
ce aq̄la volabat ⁊ ascendebat ⁊ expandebat
alas suas super terrā. Beata virgo est aq̄la
q̄ acutissimū habuit visum fidei. ipsa quidē
volauit ꝑ mediū celū cōtemplando. Sed ho
dierno die ascēdit ⁊ volauit altius ceteris sā
ctis sicut aquila q̄ altius volare diciť. Augu.
Ut redderes gl'ie pctōrem vsq̃ ad gl'iam tu
gl'iosa ꝑfecta es vt supno rege excepto nihil
te sit supans in superis. hec ille. Ezechiel i
montis habitatione. Ezech. xi. Ascēdit gl'ia
dn̄i de medio ciuitatis ⁊ requieuit sup mon-
tē q̄ est ad orientē vrbis. Btā virgo ascēdit
de medio ciuitatis. s. mūdane ad mōtem gl'ie
supne vbi quiescit coronata floribꝰ. xvi. rosa-
rum. In cuiꝰ corone anteriori pte sunt q̃ttuor

rose in posteriori quattuor. in dextera quattuor. in sinistra q̄ttuor: pp̄ter qȯ cātat eccl̄ia. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum. i. vaticinia pp̄hetarum.

Quarto Maria elegit optimaʒ p̄tem legis sapiētialis.

Sciēduʒ ꝙ lex sapiē est lex iesu xp̄i, in qua diligēter se exercuit btā virgo maxie circa quattuor. Primo circa assiduā orōnem et grārum actionē. Act. i. Hij oēs erāt p̄seuerantes in orōne cū mulieribus τ matre iesu maria. τ glo. sup illō Luce. i. Exultauit spūs meus τc. dicit sic. Totum interioris animi affectū: in agendis gratiarū laudib⁹ offero. totū qȯ viuo: qȯ sentio: qȯ discerno in eius magnitudinē ɔtemplandam τ eius p̄ceptis obseruandis impendo. In ipso tm̄ exulto ꝙ terrena nō curo p̄speritas me nō extollit: aduersitas me nō frangit sed illius sola spūs me⁹ delectat, memoria a quo salus eterna sperat̄ illi⁹ ꝑpetua diuinitate letat̄. cuius cōceptione caro mea fecundatur. hec ibi. Secūdo circa sacroꝝ locoꝝ visitationem. Vn̄ sctūs Odilio dicit sic. Si scire volumus q̄d dei genitrix post xp̄i resurrectionem anteꝙ̄ celos ascenderet agebat sine dubio loca natiuitatis, passiōis. sepulture. resurrectionis ascensionis frequēter visitabat τ in eis lachrymas fundebat. τ oris sui sanctissimi oscula imprimebat. hec ille. Et btūs Hieroñ. in sermone de assumptione dicit sic. Fortassis pre nimio amore in loco in quo filius eius natus, mortu⁹: ac sepult⁹ dicit̄. interduʒ eā habitasse credim⁹ ꝑ q̄ pijs pasceret̄ internus amor obtutibus: nō ꝙ iā viuēs cū mortuis q̄reretur. Hoc enī hēt impatiens amor: vt que desiderat semꝑ īuenire se credat ignorat q̄ppe iudiciū: rōne multotiens caret. modum nescit. Amor enī nō accipit de impossibilitate solatiū: neqꝫ de difficultate remediū hec ille. Tertio circa ap̄loꝝ instructionem. Vn̄ Hiero. vbi supra dicit sic. Ecce dn̄o iesu ascendente in celū vacat virgo in schola virtutū. cōuersat̄ cū senatoribus celi infra curiā padisi: sub disciplina spūssancti totiusqꝫ maiestatis diuine. Virgo beata intra chorū apostolorū post ascensionem dn̄i Jesu intrans τ exiens: familiarius de xp̄i incarnatiōe ac resurrectiōe cū eis cōtulit: quā sane beatissimā virginē: τ si om̄s discipuli venerati sunt. Johannes tamē amplius τ specialius vsqꝫ ad finem vite sue sibi deseruiuit. hec ille. Quarto circa cōmunem cōuersationeʒ. Per speciales eniʒ prerogatiuas gratie fuit conuersata cum apostolis cū Petro ꝑ diuinitatis τ humanitatis cognitionē. Cum Paulo ꝑ altam cōtemplationem. Cum Andrea per precordialē ad crucem deuotioneʒ. Cum Jacobo ꝑ virginitatis cōseruationē. Cum Johanne ꝑ maternalem affectionē. Cum Thoma ꝑ fortium operuʒ aggressionem. qn̄ dixit Joh. xi. Eamus τ nos τ moriamur cum illo. Cū Jacobo alphei. per eius in vtero sanctificationē. Cum philippo per precipuā cū xp̄o familiaritatem. Cum Bartholomeo per feruēteʒ orationē. Unde dixerunt demones. Bartholomee. incendūt nos oratiōes tue. Cuʒ Matheo ꝑ terrenoꝝ despectioneʒ. Cū Symone per mandatoꝝ dei promptā executionē. Cuʒ Thadeo per mētis mūditiā τ purificationē. Quia vero apostoloꝝ oīm in se coegit merita. Jō circa ipsaʒ hodie noueʒ mirāda sunt exhibita indubitanter ab oībus catholicis tenenda. Primuʒ est oīmoda consolatio. scʒ per angelum a deo missum q̄ eam reuerēter salutauit. Secūdum est apostoloꝝ omniū congregatio. s. per angelos qui eos per iudeā dispersos ɔgregauerunt ad hostiū virginis. Tertiuʒ est sine dolore cōsummatio. s. vt sine dolore moreret̄. Quartum est sepulture in valle iosaphat preparatio. similis sepulture xp̄i de nouo cōstructe. Quintū est exequarum deuotio. s. per iesum, τ eos q̄ cū eo aduenerant τ per apostolos. Sextum est christi τ totius curie celestis obuiatio. scʒ post tres dies sue mortis. Septimū est iudeoꝝ persecutio volentiū feretrum euertere τ corpus illud cōburere. Octauū est miraculoꝝ choruscatio circa eos qui manus ad feretruʒ applicauerunt. Nonuʒ est in anima τ corpore simul assumptio ex eis que christus contulit cū apostolis super hoc. vt patet in legendis ex dictis sancti Cosme Johannis Damasceni. τ Augustini.

Quinto Maria optimā partem elegit legis spiritalis.

Sciendum ꝙ angeli habent quattuor proprietates. scilicet caritatem. virginitatem. humilitatem. τ ministerium. Eodem modo beata virgo tria prima habuit. Bern̄. Beata virgo in montana cum festinatione abijt: τ hic fuit virginis ascensus: vt difficile rumperetur funiculus triplex. Feruebat siquidem in querenda gratia caritas. Splendebat in carne virginitas: τ obsequio eminebat humilitas. hec ille.

¶ De ministerio ipsa dicit. Eccl'.xxiiij. In ha-
bitatōe sctā corā ipso ministraui. Propterea
ipa hodie honorabil'r celos ascēdit. Hieron̄.
Quis illud cogitare sufficiat ꝙ gl'iose hodie
regina mundi precesserit. Quāto deuotiōis
affectu tota in eius occursum celestiū legio-
nū ꝓdierit multitudo. Quātis ad tronū gl'ie
canticis sit deducta: ꝙ placito vultu: ꝙ sere-
na facie: ꝙ diuinis amplexibus a filio sit su-
scepta. ⁊ super oēm creaturā exaltata. Hodi-
erna die credendū est militiam celoꝝ festiue
dei genitrici obuiā aduenisse: eācꝫ ingēti lu-
mine circūfulsisse. ⁊ vsqꝫ ad tronuꝫ gl'ie cum
laudibus ⁊ cāticis spūalibꝰ ꝑduxisse. celesteꝫ
quocꝫ militiā hierl'm tūc ineffabili leticia ex-
ultasse. ⁊ iocūdatā ineffabili caritate ⁊ oī gra-
tulatione iubilasse. hec ille. In eiꝰ aūt ascen-
su angeli infime hierarchie ꝓponūt qōnē an-
gelis medie hierarchie: dicētes illud. Canti.
iij. Que est ista q̄ ascendit ꝑ desertū sicut vir-
gula fumi ex aromatibꝰ mirre ⁊ thuris ⁊ vni-
uersi pulueris pigmētarij. Qđ exponēs Hie-
ron̄. de btā ꝟgine dicit sic. Sicut virgula fu-
mi q: ğcilis ⁊ delicata: q: diuturnis extenua-
ta disciplinis ⁊ cōcremata tota incēdio pij a-
moris ⁊ desiderio caritatis. Uirgula inq̄t fu-
mi ex aromatibꝰ: q: repleta multis erat virtu-
tum odoribus manās ex ea fragrabat odor
suauissimꝰ in spiritibꝰ angelicis. Ascēdebat
aūt de deserto p̄ntis seculi ꝟga de radice iesse
olim exorta. Sed mirabanꝛ electorū aīe pre
gaudio: q̄ nā esset q̄ etiā cūctoꝝ meritoꝝ ꝟtu-
tibꝰ angeloꝝ vinceret dignitatē. hec ille. Nūc
ascensuꝫ decoris admirātes āgeli medie hie-
rarchie ꝓponūt qōnem angelis suꝑioribꝰ di-
centes illud. Cant. vi. Que est ista q̄ ꝓgredi-
tur quasi aurora cōsurgēs pulcra vt luna. ele-
cta vt sol. terribilis vt castroꝝ acies ordinata
quasi aurora fuit virgo nascēdo. pulcra vt lu-
na cōcipiēdo: s̄ vt sol refulgens in corꝑe gl'i-
ficato. Bern̄. Tota cōglomeraꝛ angeloꝝ fre-
quētia. vt videat reginā sedentē a dextris ꝟ-
tutis dei in vestitu deaurato in corꝑe semper
glorificato circūdata varietate. hec ille. Eun-
dē ascensum admirātes angeli supreme hie-
rarchie ꝓponūt qōnē oībus electis. dicētes
illud. Cant. viij. Que est ista que ascendit de
deserto delitijs affluens innixa suꝑ dilectuꝫ
suū. Bern̄. Quid in delitias dixerim virgini-
tatis decus: cū munere fecūditatis. humilita-
tis insigni distillantē sinuꝫ caritatis. miseri-
cordie viscera. plenitudinē gr̄e. prerogatiuaꝫ
glorie singularis. Hec est cuius salutationis
vox ⁊ ipsos exultare facit ī gaudio quos ma-
terna adhuc viscera claudūt. ꝙ si paruuli nec-
dum nati aīa liquefacta est. vt maria loquu-
ta est. q̄d putamꝰ q̄ nā fuerit illa celestiū exul-
tatio: cū ⁊ vocē audire ⁊ videre faciē: ⁊ eiꝰ btā
frui p̄ntia meruerit. hec ille.

¶ Sexto Maria optimam

partē elegit legis finalis. Nam in vltima re-
surrectiōe beatificabunꝛ nō solū aīe: sed etiā
corpora electoꝝ. Btītudo eī hꝫ q̄ttuor ꝑtes
Una est angeloꝝ: ⁊ hec est cōpleta. Secūda
est aīarum: ⁊ hec est imꝑfecta. Tertia est ele-
ctoꝝ in nouissimo die. Quarto est filij dei ꝙ-
tum ad corpus ⁊ aīam. Et hāc partē elegit be-
ata virgo hodie. Nam euacuatū est celū quat-
tuor vicibus. ¶ Primo qn̄ xp̄us descendit in
vteruꝫ virginis. tunc em̄ tota trinitas ⁊ oēs
angeli associauerunt xp̄m in incarnatione.
¶ Secūdo qn̄ xp̄s instituit corpus ⁊ sangui-
nē suū sub sacr̄o in cena. ¶ Tertio in die ascē-
tionis xp̄i. tūc em̄ nullus angelus in celo re-
mansit: sed omēs obuiauerūt sibi. ¶ Quarto
in assumptione beate virginis ad gloriā dei.
Ad quam nos perducat ⁊c̄. Amen.

¶ In festo sctī Bernardi abbat. s̄mo. xlvij.

Lucerna fulgoris il-
luminabit te. Luce. xi. ⁊ in euā-
gelio hodierno. Apocal'. xxi. d'r
sic. Unus de septē angelis ōndit mihi ciuita-
tem sctām hierl'm descēdentē de celo h̄ntem
claritatē dei. Et ciuitas illa nō eget sole necꝫ
luna vt luceant in ea. Nam claritas dei illumi-
nabit eā ⁊ lucerna eius. hec ille. Suꝑ quo ta-
lem moueo qōnem. vtrū btūs Bernardus ec-
clesiam militantē vere illuminauit ꝑ sapiām
quā a deo sincere impetrauit. Ad istā qōnē
r̄ndent duo doctores. Primꝰ est Salomō.
Eccl'. l. dicēs sic. Quasi stella matutina in me-
dio nebule: ⁊ quasi luna plena in diebꝰ suis
lucet. ⁊ quasi sol refulgens. sic iste effulsit in
tēplo dei. Secūdus est Matheus. v. ca. di-
cens sic. Necꝫ accendūt lucernā ⁊ ponūt eaꝫ
sub modio: sed super cādelabrū vt luceat oī-
bus qui in domo sunt. Sciendū ꝙ inter ba-
bylonem ⁊ hierl'm nulla pax est: sed guerra
ꝯtinua. Unaquecꝫ em̄ habet suū regē. Rex
hierl'm est xp̄s iesus. Rex babylonis est dy-
abolus. Xp̄s regnat cum iusticia. dyabolus
cum malicia. Rex babylonis conaꝛ seduce-
re per spūs īmundos ministros suos quos
potest de ciuibus hierl'm vt faciat eos seruire

Iniquitati ad iniquitatem. Et sic eos ad ba-
bylonem trahat Unde cum spūs misericor-
die cōstitutus speculator super muros hieru
salem videret trahi vnū de ciuibus suis nū-
ciauit xp̄o regi captam predam in babylonē
duci. Xp̄us vero aduocauit spiritū timoris
strennuū militem in talibus cui iussit vt redu
ceret ad se captam predam. Qui promptus
exequi imperata concito hostes persequitur
⁊ factus est in auribus eorꝝ sonus tanꝙ ad-
uenientis spūs vehementis. Timor enī sup
eos intonuit ⁊ ad vocem virtutis eius omne
robur hostium contremuit quos vtiqꝫ in fu
gam conuersos, timor ipsos persequutus est
⁊ ereptum conciuem reducebat ad propria.
Unus autem ex aduersarijs .s. spūs tristicie
non erat cū eis quando venit timor cūqꝫ cer
neret socios tam turpiter fugientes exiuit ab
insidijs in quibꝰ latebat. a quibꝰ audita cau-
sa fuge: quoniā timor obprobrium induxerat
super eos. nam timor ⁊ tremor venerunt su-
per nos ⁊ contexerunt nos tenebre. ecce elō
gauimus fugientes ⁊ mansimus in solitudi
ne confortauit eos dicens: nolite expauesce-
re. scio enī quid facto opus sit. Ibo. ⁊ ero spi-
ritus mendax in angulis semitarum. amictū
me simulabo timoris. Noui hunc spiritū nō
est vi aggrediendus sed simulatiōe. vos au-
tem expectate finem. Fecit vt dixerat ⁊ capto
viarum compendio timorem precessit refle-
ctensqꝫ iter per viam qua gradiebatur obuia-
uit timori quem sub pretextu doloris conci-
uis erepti iniqua: sed amica immiscens collo-
quia seducere cepit. Timor vero simulationē
non aduertēs velut ouis que perierat seque
batur spm̄ tristicie bono ⁊ innocenti animo.
⁊ nesciebat qm̄ de perditione ipsius agebatur.
ꝓpe enī erat vt spm̄ timoris ⁊ conciuem ho
minem in foueā desperationis precipitaret.
psal. Tota die contristatus ingrediebar. qm̄
lumbi mei impleti sunt illusionibus: ⁊ nō est
sanitas in carne mea. afflictus sum ⁊ humili
atus sum nimis rugiebam a gemitu cordis
mei. Sed misericordia speculator hoc vidēs
indicat xp̄o regi quid agatur. Rex autem subi
to iussit vocari vnū de militibus suis .s. spem,
quē cum equo desiderij ⁊ ense leticie in auxi-
lium iubet accelerare timoris. Spes vero fi-
delissimus miles ad imperiū regis egrediēs
cū peruenisset ad locum certaminis vibrans
ensem leticie spm̄ tristicie effugauit amboſqꝫ
in terrā pstratos ⁊ deiectos erexit ps̄. Scdm̄
multitudinem doloris in corde meo ꝯsolatio
nes tue letificauerūt aīam meam. Sicqꝫ libe-
ratū conciuē ⁊ impositum equo desiderij. ps̄
Dn̄e ante te om̄e desideriū meū. spes prece
dēs trahebat funiculū ꝓmissionū celestiū ⁊
timor sequēs vrgebat cū flagello facto de re
sticulis pctōꝝ suppliciorꝝ infernalium. Ibat
igitur volūtarius equus hinc tractus ⁊ inde
cōpulsus. ps̄. Ut iumentū factus sum apud
te ⁊ ego semper tecū. Sed in tam rapido cur
su timendū ei fuerat ab incursu. Collegerūt
itaqꝫ milites babylonij ꝯsiliū dicētes. Quid
facimus. qꝛ hic homo sic euadit quē tā securi
possidebamus. Defecit gaudiū cordis nostri
versus est in luctum chorus noster: quō plau-
sus inferni versus est in planctū. Cecidit co-
rona capitis nostri ve nobis: quoniā per so-
los duos milites .s. timorē ⁊ spem factum est
gaudium magnū in illa ciuitate hierl'm super
sui liberatione cōciuis. Quomodo perijt ver
sutia diabolice malicie. vnus aūt ex eis neq-
or ceteris .s. fraus cū sceleris huius esset opi
fex ꝓphanū intulit cōsiliū dicēs. Vos nescitis
quicꝙ nec cogitatis q̇s modus ad capiēdum
eū sit. ⁊ captus difficilius eripiatur. Vos ergo
a longe me sequamini: ego me in angelū lucis
trāsformabo vt ignaros mei tanꝙ aduenas
⁊ pegrinos docendi simulatiōe decipiā. Qui
dicūt illud psal. Aduena ego sum apud te ⁊
peregrinus sicut oēs patres mei. In hūc ita-
qꝫ modū fraude posita iter accelerāt per pre
sūptionē meritorꝝ ⁊ vanā gl'iam atqꝫ letitiam
cū contēptu pximorꝝ peccatorꝝ exhortās eos
immundū q̇d ne tetigeris qm̄ non est tutū ha
bitare cū scorpionibꝰ. Sed misericordia spe-
culator regi nostro xp̄o annūciat venire q̇dā
hominē equo desiderij impositum: sed plusꝙ
oporteat properare eo ꝙ frenū ⁊ sella desit.
hostes aūt a longe persequūtur. alij vero tan
ꝙ inueterati malorꝝ viarū cōpendia captāt.
Ecce nūc vnū video in quo armorꝝ nostrorū
lucet effigies: a nobis tm̄ ille missus non est.
Expedit talē mittere q̇ puidus illum interro
get: noster an sit aut aduersariorꝝ. Porro rex
xp̄us cuius animū semper cura sollicitat ani
marū duos consiliarios eis mittit prudētiā.
⁊ tēperantiā. quorꝝ temperantia quidē equo
frenum discretionis imposuit. ⁊ spem mode
ratius incedere persuasit. Prudentia vero
timorem increpitans ⁊ arguens improbita-
tes eius de futuro cōmonuit. ⁊ equo sellam
circumspectionis apposuit vt non caderet a-
scensor eius retro. sed appodiaretur confusi
one ⁊ meditatione preteritorꝝ scelerum. Sta-

stiens quidem a dextris humilitatem. a sini-
stris vero patientiam ꝛ equanimitatē. Pre-
terea spes ꝛ timor dederunt calcaria. spes q̄-
dem in dextro pede posuit expectationē pre-
mij. timor vero in sinistro pede metum sup-
plicij. Facta mora cum aduesperasceret ꝛ in-
clinata esset iaꝫ dies rursus congregati sunt
hostes in multitudine vt dimicarent contra
eos. Itaqꝫ pauet timor ꝛ spes accelerat.
¶ Prudentia autem reuocat eos ad consili-
um dicens. Videtis quia dies precessit: nox
vero appropinquauit. ꝛ qui ambulat in tene
bris nescit quo vadit. Porro adhuc grandis
nobis restat via. neqꝫ parua est hostiuꝫ mul
titudo ¶ Est autem miles quidā regi nostro
fidelissimus. scꝫ iusticia quem ego noui: ha-
bens castrum ꝓpe nos positum: ꝛ ibi est fir-
missimuꝫ habitaculum quia in petra posuit
nidum suum. Itaqꝫ si placet diuertamus ad
eum: quia bonū erit nos illic esse. Placuit oī
bus consilium prudentie. ꝛ cum ab ea quesi-
uissent ducem itineris ait prudentia. Ratio
armiger meus precedet nos. est enī gnarus
viarum ꝛ notus iusticie: vtpote consangui-
neus eius. Sic igitur ꝓcedente ratione: cete-
risqꝫ subsequentibus anteuenit ratio ꝛ salu-
tata iusticia nunciauit hospites aduentare.
Justicia autem perquirit qui sint: vnde ꝛ ad
quid veniant. Cumqꝫ rem cognouisset: hyla-
ri vultu surgens. cum paucis occurrit ꝛ obui-
auit eis susceptamqꝫ animam ab equo depo
suit. ꝛ in penetralibus domus sue pauidam
collocauit. dicens illud psal. Quis est homo
qui vult vitam: diligit dies videre bonos phi.
li. tu. a ma. ꝛ la. tu. ne lo. dolum diuer. a ma. ꝛ
fac bonum. Interea quidem hostilis insequi
tur exercitus. ꝛ castrum vndiqꝫ obsidens per
uestigat si q̄s forte pateret ingressus ꝛ tanq̄
leo rugiens circuit querēs quē deuoret tero
ria figens. ꝛ excubias ordinans ne quis in-
gredi aut egredi valeat. vt mane facto instru
ctis machinis muros diruāt ꝛ irruant super
eos. Interim timor sollicitus ꝛ minime secu
rus cōmilitones excitat ꝛ iusticiam conuenit
de munitione loci ꝛ preparatione armoꝝ sci
citat̄ ne forte sustentationi deficiant alimē-
ta. Justicia respondit. Situs loci vt aduerte-
re potestis saxosus est ꝛ inaccessibilis: nec ar
ma: nec machinas inimicoꝝ timet: sed q̄ ari
dus est ꝛ saxosus. paucos habet indigenas
quos duro cibo panis ordeacei vtcūqꝫ sustē
tat: ꝛ nunc quidem supersunt nobis quinqꝫ
panes ordeacei ꝛ duo pisces. Timor ait. S

hec quid sunt inter tantos? Cepit ergo mag
pauere ꝛ tedere: ꝛ arguens animaꝫ ꝙ ab eq̄
descendisset: hoc sepius memorabat. Nouis-
sima hominis illius esse peiora prioribus.
Equus enī ille cursu prepeti festinus aduola
bat. nūc solius rōnis ductui cōmissus est. Si
quidē ꝓpe iam erat vt aduersus spem cōtra
ria sentientē timor insurgeret: sed tēperantia
prudētiā aduocauit. Acersita itaqꝫ prudētia
īprobitatē timoris obiurgās inq̄t. O timor
in aduersarios tuꝰ mucro nūc deseuiat. Nescis
q̄ rex noster rex ꝟtutū est. dn̄s fortis ꝛ po-
tens dn̄s potens in prelio? Eat igit̄ nūcius
q̄ suas ei necessitates expōat. adiutoriū flagi
tet: ꝛ auxiliatorē adducat. timor ait. Quis ire
poterit? Tenebre operiūt terrā. ꝛ muros ob-
sidet hostiuꝫ ꝓuigil multitudo. ꝛ nos ignari
vie sumus tanq̄ in regionē longinquā positi
Aduocant igit̄ hospitem suū iusticiā. Si q̄d
inq̄unt potes adiuua nos. Quibꝰ illa ait. Bo
no ac forti aīo estote: q̄m est mihi fidelissimꝰ
nūcius regi optime notus ꝛ curie. s. oratio: q̄
in secreto noctis silentio. per occultas ꝛ sibi
ignotas semitas archana celi penetrare ꝛ cu
biculū regis adire. ꝛ opportuna importunita
te piū regis animū flectere non indoctus est
supplicatione miserabili laborātibus auxiliū
solitus est impetrare. Eat itaqꝫ ille si placet.
ecce enī presto est. Cūqꝫ r̄ndissent om̄es pla
cet. prudentia quid regi insinuet dictāte. Ju-
sticia ꝟo vt fideli̇̄t agat ꝛ ne vacuꝰ reuertat̄ ꝓ
cipiēte. ceterisqꝫ ꝛ maxīe timore vt iter acce-
leret deprecātibꝰ ꝑ occultos quosdā muri exi
tus orō dimissus ē. At ille hostiū cuneos pe
netrās securus: oī alite velocior. in momēto
ꝛ in ictu oculi vsqꝫ ad portas ciuitatis noue
hierl̄m ꝑuenit. quas cū clausas reperisset pul
sauit. ianitoribꝰ q̄dem egre ferentibꝰ ꝙ intē
peste noctis silētio ciuitatē repleret clamori-
bus. ꝛ ipsi regi īportunꝰ esse nō verebat̄. At
ille ꝑseuerabat pulsans ꝛ āpliꝰ loq̄bat̄. Ape
rite mihi portas iusticie ꝛ ingressus in eas cō
fitebor dn̄o regi ꝫm multitudinē doloꝝ meo
rum qui sunt in corde meo. Justicia eniꝫ me
misit ad vos vt introducar ad regeꝫ quia ad
ipsum habeo mandata que proferam. Dum
sic gemit oratio expergefactus rex cū cōmili-
tonibus suis ait. Vox turturis audita est in
terra nostra. Cūqꝫ cognouissꝫ ipsuꝫ eē nūciū
iusticie eū introduci ꝓcepit. Itaqꝫ oratio in
gressa adorauit deum ꝛ dixit Domine rex in
eternum viue. Cui rex ait. Recta ne sunt om
nia circa dominū tuuꝫ ꝛ q̄ illius sunt? At ille

respondit. Recta dñe vestri grã. Porro vnũ
est necessariuz. Seruus ille vester a cornib⁹
inimicorum ad imperium regis ereptus di-
uertit ad militem vestrũ dñm meũ. Sed dñe
mi rex terra illa australis ꝛ arens est ꝛ cibũ
nõ habet. Det itaq3 dñs meus rex benedicti
onem: ꝛ terra nostra dabit fructũ suũ. Sz cõ
gregati sunt hostes in multitudine vt dimi-
cent cõtra nos. Da nobis dñe auxilium de tri
bulatione: qꝛ nõ est alius q̃ pugnet ꝑ nobis
nisi tu deus noster. Ecce quez manus tua po
tenter de principib⁹ tenebrarũ eripuit. clamat
ad te in toto corde suo. in suspirijs multis. in
singultibus. in lachrymis vt mittas ei auxili
um de sctõ. exaudi dñe. placare dñe. attende
ꝛ fac. ꝛ mitte liberatorẽ ꝛ ꝓpugnatorem ne-
quãdo dicant hostes vbi est de⁹ eius rapien
tes quẽ eripuit dextera tua. ꝛ fit captura no-
uissima peior priore. q̃ vtilitas est in sanguĩe
tuo dum descendit in corruptionẽ. libera euz
dñe vt cõfiteatur nomĩ tuo. qꝛ in inferno nõ
cõfitebitur tibi. Tũc rex cui⁹ natura bonitas
est motus his lachrymis ait. Quẽ mittem⁹?
Ad quem charitas ait. Ecce ego: mitte me.
Rex aũt querebat de socijs. Charitas dome
sticam sibi rñdit sufficere familiã. vno tm̃ co-
mite. s. btõ bernardo ei⁹ igne succenso cõten-
ta cui pre alijs reuelata sunt secreta celestia.

¶ Quattuor nãq3 precipue sibi reuelata fue-
runt. ¶ Primo die natiuitatis dñice puer Je
sus sibi apparuit quasi iterũ ante oculos ei⁹
ex vtero matris nascens. ¶ Secũdo gloria be
atorum. Nã cũ sanct⁹ Malachias defunctus
esset: ꝛ missa ꝑ defunctis cantaret. ei⁹ gloria
sancto bernardo reuelata ẽ. ¶ Tertio noticia
futuroꝝ. multa eñ futura ꝓuidit. sicut ptz in
Gerardo fratre suo cui suã conuersionem p̃-
dixit. ¶ Quarto sciẽtia scripturarũ quã q̃dez
nõ habuit ꝑ magri eruditionẽ. sed aut ꝑ orõ
nem ꝛ meditationẽ. qm̃ q̃cquid in scripturis
didicerat maxĩe in agro ꝛ in siluis meditan-
do ꝛ orãdo se accepisse cõfessus est. aut ꝑ di-
uinã reuelationẽ. qꝛ vt dicit in canticis. Duz
q̃dã retineret q̃ alias didicerat. audiuit vocẽ
dicentẽ sibi donec istud tenueris aliud nõ ac
cipies. Itaq3 charitas nobili comite. s. beato
bernardo. ꝛ ingenua familia. s. gaudio. pace.
patientia. longanimitate. bonitate. benigni-
tate. mansuetudine circũdata. velut dux insi-
gnis egredit̃. certusq3 de victoria. signo triũ-
phali erecto. primã ꝑtransijt. secũdamq3 ini-
micoꝝ custodiam. Cũq3 ꝑuenisset ad portaz
vltro ei aperta est. ad cui⁹ ingressum facta est
leticia magna in oppido. ꝛ cũ suadente gau-
dio vociferarent oẽs ꝛ acclamarent. exortus
clamor exterioꝝ castra ꝑterruit. Et illi. Que
est inquiũt vox ista exultationis in auribus
nostris in tabernaculis iustoꝝ de castris isrl̃.
Nõ sic fuit heri ꝛ nudiustertĩ⁹. forte venit eis
auxilium ꝛ impetũ faciẽt in nos. Fugiamus
israelem qm̃ dñs pugnat ꝑ eis contra nos.
Interim charitas more suo igne succensa or
dinari exercitũ iubet ꝛ portas aperiri. et ini-
micos in fugam cõuertit. aperte denũcians.
Vadam ad portas inferi. Sicq3 vno impetu
vniuersus ꝓcedit charitatis exercit⁹ quos ba
bylonij nõ ferentes fugiũt. sed nõ effugiunt.
Cadũt eñ a latere timoris mille ꝛ a dextris
charitatis. x. milia. vt aut arcerẽtur deinceps
ab inuasione ciuis hierl̃m. Btũs bernardus
circa oppiduz iusticie domũ Clareuallẽsem:
cisterciẽsis ordinis edificauit. in qua velut lu
cerna ardens effulsit ꝛ insidias inimicoꝝ cõ
fudit. De quo Apoc. iij. dicit̃. Qui vicerit sic
vestietur vestimẽtis albis ꝛ nõ delebo nomẽ
eius de libro vite. ꝛ cõfitebor nomẽ ei⁹ coram
patre meo. ꝛ coram angelis eius. Induebat̃
aũt btũs Bernardus vestimentis albis pu-
ritatis ꝛ innocentie. succensus igne charita-
tis. ad quã om̃s ciues hierl̃m accendebant.
ꝓpterea dicit ṽbum ꝓpositum. Lucerna ful
goris illuminabit te.

¶ Lucerna fulgoris illuminabit te. O

Diues per liberalitatem.
Carnalis per castitatem.
Fidelis ꝑ obedientie mobilitatẽ
Princeps per constantiam.
Inimice per patientiam.
Deuote per beniuolentiam.
Simplex per gratiam.
Laice per prudentiam.
Religiose ꝑ temperantiam.
Professe per subiectionem.
Apostata per reuocationem.
Temptate per exhortationem.

¶ Primo btũs Bernardus

sicut lucerna fulgoris illuminabit te. o diues
ꝑ liberalitatẽ. Sciendũ ꝙ q̃tum ad res tẽ-
porales incidit q̃stio inter viros religiosos ꝛ
mũdanos. Quid est meli⁹: an diuitias retie
re vel ꝯtẽnere? Religiosi dicũt ꝙ meli⁹ est di
uitias ꝯtẽnere. Et sup hoc adducũt duas le-
ges. Unã euãgelicã. Math. xix. Vade ꝛ ven
de oĩa q̃ habes et da pauperibus ꝛ habebis
thesaurũ in celo. Aliã aplicam. i. Thimo. vi.

Qui volunt diuites fieri incidũt in tẽptatio-
nẽ ⁊ in laqueũ diaboli ⁊ desideria multa que
mergunt hoīem in interitũ. Mũdani dicunt
ꝙ melius est diuitias retinere: q2 multe ele-
mosyne īde fieri p̄nt. Et adducũt sup̄ h̊ duas
leges. Unā euangelicā. Luce. xvi. Facite vo
bis ami. de mam. iniq̄. vt cũ defe. reci. vos in
eter. tabernacula. Aliam ap̄licam. ij. Coꝝ. ix.
Qui seminat in bñdictionibus de bñ. ⁊ me-
tet sicut scriptũ est. Dispersit dedit paupibus
iusticia ei⁹ manet in seculũ seculi. Judex aũt
xp̄s auditis allegatiōib⁹ vtriusqꝫ partis dat
sñiam interlocutoriā dicēs illud. Math. xix.
Diues difficile intrabit in regnũ celoꝝ. Et in
telligit̃ de illis diuitibus q̄ totũ coꝛ suũ in di
uitijs posuerũt. Jdeo monet ps̄. Diuitie si af
fluant nolite coꝛ apponere. Berñ. sermone
iiij sup̄ cantica declarat dicēs. Filij adā gen⁹
auarum. q̄d vobis cũ terrenis diuitijs q̄ nec
vere nec vestre sunt. Aurũ ⁊ argentum vere
terra rubea est ⁊ alba quā solus hoīm erroꝛ
facit: aut magis reputat p̄ciosa. Deniqꝫ si ve
stra sunt tollite ea vobiscum. Camelus vnũ
solũ pondus hꝫ. diues duo. Unũ terrenaruꝫ
possessionũ: aliud pctōꝝ. primũ in moꝛte de-
ponit̃. Aliud velit nolit moꝛiens retinet̃: nisi
ante moꝛtem deponat̃. Uere ergo diuitie nō
opes sunt: sed virtutes quas secuꝫ cōscientia
poꝛtat vt in perpetuũ diues fiat. hec ille. ¶ Ter
renas diuitias docuit btũs Bernardus ɔtē
nendas quadrupliciter. ¶ Primo seculi dere-
lictione. Nam in burgundia castro fontanis
ex nobilibus valde ⁊ religiosis parentib⁹ oꝛ-
tus est. Cuius mater vt ipsum partu edidit.
manib⁹ p̄p̄ijs deo obtulit. alienis vberibus
ipsum nutriri refugiens: quasi cũ lacte mater
no materni quodāmō boni infundens ei na
turam. quē cibis grossioꝛibus pascens conti
nuo ad heremũ transmisit qui anno. xxij. eta
tis sue cũ socijs plusq̄ȝ triginta oꝛdinē cister-
tiensiuꝫ est ingressus. Secũdo in fratris cō
uersione. Nam cũ Bernardus fratres suos
conuertisset. qui erant numero quattuoꝛ: vt
domũ paternam egrederent̃. Guido primo
genitus aduertens Uiuardum fratem suuꝫ
minimũ adhuc puerũ in platea ludentē cum
pueris. Eya inquit frater Uiuarde ad te res
picit om̄is terra possessionis nostre. Cui nō
pueriliter puer r̄ndit. Uos ꝗ celũ habebitis.
⁊ mihi solũmodo terraꝫ relinquitis. Non ex
equo diuisistis. Modico itaqꝫ tempoꝛe cum
patre remansit: sed fratres postmodũ sequu
tus est. Tertio in soroꝛis redargutione. Nā
pater eius qui solus domi remāserat: ad mo
nasterium beati Bernardi iuit. ⁊ ibideꝫ post
aliquod tempus in senectute bona decessit.
Soroꝛ auteꝫ in seculo nupta cũ diuitijs ⁊ de
litijs seculi periclitaret̃ fratres suos cũ comi
tatu ⁊ apparatu superbo visitatura ad mo-
nasteriũ venit. Quā btũs Bernardus grauis
sime increpauit ꝙ esset rethe diaboli ad ani
mas capiendas. ⁊ stercus inuolutũ: ⁊ similia
Jlla autem in lachꝛymas resoluta sic repen-
te mutata est. vt in medio seculi vitam duce-
ret heremiticā: ⁊ ab om̄i seculo p̄sus se face-
ret alienā que tandem monasteriũ intrauit.
¶ Quarto in fragiliũ cōpassione. Nam cuꝫ q̄
dam abbas p̄ vno cenobio construendo sex
centas marchas argēti beato Bernardo mi
sisset quas p̄edones a ferētib⁹ vi abstulerũt
ait. Benedictus deus qui nobis pepercit ab
onere: sed ⁊ illis qui tulerũt leuius parcendũ
est. Tum q2 humana cupiditas sustulit. Tuꝫ
q2 magna pecunia: magna tēptatio fuit. Un̄
potest merito dicere illud ps̄. Paraui lucer-
nam xp̄o meo. Sicut em̄ xp̄s habebat in dex
tera sua stellas septē. ⁊ erat in medio septeꝫ
candelabroꝝ aureoꝝ. vt dicit̃. Apocal. i. Sic
btũs Bernard⁹ erat velut lucerna in medio
septē stellarũ. q̄m̄ conuertit patrem suũ ⁊ q̄n
qꝫ fratres suos ⁊ soroꝛē suam ⁊c̄.

¶ Secũdo btũs bernardus

sicut lucerna fulgoꝛis illuminabit te. o carna
lis per castitatem. ¶ Sciendũ ꝙ inter viros
sp̄ũales ⁊ carnales incidit questio. Quid est
melius. An castitatem seruare: vel matrimo
niũ contrahere. Respondent viri sp̄ũales ꝙ
melioꝛ est castitas p̄pter duas leges. Una
est euangelica: per quaꝫ suadetur matrimo-
nia abijcere: ⁊ castitatem seruare. Mat. xix.
Omnis qui reliquerit domũ aut patreꝫ aut
vxoꝛem p̄pter nomen meum centuplum ac-
cipiet ⁊ vitam eternam possidebit. Alia est
ap̄lica. i. Coꝝ. vij. Qui matrimonio iungit vir
ginem bene facit. qui autem nō iungit meli⁹
facit. Respondent viri carnales ꝙ melius ē
matrimoniũ p̄pter duas leges. Una est euā
gelica. Mat. xix. Quos deus cōiunxit homo
nō separet. Hec autem ɔiunctio facta fuit in
paradiso. Geñ. ij. Crescite ⁊ multiplicamini
⁊c̄. Alia est ap̄lica. i. Thimo. v. Uolo autem
iunioꝛes nubere ⁊ filios p̄creare. Judex vo
xp̄us super hoc dat sñiam interlocutoriā di-
cens. Luce. xix. Filij hui⁹ seculi tradũt ad nu
ptias. Jlli vero qui digni habētur illo seculo

neq; nubent neq; nubentur: quasi dicat. Illi q̄ volunt habere cõsolationes suas in mundo: vxores ducant. Illi vero qui solum volũt placere deo vxores nõ accipiant. Bern̄. in ep̄la ad Henricũ senonẽsem ep̄m dicit. Quid castitate decorius? que mundũ de ĩmundo conceptũ semine. de hoste domesticum angeluz deniq; de hoĩe facit. Differunt quidem inter se pudicus homo ⁊ angelus. sed felicitate nõ ꝟtute. Sed ⁊ si illius castitas felicior: huius tamen fortior esse cognoscit. Sola est castitas que in hoc mortalitatis loco ⁊ tempore statum quẽdam immortalis glorie representat. sola inter nuptiarum solẽnia morem beate illius vẽdicat regionis. in qua neq; nubũt neq; nubuntur. prebens quodãmodo terris celestis iam illius conuersationis experientiam. Uas interim fragile qđ portamus, in quo ⁊ crebro periclitamur. tenet castitas in sanctificationem. ⁊ instar odoriferi balsami quo condita cadauera incorrupta seruantur sensus ipsa ⁊ artus continet ⁊ constringit ne dissoluantur in ocijs: ne corrumpant in desiderijs: ne carnis voluptatibus computrescãt hec ille. ¶ Castitatẽ mentis ⁊ carnis beatus Bernardus ꝯseruauit quadrupliciter. ¶ Primo per mortificationẽ. Cum em̄ in quãdam feminã oculos diutius defixisset in seipso erubuit, ⁊ in stagnuz gelidarum aquarũ tandiu permãsit donec pene exanguis effectus per gratiã dei a calore carnalis cõcupiscentie totus refriguit. Secũdo per alienationẽ. Cuz em̄ puella quedam in lectũ eius se nudaz iniecisset. cũ om̄i pace ⁊ silentio ipse eidem cessit ⁊ in latus alterũ se cõuertens dormiuit. cũq; ĩmobilis ⁊ alienus persisteret. misera illa atq; impudentissima erubuit: ⁊ mirans aufugit. Tertio per excitationez. Nam matrona q̄daz in cuius domo hospitabat vehemẽter in cõcupiscentiã eius exarsit. Cũq; impudenter ipsa lectum Bernardi quereret. vsq; tertio ptin⁹ ille exclamauit. Latrones. latrones. Improba mulier sic repulsa vix tandez metu vel desperatiõe deuicta cessauit. Quarto per excõicationem. Apud equitaniã mulier quedam a demone incubo petulanter vexabatur fere sex annis. Quod vt sanctus dei comperit baculum suũ mulieri tradidit in lecto ponendũ. cũq; demon ad cubile nequiret accedere: grauiter mulieri cõminabatur. Uir autem dei conuocato populo accensas candelas in manibus tenente: demonem illum excõicauit. ⁊ accessum ad illam mulierem deinceps interdixit: sicq; mulier liberata est ab hm̄oi illusione. Ideo dicitur. Luce. xi. Sint lumbi vestri precincti. ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris.

¶ Tertio btũs bernardus sicut lucerna fulgoris illuminabit te, o fidelis per obedientie mobilitatem. Sciendum ꝙ inter fideles quantũ ad animam incidit questio. Quid ẽ melius: an habere fidez magnã an opera magna? Rñdent quidam ꝙ melius est habere fidem magnã. ⁊ hoc ꝓpter duas leges. Una est euangelica. Mat. xvij. Si habueritis fidez sicut granũ sinapis. dicetis monti huic transi hinc: ⁊ transibit: ⁊ nihil impossibile erit vobis. Alia est apostolica. Heb. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Rñdent alij ꝙ melius est habere opera magna: propter duas leges Una est ꝓphetica. psal. Labores manuũ tuaruz quia manducabis beatus es ⁊ bene tibi erit. Alia est apostolica. Iaco. ij. Uis scire o homo inanis ꝙ fides sine operibus mortua est. Abraam pater noster: nõne ex operibus iustificatus est. Iudex autem xp̄us dat sententiam interlocutoriaz dicens. Mat. vij. Non oĩs q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnuz celorũ: sed qui facit voluntatem patris mei. Illi dicunt bis dñe: qui credunt corde ⁊ confitent ore. Isti non intrabunt nisi dicant tertio. i. opere. Unde sequit Sed qui facit voluntatem patris mei. Ber. in sermone pasce dicit. Fide siquidem in dei filios adoptamur: fidem in nobis mundus odit atq; persequitur fide ⁊ vincitur. Porro fides sine operibus mortua est in semetipsa. Nec mirũ videri potest si nequaq̄ vincit qui nec viuit quidem. Queris q̄ nam sit viuida ⁊ victoriosa fides? Illa sine dubio per quã xp̄s habitat in cordibus nostris. Xp̄us em̄ vita ⁊ virtus nostra est. Tãdiu xp̄s in nobis viuit: q̄diu viuit fides. Et postq̄ fides nostra mortua est quodãmodo xp̄us mortu⁹ est in nobis. Porro fidei vitã opera attestãtur. Sicut em̄ corporis vitã ex motu suo dignoscimus: ita ⁊ fidei vitam ex operibus bonis. hec ille. Btũs Bernardus fidez cum operib⁹ docuit quadrupliciter. Primo per ꝓtestationẽ. cũ em̄ adhuc puerul⁹ graui dolore capitis egrotaret veniẽtem ad se carminatricẽ vt dolorẽ suis carminib⁹ mitigaret. ꝓtestãs fidez iesu xp̄i ipsuz liberare indignãs repulit: q̄ ꝯtinuo se plene sanatũ inuenit. Secũdo per predicationẽ. Cuz semel populo predicaret. ⁊ oẽs

verba eius attente ac deuote susciperēt eius
animo talis irrepsit tēptatio. Vere nūc opti
me predicas: ꝛ ab om̄ibus libēter audiris ꝛ
sapiēs ab om̄ibus reputaris. Aduertēs au-
tem hanc esse malignā tēptationez. nutabat
animo an ꝓcederet vel desisteret. Statim di
uino cōfortatus auxilio ait tēptatori. nec per
te incepi: nec per te dimittam. Sicqȝ securus
predicationem vsqȝ in finem ꝓsequutus est
¶ Tertio per prohibitionem. Cum quoddam
monasteriuz quod vir dei construxerat occu-
passet muscarū incredibilis multitudo, ita vt
om̄ibus grauem molestiam inferrent. ille ait
Ego excōico eas. Mane autem om̄es pari-
ter mortuas inuenerūt. ¶ Quarto per exhor-
tationez. Cum em̄ vir dei exhortaret plures
nobiles qui eum visitaturi aduenerāt: vt sa-
cris diebus quadragesime a suis vanitatibꝰ
ꝛ lasciuijs desisterēt. ꝛ ipsi non acquiescerent
iussit eis propinari vinū dicens. bibite pocu
lum animarū. Quo hausto subito mutati re
cesserūt. ꝛ q̄ modicū tempus denegauerāt. to
tū tempus vite sue deo dedicauerūt ꝛc.

¶ Quarto btūs bernardus

sicut lucerna fulgoris illuminabit te o prin-
ceps per cōnstantiā. ¶ Sciendū ꝙ inter do-
minos ꝛ seruos incidit questio. Quid ē me-
lius: an dom̄iari alijs: an subdi alijs. Respō
dent humiles ꝙ melius est subdi alijs ꝓpter
duas leges. Una est euangelica. Luce. i. De
posuit potentes de sede ꝛ exaltauit humiles
Nam lucifer querens locū altissimū cecidit.
Adam de paradiso eiectus est. Pharao sub-
mersus est. Nabuchodonosor in bestiaz mu-
tatus est. Alia est aplīca. i. Petri. ij. Subie-
cti estote om̄i humane creature ꝓpter deum
q: sic est voluntas dei. Respōdent ambitio
si ꝙ meliꝰ est dn̄ari ꝓpter duas leges. Una
est diuina. Geñ. i. Faciamꝰ hominē ad ima-
ginem ꝛ similitudinem nostram ꝛ presit vni
uerse creature. Alia est apostolica. Ro. xiij.
Que a deo sunt: ordinata sunt. qui ergo po-
testati resistit: dei ordinationi resistit. Judex
autē xp̄s dat sententiā interlocutoriā dicens
Luce. xxij. Reges gentium dn̄antur eorum
ꝛ qui potestatē habēt super eos benefici vo
cantur. Uos autem non sic. Sed qui maior
est in vobis fiat sicut iunior. ꝛ qui precessor ē
sicut ministrator. Bern̄ in epl̄a ad Henricuz
senonensez episcopū dicit. Multi non tan-
ta fiducia ꝛ alacritate currerent ad honores
si se sentirent: ꝛ onere grauari metuerent.
Nec cum tanto labore ꝛ periculo quātūlibet
effectarent infulas dignitatum. Nunc vero
quia sola attendit gloria non pena. paruum
esse clericum erubescitur in ecclesia. Sese vi-
les existimant ꝛ inglorios qui quocūqȝ emi
nentiori loco non fuerunt sublimati. hec ille.
¶ Beatus Bernardus hanc ambitionem di
gnitatum contēnere docuit. quia cum a mul-
tis ciuitatibus electus esset in episcopum. s.
Janue ꝛ Mediolani. Respondit se non eē
suū: sed aliorum seruitio deputatum. Inter
principes aūt ꝛ tyrānos ecclesiā ꝑsequētes
fulsit per constantiam. sicut patet in duce eq̄
tanie qui cum ecclesiam persequeret: vir dei
post missam cum corpore christi ignea facie
ad eum exiuit dicens. Ecce ad te venit filius
virginis quem tu persequeris: resiste ei si va-
les. Statimqȝ ille ad pedes eius accessit. ꝛ ei
in om̄ibus obediuit. Legitur. ij. Regum. x.
ꝙ Dauid misit nuncios ad regē Amon. Sz
illi dimidiā barbā eis raserunt ꝛ vestes pre-
ciderūt. Dauid aūt exercitū fecit ꝛ eos cōtri-
uit. Nuncij Dauid sunt clerici ꝛ prelati. Filij
Amon sunt demones vel ṗncipes mali: due
ptes barbe sūt vita ꝛ sciētia: vel ordo ꝛ eccl'ia
stica bn̄ficia. Demones ergo dimidiā barbā
radunt quādo tollūt vitam ꝛ dimittūt scien
tiā. Tyrāni etiam mediam barbam radunt
quādo auferūt substantiam tēporalem ꝛ di-
mittūt eis ordinē clericalem. Sed Dauid q̄
interpretat manu fortis. i. bonus prelatus
debet habere audacem animū vt tales nō ti
meat. imperiosum verbum vt eos reprehen
dat ꝛ excōicationi subijciat. ꝛ fortem manuz
vt per brachiū seculare ipsos coherceat: ꝓut
fecit btūs Bernardus. de quo dr̄. Prouerb.
xxi. Non extinguet in nocte lucerna eius.

¶ Quinto btūs bernardus

sicut lucerna fulgoris illuminabit te o inimi
ce per patientiam. ¶ Sciendum ꝙ inter im-
perfectos ꝛ perfectos incidit questio. Quid
est melius, an diligere amicum vel inimicuz
Respondent imperfecti ꝙ melius est ama-
re amicum. propter duas leges. Una est di-
uina. Leuit. xxvi. Persequimini inimicos ve
stros ꝛ corruent coram vobis cadent inimi-
ci vestri in conspectu vestro gladio. respiciaz
vos ꝛ crescere faciam ꝛ multiplicabimini.
Alia est euangelica. Unde dicit Mathe. v.
capi. Audistis quia dictum est antiquis. Di
liges proximum tuum: ꝛ odio habebis ini-
micum tuū. Respondent perfecti ꝙ melius

est amare inimicū. ꝓpter duas leges. Una
est euangelica. Luce. vi. Si diligitis eos qui
vos diligunt: que vobis est grā? Nam ⁊ pec
catores diligentes se diligunt. Et si benefece
ritis his qui vobis benefaciūt: que est vobis
grā? Siquidem ⁊ peccatores hoc faciunt. A
lia est apostolica. Roma. xij. Si esurierit ini
micus tuus ciba illum. si sitit potū da illi. hoc
enī faciens carbones ignis congeres sup ca
put eius. Judex autē xps dat sententiā inter
locutoriam dicens illud Mathei. v. Ego au
tem dico vobis. diligite inimicos vestros. be
nefacite his qui oderunt vos. ⁊ orate p pse
quentibus ⁊ calūniantibus vos: vt sitis filij
patris vestri q̄ in celis est ⁊c. Bernardus su
per cantica dicit. Non abduci blanditijs: nec
seduci fallacijs: nec inimicitijs frāgi toto cor
de. tota anima tota virtute diligere est. hec il
le. Beatus bernardus inter inimicos eum
psequentes fulsit per patientiā. Nam patiē
tie genus solitus erat dicere tripartitū. s. ad
iniurias verborū ad dāna rerū ad corporis
lesionem. Hanc ipse his exemplis se habere
probauit. Cum enim cuidam epō amicabili
ter eum admonens quandam scripsisset epi
stolam: ille vehementer exacerbatus amaris
simam ei rescripsit eplām. in principio dicēs
Salutem. ⁊ nō spiritū blasphemie. tanq̄ ex
spū blasphemie illam scripsisset. Ad quē ber
nardus. Ego spm̄ blasphemie me habere nō
credo: nec maledixisse cuiq̄: nec maledicere
me velle scio. presertim principi populi mei.
Fuit etiam patiens ad contumelias verborū.
Cū enim quidā eū in maxilla percussisset. vir
dei circumdantes adiurauit: ne illū tangerēt
sed in pace abire dimitterent.

Sexto beatus bernardus

sicut lucerna fulgoris illuminabit te o deuote
p beniuolentiam. Sciendū q̄ inter pasto
res ⁊ subditos incidit questio. Quid est me
lius an q̄ pastores se habeāt ad subditos se
uerius. an q̄ eos regant beniuolentius. Rn̄
dent pastores q̄ debent esse seueriores pro
pter duas leges. Una est diuina. Eccle. vij.
Noli querere fieri iudex: nisi virtute valeas
irrumpere iniquitates. Alia est apostolica.
Jaco. ij. Facti estis iudices cogitationū iniq
rum. Rn̄dent subditi q̄ melius est eos regi
p beniuolentiā ꝓpt̄ duas leges. Una est euā
gelica. Joh. x. Bonus pastor aīam suā dat p
ouibus suis. Alia est aplica. Titū. i. Oportz
epm̄ sine crimine esse: sicut dei dispensatorez
hospitalem benignum. sobrium iustum san
ctum. Judex aūt xpus dat sententiam inter
locutoriam: dicens illud Math. xviij. Acce
dens Petrus ad Jesum ait. Dn̄e quotiens
peccabit in me frater meus ⁊ dimittā ei vsq̄
septies. Dicit ei iesus. Non dico tibi vsq̄ se
pties. sed vsq̄ septuagies septies. Bernard.
sup cantica dicit. Discite subditorū vos ma
tres esse debere: non dn̄os. studere magis a
mari q̄ metui. ⁊ si interdum seueritate opus
est: paterna sit nō tyrannica. matres fouēdo
patres corripiendo vos exhibeatis. Suspen
dite verbera: pducite verba. pectora lacte pin
guescant. nō typo turgeant. hec ille. Beat⁹
bernardus inter humiles ⁊ deuotos fulsit p
beniuolentiā. Nam inter summos honores
alterum sibi mutuatum hominē videbatur.
seq̄ potius reputabat absentem velut quod
dam somniū suspicat⁹. Ubi vero inter simpli
ciores erat et amica sp licebat hūilitate frui:
ibi sese īuenisse gaudebat ⁊ in ꝓpriā redijs
se personam. Uincebat sane in eo sublimita
tem nōis humilitas cordis: nec ipm poterat
tantū vniuersus erigere mundus: quātū seip
sum deijcere solus. summus reputabatur ab
oībus: infimū se reputans: ⁊ quem sibi om
nes p̄ferebant: ipse nemini se p̄ferebat. Ei⁹
enī humilitas apparuit in quattuor. Prio
in contemplatione. quia in cella nouiciorū p
annū habitans. nesciuit an haberet testudi
dinem. ⁊ intrās ecclesiā sepius nesciuit tres
in capite illius fore fenestras. Secundo in
refectione: quia multam sibi indixerat absti
nentiam. sagimen crudū p butiro nō discer
nens comedit. oleum pro aqua bibit. pulmē
tum ex folijs fagi confectum diu sumpsit.

Tertio in maceratione. Uigilabat enim vl
tra possibilitatem humanam. cilicio insuper
multo tēpore vsus est: quousq̄ occultū esse
potuit. in vestibus paupertas ei semper pla
cuit. sordes vero nunq̄. Quarto in accusa
tione. vt patet ex responsione quam fecit de
moni de hereditate celesti. quo iure illam ob
tinere crederet. Sicq̄ confusus demon tur
piter ab eo discessit.

Septimo beatus bernar

dus sicut lucerna fulgoris illuīabit te o sim
plex p grām. Sciendum q̄ inter doctores
⁊ discipulos incidit q̄stio. Quid est meli⁹: an
q̄ doctores semp doceant. an q̄ interdū de
sistant? Rn̄dent doctores q̄ nō semp debēt
docere propter duas leges. Una est diuina,

Prouer.xxiij. In auribus insipientiũ ne loquaris: quia despicient doctrinã eloquij tui. Alia est euangelica. Math.xv. Sine causa colunt me docentes doctrinas hoĩm. Respõdent discipuli ꝙ meliꝰ est ꝙ doctores a doctrina nõ desistant ꝓpter duas leges. Una est diuina. Eccle.vi. Filij a iuuentute tua excipe doctrinã: ⁊ vsq̃ ad canos inuenies sapiẽtiam. Alia est aplica.i. Thimo.iiij. Attende tibi ⁊ doctrine insta in illis. hoc eñ faciens ⁊ teipsum saluũ facies: ⁊ eos q̃ te audiunt. Iudex autẽ xp̃us dat sententiam interlocutoriam. dicens illud Joh.viij. Si vos mãseritis in sermõe meo veri discipuli mei eritis ⁊ cognoscetis veritatẽ: ⁊ veritas liberabit vos. Bernar. sup cantica dicit sic. O ꝙ cõpositũ reddit hoĩem corporis statum: ⁊ mentis habitũ disciplina. Ceruicem submittit. supcilia ⁊ vultum cõponit. oculos ligat. cachĩnos cohibet. linguam moderat᷑. gulam refrenat. irã sedat. incessum format. hec ille. ¶ Beatus bernardus inter simplices ad verba sua auidos fulsit ꝑ magnã grãm. Unde mater eius vidit se in vtero gestare catulum totum candidũ: in dorso subruffum ⁊ latrantẽ. Ipse eñ fuit catulus inquãtũ lingua ꝑdicatõnis sue vulnera pctoꝝ sanauit. fuit candidus inquantũ puritatem mẽtis ⁊ corporis seruauit. fuit subruffus inq̃ntum igne zeli succensus fuit. fuit latrans inquãtum tyrãnos redarguit ⁊ hereticos a grege dei cõpescuit. Zach.iiij. Ecce candelabrum totum aureum: ⁊ lucerna eius super caput eius ⁊c̃.

¶ Octauo btũs bernardus

sicut lucerna fulgoris illumĩabit te o laice ꝑ prudentiam. Sciendũ ꝙ inter laicos ⁊ religiosos incidit q̃o. Quid est melius: an seruire deo in seculo an in religiõe. R̃ñdent laici: ꝙ melius est seruire deo in seculo ꝓpt᷑ duas leges. Una est euangelica. Johan.xij.c. Ego vox veni in mundũ vt omĩs qui credit in me in tenebris nõ maneat. Non eñ veni vt iudicem mundũ sed vt saluũ faciã mundũ. Alia est aplica.i. Jo.i.c. Si aũt in luce ambulamꝰ: sicut ipse est in luce. societatẽ habemꝰ adinuicẽ ⁊ sanguis iesu xp̃i filij eius emũdat nos ab oĩ peccato. R̃ñdent religiosi ꝙ meliꝰ ẽ relinquere seculũ ⁊ seruire deo in religiõe ꝓpt᷑ duas leges. Una est diuina. Leuit.xxvi. Affligetis aĩas vestras religione ꝑpetua. Alia est aplica.i. Jo.i.c. Si vis ꝑfectus esse vade vende oĩa q̃ hẽs ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesaurũ ĩ celo: ⁊ veni ⁊ seq̃re me. Iudex aũt xp̃us dat sententiã interlocutoriã: dicens illud Math.xix. Oĩs qui reliquerit domũ vel fratres aut sorores aut patrẽ aut matrẽ aut vxorem aut agros aut filios ꝓpter nomẽ meum centuplũ accipiet ⁊ vitã eternã possidebit. Berñ. in colloquio Simõis ad iesum dicit. Ecce nos reliquimꝰ oĩa ⁊c̃. Bene petre ⁊ nõ ad insipientiã tibi: q2 exultauit vt gygas ad currendam viã: nec currentem sequi poteras oneratus. Nonne vtilis cõmutatio ꝓ eo q̃ super oĩa est oĩa reliquisse. Qui reliquere dispo nis oĩa: te quoq̃ inter relinquenda numerare memẽto. imo vero maxime et ꝑ̃ncipaliter abnega temetipm̃: si desideras sequi eũ q̃ exinaniuit ꝓpter te semetipm̃. hec ille. Btũs bernardus fulsit inter laicos quos ad religionẽ cõuertit quadruplr̃. ¶ Primo inspiratione. ꝑpendens eñ. nõ esse tutũ cohabitare serpenti fugã meditari cepit ⁊ ordinẽ cisterciẽsium extũc ingredi deliberauit. Secũdo rõe sicut fratres suos carnales quos verbis salutaribus ad religionẽ adduxit. Tertio operatione. sicut p3 de Gerardo fratre suo in carcere posito quẽ miraclose extraxit ⁊ ad ordiẽ3 induxit. Quarto in demõstratione. sicut p3 in quodã nũcio ab archiepo ad eũ trãsmisso q̃ visa sanctitate viri dei seculo valefecit. ⁊ ordinem introiuit. Et sic p3 ⁊c̃.

¶ Nono btũs bernardus

sicut lucerna fulgoris illuminabit te o religiose ꝑ tẽperentiã. ¶ Sciendum ꝙ inter parentes ⁊ filios incidit q̃stio. Quid est melius an ꝙ filij ꝓpter obsequiũ parentũ remaneant ĩ seculo. an eis derelictis religionẽ ingrediant᷑. R̃ñdent parẽtes ꝙ melius est ꝙ filij remaneant in seculo ad obsequiũ ipoꝝ ꝓpter duas leges. Una est euãgelica Math.xv. vos dicitis. Quicũq̃ dixerit patri vl' matri munꝰ q̃dcũq̃. est ex me tibi ꝓderit ⁊ nõ honorificabit patrẽ suũ aut matrẽ suã ⁊ irritum fecistis mandatũ dei ꝓpter traditionẽ vr̃am. Alia ẽ aplica.i Thi.v. Siq̃s aũt suoꝝ ⁊ maxime domesticoꝝ curã nõ habet: fidẽ nõ h3: ⁊ est infideli deterior. R̃ñdent filij ꝙ meliꝰ est religionẽ ingredi ꝓpter duas leges. Una est euãgelica. Mat.iiij. Illi aũt statim relictis retibꝰ ⁊ p̃re secuti sunt iesũ. Alia est aplica. Heb.xij. P̃res habuimus carnis nostre quidẽ eruditores: ⁊ reuerebamur eos nõ multomagis obtẽpabimꝰ p̃ri spirituũ ⁊ viuemꝰ. Iudex aũt xp̃us dat sñiam interlocutoriam dicẽs illud

Apostate

Math.viij. Seqre me ⁊ dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Bern̄. in quodā sermōe dicit. Si q̄d religiōis oritur q̄cunq3 resistit. q̄ cūq3 repugnat. plane cū egyptijs puulos israelitici gn̄is necare conat̄. imo cum herode nascentē pseq̄tur saluatorē. hec ille. Beatus bernard⁹ nouitios carnalē affectū reliquere satagebat. Un̄ dicebat eis. Si ad ea q̄ intus sunt festinatis. hic foris dimittite corpa q̄ de seculo attulistis. Soli sp̄us ingrediant̄ caro nō pdest q̄cq̄. Religiosus. n. non d3 portare ad religionē corporalē voluntatē. vt. s. ppter ventrē pascendū ingrediatur nec d3 portare corp⁹. i. carnalē parentū amorē. Gen̄. xij. Egredere de terra tua ⁊ de co. tu. ⁊ de do. pa. ⁊c̄.

Decio btūs bernardus

nunꝙ̃ cor eius sanaret̃. Tertio dentiũ hor
rore. Nam in primordio sue cõuersionis taꝫ
valido dolore dentiũ torqueri cepit. vt ad cre
dendã opinionẽ Cornelij philosophi ducere
tur q̇ summũ bonũ aĩe in sapientia. summũ
vero bonũ corporis in nullũ sentiẽdo dolorẽ
posuerat. Tam vehemẽs autẽ ille dolor fuit
ꝙ etiã loquelã amisit. Unde in tabulis cere
is scripsit vt om̃es ꝓ eo orarent. Ipse auteꝫ
cũ alijs genua flexit ⁊ statim sanatũ se sensit
Quarto mortis pauore. Cum em̃ quidã a
micus eius obijsset: illius morte cor Augu
stini adeo cõturbatũ est vt quicq̇d aspiceret
mors ei videret̃. Naꝫ se semimortuũ estima
bat. Propter illa flagella cõuersus est ad do
minũ quattuor modis. Primo per verã cõ
tritionẽ. Nam sub quadã arbore se ꝓiecit ⁊
dimisit habenas lachrymis. ⁊ ꝓruperũt flu
mina ex ocul̃ eiꝰ: ⁊ acceptabile sacrificiũ deo.
⁊ iactabat voces miserabiles ⁊ plorabat a
marissima ꝯtritõe cordis sui. Secũdo ꝑ pu
rã ꝯfessionẽ. vñ deo ꝯfitebat̃ dicens. Recor
dari volo trãsactas feditates meas: nã amo
re amoris tui illꝺ̃ facio recolẽs vias meas ne
q̇ssimas. vt tu dulcescas mihi dulcedo nõ fal
lax. dulcedo felix ⁊ secura. Nõ soluꝫ aũt de hꝰ
se accusabat: ꝫ etiã de minimis: sicut de eo ꝙ cũ
puer eẽt ad pilã ludebat. ⁊ ad scholas nõ nisi
violẽter ire volebat. ⁊ ꝙ fabulas poetarũ ni
mis libẽter legabat. Et ꝙ Didonẽ ex amore
mortuã flebat. ⁊ ꝙ in ludis puerorꝫ fraudulẽ
tas victorias exercebat. Et de q̇dã arbore piri
a qua pira furatꝰ fuerat. Tertio ꝑ plenã sa
tisfactionẽ. s. ꝑ ieiunia. orõnes ⁊ elemosynas
corꝑales ⁊ spũales, docẽdo indoctos. vñ dꝛ
de eo. Post mortẽ mrĩs reuersus ẽ Augusti
nus ad agros ꝓprios: vbi cũ amicis ieiunijs
⁊ orõnibꝰ vacãs scribebat libros ⁊ docebat
indoctos. Quarto ꝑ sincerã affectionẽ. cuꝫ
em̃ tria a mũdanis hoībꝰ appetant̃. s. diuitie
delicie ⁊ honores. Uir iste scũs tãte ꝑfectõis
extitit ꝙ diuitias contẽpsit. honores respuit
voluptates abhorruit. sicut ipse testat̃ in lib.
soliloquiorꝫ. vt pꝫ in fine legende.

Secũdo btũs augustinus

effulsit in tẽplo dei ꝑ imitationẽ. Sciẽdũ ꝙ
exẽpla sctõrꝫ ꝓuocauerũt btm̃ Augustinũ ad
fidelẽ ꝯuersionẽ q̇druplicit̃. Primo exẽplũ
btĩ Ambrosij ipsum aĩauit ad ꝯuersionẽ. vñ
oĩ die dñica eiꝰ ꝑdicationẽ audiebat. quẽ am
brosiꝰ ꝑñe suscipiebat ⁊ clemẽter tractabat
Mater eiꝰ etiã Ambrosiũ q̇si angelũ dei dili
gebat. sciẽs ꝙ ꝑ eũ filius eiꝰ ꝯuerti debebat si
cut ⁊ factũ ẽ. Secũdo exẽplũ Simpliciani
q̇ ipm̃ aĩauit ad sctẽ vite electionẽ. vñ ad ipꝫ
ꝑrexit ⁊ estus suos sibi retulit ⁊ q̇s eẽt aptus
modꝰ viuẽdi ab eo petijt. Uidebat ei eccl̃iaꝫ
plenã eẽ clericis. in q̄ na aliꝰ sic alius sic ibat.
Simplicianꝰ aũt viã salubrẽ eũ docuit. Ter
tio exẽplũ Uictorini q̇ꝺ ipm̃ aĩauit ad imita
tionẽ. vñ cũ Simplicianꝰ ei narrasset quõ vi
ctorinꝰ phs rome in foro statuã meruisset ⁊
quõ xp̃ianus factꝰ fuisset exarsit Augustinꝰ
ad imitãdũ eũ ⁊ cepit ĝuit̃ suspirare. Quar
to exẽplũ btĩ Antonij q̇ ipm̃ aĩauit ad cele
stiũ ꝑfectionẽ. Cũ em̃ q̇dã miles noĩe Pon
tianus de affrica venisset ⁊ vitaꝫ ⁊ miracula
btĩ antonij heremite narrassꝫ: cepit Augusti
nus ĩgemiscere ⁊ ad alipiũ exclamare: q̇d pa
timur? Quid audimꝰ? Surgunt indocti ⁊ ce
lũ rapiũt: ⁊ nos cũ doctrinis nrĩs in infernũ
demergimur. Exẽpla sctõrꝫ defunctorꝫ ipsum
aĩauerunt ad ardentẽ caritatẽ. sicut ipse dicit
in lib. ꝯfes. Exẽpla seruorꝫ tuorꝫ quos de ni
gris lucidos de mortuis viuos feceras coge
sta in sinũ cogitatiõis mee vrebant ⁊ accen
debant me valide.

Tertio btũs augustinus

effulsit in tẽplo dei ꝑ exhortationẽ. Sciẽdũ
ꝙ ꝓpter q̇druplicẽ exhortationẽ ꝯuersus est
btũs Augustinꝰ ad fidẽ catholicã. Primo
ꝓpt̃ doctrinã tullij. cũ ei eẽt ãno. xix. ⁊ q̄ndã
librũ tullij q̇ hortẽsiꝰ dꝛ legisset: q̇ exhortatõꝫ

facit ad ꝓphiam repẽte affectũ eiꝰ mutauit ꝛ imortalitatẽ sapieꝫ cupiuit. Secũdo ꝓpꝶ doctrinã pauli. Naꝫ cũ codicẽ aplicũ apuissꝫ ꝛ capitulũ q̇ꝺ sibi ṗmo occurrit legisset. s. Induimini dñꝫ iesum xp̄m ꝛc. statiꝫ a corde eiꝰ oẽs dubietatis tenebre diffugerũt. Tertio ꝓpꝶ doctrinã bti Ambro. cũ em̃ eiꝰ ṗdicatõꝫ auide audiret ꝛ q̇dã vice ꝯ sectã manicheoꝝ diutiꝰ disputasset: error ille a corde Augꝰ penitꝰ ẽ ablatꝰ. Quarto ꝓpꝶ sollicitudinẽ maternã. q̄ sic eũ carne ꝯcepat mũdo caritatꝭ visceribꝰ postmodũ mlto seie lachrymaꝝ gẽuit xp̄o. Et cũ apud quẽdã ep̄m vberrime fleret ille ait. Impossibile ẽ vt filiꝰ tãtarũ lachrymarũ pereat. vñ de ipsiꝰ ꝯuersiõe certificata ẽ: ꝛ ꝑ epi r̃nsionẽ ꝛ ꝑ celestẽ reuelatõeꝫ q̄ se vna cũ filio in quadã linea stãtẽ aspexit. Qḋ q̇dẽ cõpletũ fuit. cũ adueniẽte pascali tp̄e cũ eẽt annoꝝ. xxx. a btõ Amb. baptizatꝰ ẽ sicut ꝛ r̄ps. vt dr̄ Lu. ij. vbi simul cũ btõ Ambro. Te deũ laudamꝰ ꝛc. cõposuit. vt testaꝶ Honoriꝰ in li. suo q̇ dr̄ speculum ecclie. Et sic spem omẽm quã habebat in seculo dereliquit.

Quarto btũs augustinus

effulsit in tẽplo dei ꝑ dilectionẽ. Sciẽduꝫ ꝙ pꝰ baptismũ dũ adhuc esset laicꝰ incepit a feruẽti dilectiõe sicut ipse testaꝶ in li. ꝯfes. dicẽs sic. Sagittaueras tu cor meuꝫ caritate tua: ꝛ gestabã ṽba tua trãsfixa in visceribꝰ: ꝛ ascẽdẽti a ꝯualle ploratiõis ꝛ cãtãti cãticũ gᷓduũ dederas sagittas acutas ꝛ carbones vastatores. Nec satiabar in illis diebꝰ dulcedie mirabili ꝯsiderare altitudinẽ ꝯsilij diui sup salute gñis hũani h̄ ille. Quasi em̃ q̇dã torrẽs redũdãs ab oculꝭ eiꝰ lachryme emanabãt. qꝛ q̄tuor gña lachrymarũ habuit. Prĩo lachrymas cõpũctõis ꝑ pctis ꝓprijs. ꝛ h̄ i ṗncipio sue ꝯuersiõis qñ sub q̇dã ficu se ꝓijciẽs lachrimas amarissimas effudit. Joh. i. Cũ eẽs sub ficu vidi te. Secũdo lachrymas deuotiõis quas habuit ꝑ celestibꝰ desiderijs. ꝛ de q̇bꝰ dicit in li. ꝯfes. Quãtũ fleui in hymnis ꝛ cãticꝭ tuis suaue sonãtꝭ ecclie vocibꝰ cõmotꝰ acriter Voces igiꝶ ille influebãt auribꝰ meis ꝛ eliq̄baꝶ ṽitas tua ꝛ cor meũ: ꝛ fluebãt lachryme ꝛ bñ mihi erat cũ eis. Tertio lachrymas lamẽtatiõis q̄s hũit ꝑ mũdanis ꝑiculis. ordinatus em̃ in p̄sbyterũ ꝛ postea in ep̄m: ꝯsiderãs status illiꝰ ꝑiculũ multuꝫ fleuit. vñ dixit. In nulla re sentio mihi dñm sic iratũ: ꝙ in h̄ ꝙ cũ ñ essem dignꝰ põi ad remũ posuit me ad amplustre in apice regiminis ecclie. Quarto lachrymas cõpassionis q̄s hũit ꝑ alienis miserijs. Cũ em̃ barbari cũcta vastarẽt nec parcerent sexui. ordini vel etati Augustinꝰ lugubrẽ vitã duxit fuerũtqꝫ sibi lachryme eiꝰ panes die ac nocte. cũ alios videret occisos. alios effugatos. ecclias sacerdotibꝰ viduatas. ciuitates cũ incolis dissipatas.

Quinto btũs augustinus

effulsit in tẽplo dei ꝑ sapiam. vñ in li. ꝯfes. dicꝭ sic. Mirabilis ꝓfũditas eloq̇oꝝ tuoꝝ quoꝝ ecce añ nos supficies blandiẽs paruulꝭ. Sed mira ꝓfunditas deꝰ meꝰ. mira ꝓfũditas. horror est intẽdere in eã. Hãc aũt ꝓfunditatẽ sacre scripture inquãtũ hoĩ fuit possibile Augꝰ. scrutatꝰ est. ꝛ inde copiositatẽ expositionuꝫ ꝛ sniarũ eduxit. Eccl. l. In diebꝰ ipsiꝰ emanauerunt putei aquarũ: ꝛ q̄si mare adimpleti sũt sup modũ. Eius em̃ doctrina est solida ꝓpꝶ q̄ttuor ꝯditiões quas hꝫ. Primo hꝫ purissimã ṽitatẽ. Nam cõparaꝶ ille Gregꝰ. in epla ad ṗfectũ affrice dicꝭ sic. Bti augustini copatriote vr̃i opuscula legite: ꝛ ad cõparatõꝫ illiꝰ similaginis nr̃m furfurẽ nõ q̄ratꝭ. Prouer. iij. Primi ꝛ purissimi fructꝰ eiꝰ. Sermones em̃ bti Augꝰ. sũt puri qꝛ nullã hñt falsitatẽ. Sũt puriores: qꝛ nullã hñt dubietatẽ. Sũt purissimi qꝛ ꝯtinẽt veritatẽ. vñ Volusianꝰ dicit. Legi dei deest q̇cquid Augustinũ ꝯtingit ignorare. Secũdo hꝫ altissimaꝫ ꝓfunditatẽ. Job. xxviij. Profunda fluuioꝝ scrutatꝰ est. ꝛ abdita ꝓduxit in lucẽ. Habuit em̃ celerẽ itellectuꝫ ꝛ nobile ingeniũ. sicut ipse dicꝭ in li. ꝯfes. Oẽs libros artiũ quas liberales vocãt: tũc neq̄ssimus cupiditatũ iniquarũ seruꝰ ꝑ meipsuꝫ legi ꝛ intellexi. quoscũqꝫ legere potui. Quicq̇d em̃ est de arte disserẽdi ꝛ loquẽdi. q̇cquid de dimẽsionibꝰ figuraꝝ ꝛ de musicis ꝛ de nũeris sine magna difficultate nullo hoĩm tradente intellexi. Scis tu dñe deus meus ꝙ celeritas intelligendi ꝛ discẽdi acumen donũ tuũ est. hec ille. Cũ em̃ doctores alij habeãt spãlem modũ tractãdi sicꝫ Hieroñ. versaꝶ circa expõnes. Ambrosiꝰ circa spũales sensus. Gregorius circa instructões morales. Augustinus nõ hꝫ spãleꝫ modũ: qꝛ hꝫ oẽm modũ. vñ tractat de diuĩtate ĩ li. de trini. De hũanitate xp̄i in li. cur. quõ. q̄ñ deus hõ. ꝛ in multꝭ alijs. De duplici ciuitate. s. hierl'm ꝛ babylonica ꝛ earũ regibꝰ agit in li. de ciui. dei. De ṽtutibꝰ sctõrum in multis locis. De dignitatibꝰ angeloꝝ. De vicijs pctõꝝ. De penis dãnatoꝝ. de gl'ia sctõꝝ per diuersos libros. Tractatus. eplas

subtilissime tractauit. Tertio hꝫ firmissimã soliditatẽ. vñ ꝯparaẗ malleo. Ber. sup cant. Augustinꝰ hic est validissimꝰ malleus hereticoꝝ. Nam sicut malleus ictibꝰ suis firmat incudẽ. ferrũ domat ⁊ melodiã gñat: sic Augustinus doctrinis suis ecclĩaꝫ firmauit. Eccl. l. In vita sua suffulsit domũ: ⁊ in diebꝰ suis corroborauit tẽplũ. hereticos domuit ⁊ fugauit. ibidẽ. Qui curauit gentẽ suaꝫ ⁊ liberauit eã a ꝑditiõe. Prosper in li. de vita ꝯtẽplatiua dicit sic. Sctũs Augustinꝰ fuit in quottidianis disputationibꝰ clarꝰ ⁊ in oĩ actiõe sua cõpositus. acer ingenio: suauis eloq̃o: secularis litterature peritꝰ. in ecclĩasticis laboribꝰ operosus. in q̃õnibꝰ soluendis acutꝰ. In ꝯuincẽdis hereticis circũspectꝰ. In expositiõe fidei nr̃e catholicꝰ. In explanãdis scripturis canonicꝭ cautus. hec ille. Tota em̃ ecclĩa deũ laudat q̃ tam egregiũ doctorẽ sibi ꝯcessit. Vñ cantat. Magnus dñs ⁊ laudabilis valde: q̃ de tenebris gentiũ lumẽ ecclĩe sue vocauit Augustinũ. Quarto hꝫ dulcissimã suauitatẽ. iõ ꝯparaẗ cibo dulcissimo. Greg. in ep̃la ad Innocentiũ ꝑfectũ affrice dicit sic. Si delicioso cupitis pabulo saginari beati Aug. opuscula legite. Ubi vocat Greg. doctrinã Aug. pabulũ deliciosum ⁊ saginatũ. Diciẗ em̃ pabulũ q̃ꝛ satiat. deliciosum: q̃ꝛ delectat. vñ cantaẗ de eo. Tu de ꝟbis saluatoris dulcẽ panẽ cõficis. Panẽ: q̃ꝛ satiat. dulcẽ: q̃ꝛ delectat. Vocat euꝫ pabulũ saginatũ q̃ꝛ ĩpinguat. vñ Cassiodorꝰ doctor eximius dicit sic. Btĩssimꝰ augustinꝰ in q̃busdã libris nimia est difficultate recõditus. in q̃busdã planissimus. vt etiã paruulis ꝑbeaẗ acceptus: cuiꝰ opera tã suauia sũt: obscura vero magnis vtilitatibꝰ farta pinguescunt. hec ille. ⁊ sic pꝫ eius sapĩa.

Sexto btũs augustinus

effulsit in tẽplo dei ꝑ ꝓuidentiã. Nam ordinatus in p̃brm a btõ Ualerio yponensi ep̃o mira sctĩtate monasteriũ clericoꝝ instituit ⁊ cepit viuere ƀm regulã sub sanctis ap̃lis constitutã: vbi nullus aliquid ꝓpriũ habebat: ꝫ om̃es in cõi viuebant. De cuiꝰ monasterio x. ep̃i fuerunt electi. Fratribꝰ aũt suis quos canonicos regulares vocauit. regulã tradidit: sub qua multe religiones militãt. s. ꝑdicatoꝝ heremitarũ. carmelitarũ. seruitarũ ⁊ alie plures. tandẽ in ep̃m assumptus magna ꝓuidẽtia officium suũ exercuit. in quo se diligentissime obseruauit. Primo oẽm familiaritatẽ suspectã a se remouit. Vñ Greg. dicit. Legitur ꝙ btũs Augustinꝰ nec cũ sorore habitare cõsensit dicẽs. Que cũ sorore mea sunt sorores mee nõ sunt. Secũdo oẽm ambitionẽ ⁊ pompam tam in vestimẽtis ꝙ in vasis a se dimouit. Uestimẽta eĩ sua nec nitida nimiũ nec abiecta plurimũ: sed ex moderato ⁊ competenti habitu erant. Ipsum etiam dixisse legitur. Fateor de preciosa veste erubesco. Et ideo cum mihi daẗ: vendo eam. vt q̃ꝛ vestis non põt esse cõis: preciũ sit cõe. Uasa etiam aurea vel argentea nõ habuit: sed ligneis vel marmoreis vsus fuit. nõ necessitatis inopia: sed ꝓposito voluntatis. Tertio omẽm cupiditatem ⁊ auariciam a se submouit. Nullã em̃ villam vel agrũ emere vnq̃ꝫ voluit. Multas etiam hereditates sibi dimissas respuit. ⁊ ꝓpinquis mortuoꝝ dari fecit. Quarto ad pauperes magnam liberalitatẽ ostendit. adeo ꝙ quãdoq̃ꝫ vasa dñica iubebat frangi ⁊ cõflari ⁊ captiuis indigentibꝰ dari. Cũ vero pecunia sibi deficiebat hoc populo denũciabat: ⁊ ad eos erogandũ ꝓuocabat. Quinto in cibo ⁊ potu magnã parcitatẽ habere voluit. Unde scribitur. Mensa frugali ⁊ parca vsus est. Et in libro cõfes. dicit sic. Sic me docuisti dñe vt queadmoduꝫ medicamenta: sic alimenta sumpturus accedam. In ipsa vero mensa lectionẽ potius ꝙ epulationeꝫ diligebat. Detractiones preterea oĩno cõpescebat Unde in mensa hos versus scriptos habebat. Quisq̃s amat dictꝭ absentũ rodere vitaꝫ Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Unde si detractio ibi incidissꝫ dicebat ꝙ aut taceret aut ꝟsus illos deleret aut de mẽsa recederet. Sexto ad ꝯsanguineos nullã carnalitatẽ hũit. vñ d̃r de eo. Cõsanguineis sic bñfecit: nõ vt diuitias haberẽt: ꝫ ne nimis egerẽt

Septio btũs augustinus

effulsit in templo dei per vigilantiam naꝫ vt diciẗ Daniel. iiij. Ecce vigil ⁊ sanctus qui de celo descendit. q̃ꝛ beatus Augustinus vigilauit q̃nq̃ꝫ modis. Primo per magnã cõpassionẽ. Cum em̃ lecto recũberet: ⁊ barbari oĩa vastarẽt amarissime fleuit. ⁊ ꝯuocatis fratribus ait. Ecce rogaui dñm vt aut vos ab istis ꝑiculis eruat. aut voƀ patientiaꝫ tribuat. aut me de hac vita suscipiat. In isto autem tertio fuit exauditus. Secundo ꝑ magnã deuotionẽ. nã septẽ psalmos pñiales sibi scribi fecit: ipsosq̃ꝫ ꝯ parietẽ positos decũbens legebat: ⁊ vberrime flebat. Tertio ꝑ magnã caritatẽ. Quidã em̃ eger ad ipsum egrotãtẽ venit

rogans vt sibi manū imponeret ꝛ sanitatem
ꝯferret. Cūq₃ augu. se excusaret ꝙ sibijpsi sa
nitatē conferre nequiret: instabat ille dicens
sibi ꝑ somniū dictū esse. Ad augu. accedat vt
sanitatē recipiat. Ille manus sibi imponens
ꝓ eo orauit ꝛ sanitatē recepit. Quarto per
magnā puritatē. dicebat em̄ nullū q̄ntūcūq₃
excellentis meriti sine eucharistia ꝛ cōfessiōe
de corpore migrare debere. qḋ ꝛ ip̄e in se vo
luit obseruare. Quinto ꝑ magnā pauperta
tem. Vñ dr̄ de eo. Testamentū nullū fecit. q̄ꝛ
vñ faceret pauꝑ xp̄i nō habuit. Et sic coram
posit̄ fratribꝰ ꝛ orātibꝰ dormiuit cū p̄ribꝰ suis

Octauo btūs Augu. efful

sit in templo dei ꝑ refulgentiā. Eius em̄ glīa
p̄mōstrata est quattuor modis. Primo q̄ꝛ
illustratus est lumīe celestis claritatis. Qui-
dam em̄ monachus in spū raptus vidit. B.
augustinū. suꝑ nubē lucidā sedentē. cuiꝰ ocli
quasi solis radij totā ecclīam illuiabant. de
quo odor nimiꝰ exalabat. Secūdo q̄ꝛ imer-
sus est in pelagus infinite suauitatis. vñ cū₃
q̇da₃ tractatꝰ. b. augustini in matutis legere-
tur: sctūs bernardꝰ parūꝑ obdormiēs vidit
quendā iuuenē: de cuiꝰ ore tam imensus flu-
uius exibat: ꝙ totā ecclesiā irrigabat. p̄s. Flu
minis impetus letificat ciuitatē dei. cui reue
latum est hunc fore augustinū. Tertio quia
collocatus est in culmīe diūe maiestatis. Cū
em̄ q̇dam in ecclesia btī petri ꝑnoctans vidis
set sanctū gregoriū cū multis ep̄is ꝓcessiona
liter incedentē interrogauit gregoriū si inter
eos augustinꝰ erat. Ille r̄ndit. Augu. excellē-
tissimū virū de quo queris altior locus a no
bis tenet. Quarto q̄ꝛ eleuatꝰ est in plenitu-
dine excellentissime trinitatis. Cū em̄ quidā
in spū raptꝰ oēs sanctos in glīa cōspexisset: ꝛ
augustinū minime vidisset: r̄nsum est ei. Au
gustinus residet in excelsis: vbi disputat de
gloria excellentissime trinitatis.

Nono btūs Augustinus

effulsit in tēplo dei ꝑ diligentiā qua sibi deuo
tos iuuare pōt. sicut p₃ in multis quos a di-
uersis languoribꝰ ꝛ afflictōibus liberauit nā
virginē quādam yponensem. ꝛ adolescentē
quēda₃ a demonio eripuit. Molendinariu₃
a fleugmate salso liberauit. Puerū a vicio la
pidis curauit. Prepositū cuiusdā ecclīe a gra
ui languore sanauit. Demonē in carta p̄ctā
hoīm scripta deferentē sibi ostendere coegit.
si quid aduersum se cōscripsisset. qḋ vbi cōpe
rit se aliq̄n cōpletoriū ex obliuione nō dixisse
mox in ecclīa debitū ꝑsoluens negligentiam
suā abrasam de cartha īuenit. Et sic p₃. Am̄.

In festo decollationis sancti Johan-nis baptiste. Sermo. L.

Johānem sciebat vi
rum iustum ꝛ sanctū. Mar. vi. ꝛ
in euangelio p̄sentis solēnitatis
Johānes crisosto. suꝑ Math. dicit sic. Johā
nes schola virtutū magisteriū vite. sanctitatꝭ
forma. norma iusticie. virginitatis speculum
pudicicie titulus. castitatis exēplum. penitēn
tie via. peccatoꝝ venia. fidei disciplina. Hec
ille. Suꝑ quo talem moueo q̄stionē. Utru₃
beatus Johannes iusto dei iudicio debuerit
mori tēporali supplicio. Ad istā questionē
respondēt duo doctores noui testī. Primꝰ
est Johānes crisostomꝰ vbi supra: dicēs. Jo
hannes maior hoīe. par angelis. legis sūma
euangelij sanctio. apostoloꝝ vox. silentiū pro
phetarum. lucerna mūdi. p̄cursor iudicis. to-
tius medius trinitatis. Et hic tantus daṫ in
cestui. traditur adultere. adijcitur saltatrici. H
ille. Secūdus est btūs Augustinꝰ sermone
iij. huius diei dicens sic. Considerandum est
quomō omp̄s deus electos suos dilectosq₃
famulos quos ad vitā regnūq₃ p̄destinauit
eternū. intm̄ in hac vita prauoꝝ patitur perse
cutione cōteri. tot ac tantis penarū mortiūq₃
generibus absumi. quātis perfectoꝝ viroru₃
passionibus. de his q̇ forte nobis aduersa cō
tigerūt doceamus. ac potius discamus om̄e
gaudiū existimare: cū in tēptationes varias
inciderimus memoria retinētes: q̄ꝛ quē dili-
git castigat. flagellat autem oēm filiū quē re-
cipit. Nam ꝛ si p̄ncipali sententia cōstat: q̇a
in multis offendimꝰ om̄s. quis tm̄ audeat di-
cere btm̄ Johānem actu vel dictu vel habitu
vel motu peccasse. cuiꝰ austeritatē indumēti:
vel parcimoniā alimēti. euāgelica laudat hy
storia. cuiꝰ om̄e qḋ loq̄tur aut veritati testio
nium reddit: aut eos q̇ cōtradicūt redarguit.
Cuiꝰ opa iusticie q̇ nō amabāt veneratiōi ha
bebāt. Quis in eiꝰ p̄cordijs p̄ctō locꝰ esse po-
terat: quē ꝛ ante natiuitatē spūsſācti cōsecra-
uit aduētus q̄n saltē humane cōuersationis
intuitu nō valuit a virtutis via vel ad modi
cum deflecti q̇ totā ab ineunte puericia vita₃
solitariā ꝑegit. Et tm̄ talis ac tantus vir p̄sen
tis vite terminū post longā vinculoꝝ afflict
ione₃ sanguinis effusionē suscepit. Ille qui li
bertatē suꝑne pacis euāgelizabat ab impijs
in vincula ꝯuinciṫ. claudiṫ obscuritate carc

ris qui venit testimoniū ꝓhibere de lumine.
quiqꝫ ab ipsa luce q̄ xp̄us est lucerna ardēs
⁊ lucens appellari meruit. quo in natis muli
erum maior nemo est ad petitionē mulieruꝫ
turpissimarū capite plectitur ⁊ ip̄e cruore ꝓ
prio baptizatur. cui redēptorē mūdi baptiza
re. cui vocē patris sup illū audire. cui sp̄ussan
cti grām in eū descendentis videre donatuꝫ
est. Sed nō erat graue imo leue ac desidera-
bile talibus tormēta ꝓ veritate tēporalia per
peti. que ꝑpetuis nouerāt remuneranda gau-
dijs. Optabilem habebant morteꝫ. q̄ nature
necessitate ineuitabili īmineat. ꝯfesso xp̄i no
mine cū palma vite perennis excipe. Unde
bene dicit apostolꝰ. q̄d vobis datū est a xp̄o
vt nō solum in eum credatis: sed etiā vt pro
illo patiamini. Quod ideo dicit donū eē xp̄i:
vt ꝓ illo patianꝫ electi. quia sicut idem dicit.
nō sunt cōdigne passiones huiꝰ tēporis ad fu
turam gloriam. hec ille. Sciendū ꝙ deꝰ q̄c
quid agit: iuste agit. ⁊ hoc. Primo premian
do reprobos tm̄ tēporaliter. Licet em̄ in eis
nō sit virtus charitatis dirigens eos in vlti-
mam beatitudinē: tm̄ facientes aliqua de ge
nere bonoꝝ non sinit deus ꝑ suaꝫ iusticiā ꝙ
illa transeant sine p̄mio. Quia vero nō me
rentur p̄mia eterna in vita celesti: dat eis tē-
poranea ī vita terrestri. Et sic p̄miauit obste
trices que noluerūt occidere infantes iudeo
ruꝫ iuxta mandatū pharaonis regis egypti:
edificando eis domos cū tēporali ꝓsperita-
te. Exo. p̄mo c. Eodēmodo p̄miauit Raab
meretricē. que abscondit duos viros populi
dei explorantes ciuitatē hierico. p̄seruando
eam a morte ⁊ ab incendio ⁊ domuꝫ eius et
domū patris sui. Josue. vi. Sic etiā p̄miauit
infidelem Nubuchodonosor. qꝛ sumptibus
suis ꝓ populi dei defensione pugnauit cōtra
tres reges dādo ei illa tria regna. Ezech. xxv.
vsqꝫ ad. xxx. caplꝫ ⁊ vltra ⁊c. Secūdo puniē
do reprobos tēporaliter. Nullū em̄ malū im
punitū: ⁊ nullū bonū irremuneratū. ⁊ sic pu-
niuit regem Nabuchodonosor quādo fenuꝫ
vt bos comedit. Dañ. iiij. Sic punitꝰ fuit bal
thasar eius filius abutens vasis templi dei ꝓ
seruitio familie sue. Nam eadē nocte occisus
est. Daniel. v. Sic puniuit Holofernem sup-
bum per manū femine. Judith. xiij. Sic puni
uit Achab ⁊ Jezabel vxorem eius: cuius san
guinem canes biberunt ⁊ domuꝫ Achab in
manū Jehu ꝑdendo om̄s reliquias eius. iiij.
Reg. x. Sic puniuit Athaliam matrē Ocho
zie interficientem omne semen regium dum

⁊ ipsa interfecta fuit. iiij. Regum. xi. Sic pu-
niuit Sisaraꝫ inimicū populi dei. quādo ma
nu mulieris Jael. claua in tempore capitis fi
xo. cum malleo ferreo interijt. Judic. iiij. ca.
Tertio puniendo correptiue electos tempo
raliter. ne. s. pro delictis puniātur eternaliter
Sic puniuit Mariā sororem moysi ꝑcutiē
do eaꝫ lepra. quia murmurauerat ꝯtra moy
sen fratrem suū. Nume. xij. Sic puniuit moy
sen ⁊ Aaron quando mortui sunt in deserto
nec introduxerunt populum dei in terram ꝓ
missionis. quia peccauerunt ad aquas cōtra
dictionis. Deutero. xxxij. Sic puniuit Hely.
p̄mo Reg. iiij. ca. Quarto p̄miādo electos
temporaliter. sicut remisit culpam dauid pe-
nitenti ⁊ restituit eum in pristinam dignita-
tem. Unde dist. l. ca. ponderet dicitꝫ sic. Por-
ro sanctus dauid de mortiferis criminibꝰ pe-
nitentiam egit: ⁊ tm̄ in honore ꝑmansit. Bea
tus quoqꝫ petrus amarissimas lachrymas
fudit: quādo deum negasse penituit: ⁊ tamē
apostolus ꝑmansit. Hec ibi. Et eadem dist.
ca. Si post ordinationeꝫ ⁊c. §. Ecōtra exem
plis ideꝫ dicitur. Quinto premiādo iustos
eternaliter. Unde bene monuit filios suos
Mathatias. p̄mo Macha. ij. dicens. O filij
emulatores estote legis: ⁊ date aīas vestras
ꝓ testamento patrū. ⁊ mementote operum
patrum que fecerunt in generationibꝰ suis: ⁊
accipietis gloriam magnā ⁊ nomē eternum.
Abraham nonne in tentatione inuentus est
fidelis. ⁊ reputatū est ei ad iusticiā. Josephi ī
tempore angustie custodiuit mandatum et
factꝰ est dn̄s egypti. Phinees pater noster
zelando zelum dei accepit testamentū sacer-
dotij eterni. Jesus naue dum implet verbuꝫ
factus est dux in israel. Caleph dum testifica
tur in ecclesia accepit hereditatem. Dauid in
sua misericordia consecutus est sedem regni
in secula. Helyas dum zelat zelum legis ra-
ptus est in celum. Ananias azarias misael
credentes liberati sunt de flamma Daniel ī
sua simplicitate liberatus est de ore leonum.
Et ita cogitate per generationem ⁊ genera-
tionem: quia omēs qui sperant in deum non
infirmātur. Hec ibi. Omēs em̄ hi salui facti
sunt in celo ⁊c. Sexto puniendo reprobos
eternaliter. Grego. Justum est vt nunq̄ ca-
reant supplicio: qui dum hic viuerent nolue-
runt carere vicio. ⁊ Math. xxv. Ite maledicti
in ignem eternum. Septimo puniendo sā
ctificatos temporaliter Grego. Cum reco-
gnosco Job in sterquilinio. Johānez esuriē

tem in Heremo. Petruȝ in crucis patibulo.
Jacobum occisum Herodis gladio: cogito q̄
liter deus cruciabit in inferno quos reprobat
qui in hoc seculo affligit quos amat. hec ille.
Licet em̄ baptismus habeat virtutē auferen
di penalitates p̄sentis vite: nō tñ eas aufert
in presenti vita: sed ei⁹ virtute auferent a iu-
stis in resurrectione quando mortale hoc in
duet immortalitatem. vt dicit̄ .i. Corinth. xv.
Et hoc rōnabiliter. ❡ Primo quidem. q2 per
baptismū homo incorporatur xp̄o et efficit̄
membrum eius. ⁊ ideo cōueniens est vt id a
gatur in mēbro incorporato: quod est actum
in capite. Xp̄us autē a principio sue ꝯceptio
nis fuit plenus gratia ⁊ veritate. habuit tam̄
corpus passibile. quod ꝑ passionē ⁊ mortem
est ad vitam gloriosam resuscitatū. Unde et
xp̄ianus in baptismo cōsequitur grām q̄tuȝ
ad aīam. habet tñ corpus passibile in quo ꝑ
xp̄o possit pati. sed tandē resuscitabit̄ ad im-
passibilem vitā. Unde apostolus dicit. Ro.
viij. Qui suscitauit Jesuȝ xp̄m a mortuis vi-
uificabit ⁊ mortalia corpora nostra ꝓpter in
habitantem sp̄m eius in nobis. Et subdit. he
redes quidem dei: coheredes aūt xp̄i. si tamē
cōpatimur: vt ⁊ simul glorificemur. Secun
do hoc est cōueniens ꝓpter sp̄ualem exerci-
tium. vt videlȝ cōtra cōcupiscentiam ⁊ alias
passibilitates p̄sentis vite pugnans hō victo
rie coronā acciperet. Uñ sup illō Ro. vi. De
struatur corpus peccati. dicit glo. Si post ba
ptismuȝ vixerit homo in carne habet cōcupi
scentiam cū qua pugnet: ⁊ eā adiuuante deo
superet. In cui⁹ figura dicitur Judic. iij. Hee
sunt gentes quas dñs dereliquit vt erudiret
in eis israelem. ⁊ postea discerent filij eorum
certare cū hostibus ⁊ haberent cōsuetudinē
preliandi. ❡ Tertio hoc fuit cōueniens ne ho
mines ad baptismū accederēt ꝓpter impas
sibilitatē p̄sentis vite: ⁊ nō ꝓpter gloriam vi
te eterne. Uñ apl's dicit .i. Cor. xv. Si in hac
vita tñ sperantes sumus in xp̄o: miserabilio
res sumus oībus hoībus. Beat⁹ Johannes
baptista q̄uis esset sanctificat⁹ in vtero ma
tris: tamē martyriū sustinuit tēporale. vt sci-
ret mūdus ꝙ nō in gloria vana ⁊ ꝓsperitate
hui⁹ vite sperabat: sed ignominiā ⁊ aduersita
tem libēter tolerauit: vt cōformitatē sui ostē-
deret ad xp̄m q̄ venerat ꝑ oībus hoībus mo
ri. Sȝ neq̄ȝ xp̄us iohēm glīa priuauit quē ꝑ
veritate iusticie occisum iniuste nouerat. Cū
em̄ plura sint quibus aīa per carnē meretur:
⁊ sine carne mereri nō posset. sicut est contra
carnales cōcupiscentias decertare. ieiunare.
peregrinationes assumere ⁊ martyriū susti-
nere. Ideo beatus Johannes vt maiora p̄-
mia sibi conquireret: has passiones sustinuit
Et tamen totus mūdus sciebat ipsum viruȝ
iustum ⁊ sanctum.

❡ Sciebat eum virum iustum ⁊ sanctum.

- Thronus diuinalis.
- Chorus spiritalis.
- Cetus patriarchalis.
- Cuneus prophetalis.
- Turba apostolorum.
- Collegiū occisorum.
- Agmen doctorꝝ.
- Societas inuiolatorꝝ.

❡ **Primo sciebat beatū Jo**
hannem virū iustū ⁊ sanctū thronus diuia-
lis. Sciendū ꝙ tota trinitas circa scitateȝ
Johānis mirifica egit. ❡ Primo pater ꝑ suā
potentiam celestib⁹ mysterijs ip̄m interesse
p̄elegit. Nā celos aptos vidit. vocē patris au
diuit. filij diuinitatē agnouit. sp̄m sanctum in
specie colūbe ꝯspexit. Uñ Augu. lib. de fide
ad petrū dicit sic. Quāuis patris ⁊ filij ⁊ sp̄us
sancti sit vna natura: firmissime tñ tene tres
esse personas. patrē q̄ dixit. hic est filius me⁹
dilectus. ⁊ filiū esse sup quē vox patris inso-
nuit. ⁊ sp̄m sanctū esse q̄ in specie columbe su
per xp̄m baptizatū descendit. de q̄bus bapti
sta preelectus testimonium ꝑhibuit hec ille.
❡ Filius ꝑ suam sapientiā ceteris sanctis p̄-
ximiorem eū sibi statuit. Xp̄us em̄ est v̄buȝ
dei. Johānes est vox dei. Joh. i. Ego vox cla
mantis in deserto. Ceteri scti sunt tuba dei.
Osee. viij. In guttur̄ tuo sit tuba. Xp̄s ē spō-
sus: Johes amic⁹ sponsi. Joh. iij. Qui hȝ spō
sam sponsus est: amic⁹ aūt spōsi q̄ stat ⁊ au-
dit eū. gaudio gaudet ꝓpter vocē sponsi. hoc
ḡ gaudium meū impletū est. Ceteri scti sunt
serui spōsi. Xp̄us est sol. Johes lucifer. Job
xxxviij. Nūq̄d ꝓduces luciferū in tp̄e suo. Ce
teri scti sunt stelle. Baruch. iij. Stelle vocate
sunt ⁊ dixerūt. assum⁹. Xp̄us est ignis. Heb.
xij. De⁹ nr̄ ignis cōsumens est. Johes facula
ardens. Eccle. xlviij. Uerbū illi⁹ quasi facula
ardebat. Ceteri sancti sunt scintille. Sap. iij.
Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ scintille in arūdineto
discurrēt. Xp̄s fuit p̄nceps: Johes vero te-
stis. Joh. i. Fuit hō missus a deo cui nomen
erat iohes. Hic venit in testimoniū vt testio
nium ꝑhiberet de lumine. Nam testimoniuȝ
perhibuit de xp̄o: q̄tum ad visum. de ei⁹ ma

festate. Johã.i. Et ego vidi ꝛ testimoniũ phi
bui quia hic est filius dei. Quantũ ad auditũ
de eiꝰ cũ patre equalitate. quãdo audiuit. hic
est filius meus dilectꝰ. Quantũ ad tactũ de
eiꝰ humilitate. quãdo xp̄m baptizauit. Mat.
iij. Quantũ ad olfactũ. de eius odoris suaui
tate quando in carcere existens odorẽ virtu
tum eius persensit. Math. xi. Quantũ ad gu
stum de eiꝰ summa delectabilitate. Esca eniʒ
eius erat mel siluestre. Xp̄us fuit mel inquã
tum deꝰ. ꝛ siluester inquãtum in desertũ mũ
di venit. Mistice igitur Johãnes mel silue
stre comedebat: quia xp̄i incarnati dulcedi
nem degustabat. ¶ Spiritussanctus p suam
clementiam donis celestibus ip̄m fecũdauit
qñ in vtero matris sue ip̄m sanctificauit per
gratie repletionem. Luce. i. Spũsancto reple
bitur adhuc ex vtero matris sue. Per gaudio
sam xp̄i cognitionem. Ibidem. Exultauit in
gaudio infans in vtero meo. per bonoꝝ con
firmationem. Esaie. xlix Sub tegumẽto ma
nus sue ptexit me. Per peccati purgationeʒ
Jere. i. Anteq̄ exires de ventre sanctificaui
te i. mundaui te. In his enim apparuit san
ctitas Johannis ꝛc̄.

¶ Secundo sciebat beatum
Johãnem virũ iustũ ꝛ sanctũ chorus spirita
lis. s. angeloꝝ. Nam in omni genere creature
Johẽs semp dignioribus cõparatur. Inter
corporalia assimilatur corpori lumĩoso. sicut
lucerne ardenti ꝛ lucifero radianti. Inter spi
ritualia assimilatur angelis q̇ inter spũs rõa
les nobiliores sunt. Math. xi. Hic est enĩ de
quo scriptũ est. Ecce mitto angelum meũ an
te faciẽ tuã: qui pparabit viã tuã ante te. Cũ
enĩ angelus habeat triplicẽ virtutẽ ſm Dyo
nisiũ. s. purgatiuã. illuminatiuã ꝛ pfectiuam.
ip̄e habuit virtutẽ purgatiuã. quia sicut dicit
Luce p̄mo ip̄e venit parare dño plebẽ perfe
ctaʒ. habuit virtutẽ illuminatiuã. qꝛ lucẽ quã
a xp̄o recepit ppl'is infudit. habuit virtutẽ p
fectiuã. quia quos malos inuenit ad pfectio
nis viã reduxit dũ eos baptizauit ꝛ ad xp̄m
mandauit. ¶ In angelo sunt quattuor perfe
ctiones q̄ iohãnis sanctitatem demõstrant.
¶ Primo essentie puritas. ps. Qui facit ãge
los suos spũs. Substãtia enĩ spũalis purissi
ma est de se. Tam purus enĩ est angelus q̄ a
Dyonisio speculũ purũ vocat. Sic iohẽs tã
te puritatis fuit q̄ oẽs nostras impuritates
in eo possumus speculari. Ibi supbi possunt
speculari deformitatem electionis sue. qꝛ p
funde se humiliauit. Ibi enĩ vane gloriosi de
formitatẽ ambitionis. quia de pilis camelo
rum vestes portauit. Ibi auari deformitatẽ
cupiditatis. quia omnia terrena contempsit.
Ibi gulosi deformitatem voracitatis. qꝛ val
de abstinens fuit. Ibi immũdi deformitateʒ
concupiscentie. qꝛ virgo extitit ꝛc̄. ¶ Secũdo
feruens charitas. ps. Qui facit ministros su
os ignem vrentem. Sic iohãnes tãta chari
tate ferbuit q̄ om̄ia terrena cõtempsit. sicut
homo ardens calore vestes graues deposu
it. Cant. viij. Si dederit homo oẽm substan
tiam domus sue p dilectione: quasi nihil de
spiciet eam. Ideo sibi põt cõuenire illud Je
re. xij. Reliqui domũ meã. dimisi hereditatẽ
meã. dedi dilectam aĩam meã in manibꝰ ini
micoꝝ eius. Cuʒ enĩ esset filius summi sacer
dotis ꝛ vnicus patris sui: ip̄e tamẽ domum
paternam deseruit. hereditatẽ sibi debendaʒ
cõtempsit. heremũ intrauit ꝛ aĩam suam in
mortem dedit. ¶ Tertio obediẽtie velocitas.
Hebre i. Omnes sancti administratorij spi
ritus in ministeriũ missi ppter eos q̇ heredi
tatem capiunt salutis. Sic Johannes velox
fuit in obedientia p̄ceptoruʒ. Fuit enim sibi
preceptũ aliquid magni honoris scʒ q̄ chri
stum baptizaret. ꝛ de hoc humiliter se excusa
uit dicens. Ego a te debeo baptizari. Mat
iij Fuit etiam sibi preceptum aliquid magni
valoris. s. vt hoĩes fugeret ꝛ desertum intra
ret vbi vitam suam innocenter cõseruaret ꝛ
ptinus obediuit. Luce. i. Fuit insuper sibi p̄
ceptum aliquid magni ardoris s. vt peniten
tiam mundo predicaret. ꝛ fideliter impleuit.
Luce. iij. Factum est verbum dñi sup Johã
nem filiũ Zacharie in deserto. ꝛ venit in om
nem regionem iordanis p̄dicans baptismũ
ꝛ remissionẽ peccatoꝝ. Quarto eterne glo
rie felicitas. Nam angeli semp vidẽt faciem
patris. Math. xviij. Sic btũs iohẽs ad sup
mũ ordinẽ angeloꝝ est assumptus. Si eniʒ
de quolibet ordine aliqui ceciderunt. vt dicit
Ansel. Et ordines angeli etiã reparari non
pñt: nisi p hoĩes q̇ ad ordines illos assumun
tur. vt dicit Grego. Scd̄m vero celsitudineʒ
sanctitatis q̄ habetur in hac vita: habet celsi
tudo felicitatis in alia vita. Johẽs aũt post
xp̄m ꝛ beatam virginẽ sup oẽs sanctos fuit
maioris sanctitatis. qꝛ inter natos mulieruʒ
non surrexit maior Johãne baptista. Mat.
xi. Merito in supremo ordine est collocatus
scʒ seraphin qui interpretat ardẽs. Et de Jo
hãne dicit xp̄us. Ille erat lucerna ardens et

lucens. precipue aũt in sede luciferi. q2 habu
it oẽm felicitatem quã habuisset lucifer si p
stitisset. Nam habuit clarioreꝫ diuinitatis vi
sionem: q2 fuit deo maxime ppinquus. etiaꝫ
immediatius diuinas influentias recepit. et
mediante ipso oẽs alij. Insuper est omniuꝫ
princeps sicut primus hierarcha post deum
Preterea hꝫ oẽs pfectiones alioꝝ ordinum
vt pꝫ in legenda de natiuitate eius ꝛc.

Tertio sciebat beatũ Johanne virũ iustuꝫ ꝛ sanctũ cetus patriarcha

lis. Sciendũ ꝙ patriarche floruerunt qua
druplici virtute. scꝫ. Puritatis ꝛ mundicie vt
patet in Abel. Uite religiose. vt patet in A
braam. Humilitatis pfunde. vt pꝫ de Jsaac
ꝛ Jacob quãdo seruiuit Laban viginti ãnis
Discretionis mature. vt ptꝫ de Joseph. Sic
Johãnes fuit maxime puritatis. Unde dici
tur. Nesciens labeꝫ niuei pudoris. Maxime
religiositatis. Unde dr. Antra deserti teneris
sub annis ciuiũ turmas fugiens petisti. ne le
ui saltẽꝫ maculare vitã famine posses. Maxi
me humilitatis. Unde dicitᵣ. Prebuit hirtuꝫ
tegimen camelus artubꝰ sacris. strophiũ. i.
zonam bidentes. cui latex haustũ sociata pa
stum mella locustis. Maxime discretionis.
Unde dicitᵣ. Hinc potens nostri meritis opi
mis pectoris duros lapides repelle asperuꝫ
planans iter ꝛ reflexos dirige calles. Et pro
pter hoc meruit esse precursor xp̃i in lymbo
sanctis patribus gratiosum nunciũ apportã
do. Erant eñi in magna tristicia. Tum quia
dei visione carebant: Tuꝫ q2 in loco tenebro
so manebant. Tum q2 ibi diu permanserant
Tum q2 demonũ vicinitatẽ habebãt. sed Jo
hannes eis annũciauit ꝙ cito lucem diuine
visionis pciperent ꝛ ab eo loco xp̃s eos edu
ceret ꝛ in celũ eos collocaret.

Quarto sciebat eũ viruꝫ iustum ꝛ sanctũ cuneus ppheralis.

Sciendum ꝙ Johãnes a xp̃o dr ppheta ꝛ plusꝙ̃
ppheta. Mat. xi. Nam pphetarũ ꝗdam p
phetauerunt tantũ de preterito. quidam de
presenti occulto. ꝛ quidã de futuro. Johãnes
autem de oĩ̃ni tempore habuit spm̃ pphetie
Unde dicitᵣ Joh. i. Ipse est qui post me ven
turus ẽ. ecce pphetia de futuro. qui ante me
factus est. ecce pphetia de preterito: cuiꝰ nõ
sum dignus corrigiam calciamenti eius sol
uere. ecce pphetia de presenti occulto. Et Lu
ce. i. dicitur de Johanne. Ipse precedet illuꝫ
in spiritu ꝛ virtute Helye. immo in maiori
spiritu ꝙ̃ Helyas. In Helya quideꝫ fuit spi
ritus simplex. In Helyseo duplex. In Johã
ne triplex. Helyas enim fuit plenus spiritu
pphetie in vita tantum. Helyseus vero in vi
ta ꝛ in morte: quia mortuus mortuum susci
tauit. Unde dicitur de eo. Eccl. xlviij. Mor
tuum prophetizauit corpus eius Johannes
autem fuit plenus spiritusancto ꝛ spiritu p
phetie ꝛ ante vitam hominibus cognitam.
quia christum in vtero cognouit. ꝛ in vita. q2
christum digito demonstrauit. Joh. i. Ecce
agnus dei. ꝛ post vitam quia existentibus in
lymbo christum prenunciauit. Math. xi. Tu
es qui venturus es: an aliũ expectamus ꝛc.

Quinto sciebat eũ viruꝫ iustum ꝛ sanctum turba apostolorum.

Sci
endum ꝙ beatus Johãnes fuit legatus chri
sti ꝛ nuncius. sicut ꝛ sancti apostoli. quia fuit
legatus a latere a deo missus immediate. vn
de dicitur Johis. i. Fuit homo missus a deo
cui nomen erat Johãnes. Felix legatus quẽ
nõ misit cupiditas: sed caritas. quia fuit mis
sus a deo qui est caritas quem non misit sua
sed aliorum vtilitas: quia venit vt testimo
nium perhiberet de lumine. per quem procu
rata est omniuꝫ pax atqꝫ tranquillitas. quia
venit vt omnes crederent per illum. qui non
predicabat seipsum: sed deum. quia non ve
nit vt lux: sed vt testimonium perhiberet de
lumine. Licet autem sic constanter predica
ret doctrinam Christi. tamen incarceratus
fuit ab Herode. vbi ostendit quattuor. Pri
mo quo ad Herodem magnam constantiaꝫ
Unde dicit Crysost. Quod herodes illi faci
ebat pro iniuria suscipiebat Johannes pro
beneficio. ꝛ ira illius quasi misericordia dei
fouebatur: quia verum gaudium sanctorum
est exire de mundo. Secundo quoad Chri
stum magnam reuerentiam. quia sciens se
eius famulum ꝛ nunciuꝫ misit discipulos ad
Christum vt sciret si eum debebat prenunci
are inferius: quemadmodum prenunciaue
rat superius. Tertio quoad discipulos ma
gnam diligentiã. Cryß. Missus Johannes
in carcere nõ de suo periculo: sꝫ de discipuloꝝ
salute sollicitus misit eos ad Christuꝫ vt mi
racula sua viderent. que tot fecit vt paucoꝝ
animas lucraretᵣ quia melior est apud deuꝫ
vnus iustus: ꝙ̃ totus mũdus pctõribꝰ plenꝰ
Quarto quoad se magnã sanctitatẽ ꝛ gra
tiam: q2 mundũ reputabat carcerem. esse au

kem in carcere p xpo reputabat paradisum.
Crisosto. Johãnes natura homo, gratia an-
gelus: quia carnis nil erat in co: nisi visio so-
la. corpore tenebatur in carcere. aĩo aũt in ce
lo. hec ille. Hec oĩa apl̃i seruauerũt. vt pz ꝛc̃.

¶ Sexto sciebat eũ viruz iu-

stum ꝛ sanctum collegium occisoꝝ. Scien-
dum ꝙ btũs Jobes fuit incarceratus p tri-
plici veritate. s. p veritate iusticie quã defen-
debat qñ dixit herodi. Non licet tibi habere
vxorẽ fratris tui. Pro veritate doctrine: quã
p̃dicabat. Vñ Josephus dicit. ꝙ herodes vi-
dens ad p̃dicationez Johãnis magnã mul-
titudinem cõuenire timens tumultũ ppl̃i ip-
sum incarcerauit. pro veritate vite quã tene
bat. Sicut em̃ serpentes ꝛ buffones odorem
vinearũ fugiũt: ꝛ sicut noctue lucẽ sol' odiũt:
sic iudei vitã Johãnis imitari nõ valẽtes ip
sum odiebãt: ꝛ arti demonum attribuebant.
Math. xi. Venit Johãnes nõ manducans
neqꝫ bibens: ꝛ dicunt demoniũ habet. Hero
des em̃ ꝛ herodias cõcubina ei⁹. filia herodi
adis: ꝛ iudei in occisione Johãnis cõmiserũt
sex impietates. ¶ Prima fuit p̃posteratio na
ture. Celebrauit em̃ diẽ natiuitatis sue q̃ fuit
ad miseriã. cũ potius deberet agere memo-
riam mortis. Eccle. vij. Memorare nouissi-
ma tua ꝛ in eternuz nõ peccabis. Jõ beatus
Hierony. dicit. Nullũ aliuz legim⁹ celebrasse
diẽ natiuitatis sue: nisi pharaonẽ ꝛ Herodẽ.
vt quoꝝ erat vna celebritas: vna esset impie
tas. Talis em̃ solennitas cito deficit: qꝛ ipsis
mortuis nõ est ampli⁹ celebrata. p̃s. Perijt
memoria coꝝ cũ sonitu. Secũda fuit salta-
tio puelle. cui⁹ impietatis pl'es fuerũt partici
pes. s. ipsa puella q̃ saltauit. Criso. Vbi est sal
tatio ibi est diabol⁹. Neqꝫ em̃ deus pedit nob
pedes vt cũ camelis saltem⁹: sed cũ angelis
choreizemus. Itẽ ipsa mater q̃ sic docuit fili
am. nõ genuflexiões: nõ fletũ. cũ tñ dicaẗ Je
remie. ix. Docete filias vestras lamentũ. Itẽ
pater. s. Herodes. cui dr̃ placuisse. malis em̃
mala placẽt. Itẽ simul discũbentes. cõtra q̊s
diciẗ Eccle. ix. Cũ saltatrice ne assiduus sis.
Tertia fuit iuratio stulta. puerb. x. Labia iu
sti cõsiderant placita: ꝛ os impioꝝ peruersa.
Quare aũt iurauit Herodes se daturũ puel
le q̃cquid petierit. Raba. rñdet. Ad hoc for-
te iurauit vt videreẗ facere inuitus qȯ spõte
faciebat. Non em̃ hoc fecisset de amasia sua.
qȯ in Johãne cõpleuit. ¶ Quarta fuit postu
latio matris ꝛ puelle: q̃ petiuerũt caput Jo-
hannis. Quare aũt istud petiuerũt hiero. rñ-
det. Optabãt habere in p̃tãte linguã qua he
rodem arguebat. Quinta fuit decollatio in
iusta. Nam Herodes misso spiculatore iussit
amputari caput Johãnis ĩ carcere. ij. Reg.
xiiij. Querũt extinguere scintillã meã. Et. iiij.
Reg. vi. Nunq̇d scitis ꝙ miserit fili⁹ homici
de hic: vt p̃cidat caput meum. Et Eccle. xlvi.
Male tractauerunt illũ qui a ventre matris
cõsecratus est ppheta. ꝛ Amos. v. Odio ha
buerunt corripientẽ in porta: ꝛ loquentẽ per
fecte abhoĩati sunt. Et Apoc. ij. Antiphas
testis me⁹ fidelis occisus est apud vos vbi sa
thanas habitat. Sexta fuit spectatio teme
raria: qꝛ allatũ est caput Johãnis in disco. i.
in catino: vt de ipso satiareẗ impijssima hero
dias. Hec aũt decollatio facta est p iusticie
defensione. qꝛ Jobes herodẽ de stupro argu
ebat. Facta est cũ multa sui deuotiõe. qꝛ deo
se recõmendabat. Vñ diciẗ. In medio carce
ris stabat Johãnes ꝛ voce magna clamabat
dicens Dñe deus me⁹ tibi cõmendo spirituz
meũ. Facta est cũ multa patrũ in limbo exi-
stentiũ exultatione. Vñ in euangelio Nicho
demi legitur ꝙ eis dixit. Ego sum Johãnes
q̇ xp̃m baptizaui ꝛ digito demõstraui ꝛ descẽ
di nũciare vobis quia nos in pximo visita-
bit. Esa. xlix. Dedi te in fedus populi vt dice
res his q̇ vincti sunt: exite. ꝛ his q̇ in tenebris
reuelamini. Facta est cũ ecclesie veneratiõe.
quia celebratur ab ea.

¶ Septimo sciebat eũ virũ

iustũ ꝛ sctm̃ agmẽ doctorũ. Scienduz ꝙ a-
pud iudeos tres erãt opiniones de Johãne
Quidam dicebãt ip̃m esse xp̃m ppter nimiã
sanctitatẽ ꝛ baptizandi auctoritatẽ. Alij di-
cebant ipsum esse helyam ppter habitatiõez
deserti. abstinentiã cibi. asperitatẽ indumẽti:
et feruorem zeli. Alij dicebãt ipsum esse He-
liseum qui baptisma figurauit qñ Naaman
septies in iordane lauari iussit. Credebãt isti
Johãnem fore helyseũ. Tum qꝛ baptizabat.
Tum qꝛ tantã plenitudinẽ spũssancti hẽbat.
Jobes aũt cõfessus est se nõ esse xp̃m: neqꝫ
helyã. neqꝫ helyseũ: sed ait. Ego vox claman
tis in deserto: dirigite viã dñi. Et vt dicit Isi-
dorus li. ethimologiarũ. Perfecta vox est al-
ta: suauis ꝛ clara. Alta vt in sublimib⁹ suffici
at. Clara. vt aures adimpleat. Suauis. vt a-
nimis audiẽtiũ blandiaẗ. Si aliq̇d ex his de
fuerit: vox pfecta nõ erit. Talis fuit vox p̃di-
cationis Johãnis. Fuit em̃ alta. qꝛ p̃mus de

altis ⁊ celestibus p̄dicauit. cū dixit Mat. iij. Penitentiā agite: appropiquabit em̄ regnū celoꝝ. Nunq̄ em̄ in tota sacra scriptura audîtum fuerat noīari regnū celoꝝ: nisi cū Johannes hoc ip̄m p̄mo noīauit. Fuit etiā clara: quia doctrina p̄dicabat fidei veritatē. conuersatione magnā sanctitatem. passione magnanimitatē. Fuit suauis: maxime quādo loquebatur cū bonis. Criso. Sermo Johānis seuerus ⁊ lenis. Nam cū populo iudeoꝝ viriliter ⁊ feruenter. cū rege audacter. cuz ꝓprijs discipulis leniter loquebat̄. hec ille. Et sic pz.

¶ Octauo sciebat beatū Johannem virū iustū ⁊ sanctū societas inuiolatorum. i. virginū. ¶ Sciendū ꝙ beat⁹ Johēs vt virginitatē suā deo cōsecraret: exteri⁹ edebat locustas: interius edebat delitias sempiternas: exterius edebat mel siluestre: interi⁹ mel celeste. exterius bibebat aquā materialē interius sp̄ualem. exterius induebat̄ pilis cameloꝝ: īterius indumētis virtutū. exteri⁹ habitabat in deserto: interius habitabat in celo Exterius habebat societatē ferarum: interi⁹ erat socius angeloꝝ. Nihil itaq̄ʒ illi nocuit ꝙ ab herode caput eius amputatū fuit. Quanta fuit gloria illius beati capitis: in quo erāt illi beati oculi q̄ sp̄mſanctuz in specie colūbe cōspexerunt. Ille beate aures que vocē p̄ris audierunt. Ille beate nares q̄ totiēs fragrantia xp̄i odoramenta persenserunt. Illa beata labia que totiens testimonia xp̄i ꝓtulerunt. Hoc caput mirabilia operatur. vt pz in legēda decollationis eius. hic per gr̄am tandem per gloriam. Amen.

¶ In festo natiuitatis gloriose virginis Marie. Sermo. li.

In me gratia omnis vite. Ecclesi. xxiiij. ⁊ in ep̄la p̄sen solennitatis. Johānes Damas. in sermone de natiuitate beate virginis dicit sic. Hodie fit mundo salutis initiū. Jubilate deo omīs terra: cantate ⁊ exultate ⁊ psallite. Exaltate vocē vestrā: exaltate ⁊ nolite timere. Edita est nobis mater dei de qua nascituro luit agnus dei: q̄ tollit peccata mūdi. Exultate mōtes ⁊ rōnalis creatura: ⁊ respicite excellentiam sp̄ālis contemplationis. Sup̄ quo talē moueo q̄stionem. Utrū beata virgo ab eterno mater dei dedicata fuerit ante natiuitatem ex vtero sanctificata. Ad istam q̄stionem r̄ndet sc̄us Tho. iij. parte. q. xxvij. articulo p̄mo. dicens sic. De sanctificatiōe btē marie. ꝙ. s. fuerit sanctificata ī vtero nihil in scriptura canonica traditur. q̄ etiā de ei⁹ natiuitate nec mentionē facit. Sed sicut Augu. de ipsius assumptione rōnabiliter argumentatur ꝙ cū corpore sit assumpta in celū: qd̄ t̄n scriptura nō tradit. ita etiā rōnabiliter argumētari possumus: ꝙ fuerit sanctificata in vtero. Rōnabiliter em̄ credim⁹ ꝙ illa q̄ genuit vnigenitum a p̄re plenū gr̄e ⁊ veritatis. p̄ omnibus alijs maiora gr̄e priuilegia accepit. Un̄ legitur Luc. i. ꝙ angelus ei dixit. Aue gratia plena. Inuenim⁹ aūt q̄busdā alijs hoc priuilegialiter esse cōcessum vt in vtero sanctificarentur. Sicut Jere. cui dictum est Jere. p̄mo Anteq̄ exires de vulua sc̄tificaui te. ⁊ sicut Joh. baptista de quo dictū est Luce. i. Sp̄u sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Unde rōnabiliter creditur ꝙ btā virgo sanctificata fuerit anteq̄ ex vtero nasceret̄. hec Thomas. Sciendum ꝙ beata virgo fuit q̄drupliciter sanctificata. Primo in sui cōceptione. s. dum esset in vtero matris posita qd̄ ꝓbatur auctoritate: rōne: ⁊ exemplo. Auctoritate quidē. q2 p̄s. dicit. Sanctificauit tabernaculum suū altissimus. Et Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea et macula nō est in te. Bern̄. ait. Neq̄ʒ em̄ festis laudibus nascēs honoraretur: nisi sancta nasceret̄. est itaq̄ʒ virgo regia veris honoꝝ titulis cumulata que ꝓculdubio sancta fuit anteq̄ nata. Hildefōsus tolletanus archiep̄s dicit. Si nō in m̄ris vtero sanctificata fuisset: eius natiuitas celebranda nō esset. Rōne quidē. quia tam preciosum thesaurū: scʒ dei filiū de⁹ pater in eius vtero non posuisset: nisi sanctus ⁊ mūd⁹ fuisset. p̄s. Domū tuaʒ decet sanctitudo dn̄e. Et Damasce. dicit. Sanctus de⁹ nō nisi in sc̄tis habitat. Et Ansel. dicit. Decuit vt illius hominis. i. Jesu xp̄i cōceptio ex ea matre fieret: que ea puritate niteret. qua maior sub deo nequit intelligi. Exemplo nāq̄ʒ patʒ. quia Jeremias fuit in vtero sanctificat⁹: vt esset dignior ꝓpheta. multomagis beata virgo sanctificari debuit vt esset dignissima mater dei. etiā Johānes baptista fuit sc̄tificat⁹ vt essʒ dign⁹ xp̄m baptizare. ⁊ ip̄ʒ digito demōstrare. multomagis debuit btā virgo sanctificari vt essʒ digna xp̄m de suis visceribus generare. Secundo in sp̄ūssancti ꝑuentione. Luce. i. Spiritussanctus supueniet in te. Tūc sp̄ūssanct⁹ ipsam sic in gr̄a cōfirmauit. ꝙ vlteri⁹ in nullū peccatum cadere potuit. Unde Bern̄. dicit.

Ego puto ꝙ copiosior sanctificationis benedictio: ꝙ in alijs sanctis ab vtero sanctificatis in eam descenderit: q̄ nō solū ipsius ortū sanctificauit. sed ⁊ vitā ei⁹ ab oī deinceps peccato imunem cōseruaret. qđ alteri nemini quidem in natis mulierū credit̄ esse donatū. Decuit nāqꝫ reginā virginum vt singulari priuilegio vitā absqꝫ omī peccato duceret. que duz peccati mortisqꝫ pemptorem pareret: vite iusticieqꝫ munus omībus obtineret. Hec ille. Et Augu. li. de natura ⁊ grā: dicit sic. ⁊ allegatur a magrō sniarum. li. iij. di. iij. Excepta beata virgine maria. si omēs sancti ⁊ sancte cū hic viuerēt interrogati fuissent: vtrū sine peccato essent. omēs vna voce clamassent. si dixerimus quia peccatū nō habem⁹: ipsi nos seducimus. excepta inꝙ hac sancta virgine: de qua ꝓpter honorē dñi cū de peccatis agitur: nullā prorsus volo habere q̄stionem. hec ille.

¶ Tertio in filij dei cōceptiōe. Tunc eñi omnimode ad diuinos vsus tam mēte ꝙ corpore fuit dedicata ⁊ tota luce diuinitatis resplenduit. Vñ Alcainus li. de tri. dicit sic. Virgo quidē Maria lana mūdissima fuit ⁊ virginitate clarissima: q̄ sola digna esset in se filij dei recipere deitatē. sicut lana cōchtlij: vt ex ea fieret purpura impiali tm̄modo maiestate digna: quāqꝫ nullus esset dignus induere: nisi augusta ꝑditus dignitate. hec ille. ¶ Quarto in gloriosa sui assumptione. Tunc eñi omēs penalitates deposuit. q̄ñ tam in aīa ꝙ in corpore glorificata fuit. Unde angeli admirantes dixerunt illud Canticoꝝ. vi. Que est ista q̄ progreditur quasi aurora cōsurgēs: pulcra vt luna. electa vt sol. Et quia sic mirifice p̄ oībus sanctis a spiritusancto fuit sanctificata. Ideo dicit. In me gratia omīs vite.

¶ In me gratia omnis vite.
- Celicalis.
- Spiritalis.
- Patriarchalis.
- Prophetalis.
- Humanalis.
- Virtualis.

¶ Primo in beata virgine

fuit gratia omnis vite Celicalis. ¶ Scienduz ꝙ btā virgo recte p̄ostensa fuit in lucis pmarie creatiōe de qua dixit dñs Gen̄. i. Fiat lux ⁊ facta est lux. Sicut eñi illius lucis creatio. solis creationē p̄cessit. Et ſm quosdam ex ipsa corpus veri solis formatū est. Sic ort⁹ beate virginis veri solis. i. xp̄i formationē p̄cessit Eccle. xxiiij. Ego feci in celis vt orire luīen indeficiens: ⁊ sicut nebula texi oēm carnem. ¶ Secūdo beata virgo p̄ostensa fuit in stelle matutine noīatione. de qua dicit̄ Eccl. li. ca. Quasi stella matutina ī medio nebule. Ista eñi stella plura habet noīa. Dicit̄ nanqꝫ venus: q̄ disponit ad amandū. dicit̄ matutina: q̄ mane sequēs denūciat ad diem inchoandum. Dr̄ lucifer. q̄ maiorē habet vim ad illuminandū. Dicit̄ hesperus. q̄ noctē sequentē respicit ad illustrandum. Btā virgo dr̄ stella matutina ꝓpter istos quattuor effectus. Iuxta illud Eccle. xxiiij. Ego mater pulcre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ sancte spei. Ipsa quidē est venus. q̄ inflāmat hoīes ad dei amorē. ideo dicit. Ego mater pulcre dilectionis. Ipsa est p̄ncipiū noue vite. s. leg̃ xp̄i ideo dicit. ⁊ timoris. q̄ timor est p̄ncipiū grē ⁊ noue vite p̄s. Initiuz sapientie timor dñi. Ipsa est lucifer inquantū dat lucem agnitionis. Ipsa est hesperus inquātum respicit ⁊ illuminat pctōres q̄ sunt in tenebris culpe ⁊ q̊ ad hoc dicit̄ mater sancte spei. etiā vocat̄ stella maris que vulgariter dr̄ Tramōtana seu vrsa maior. Vñ Bern̄. dicit. Tolle corpus solare qđ illumiat mundum: ⁊ vbi dies: Tolle Mariā maris stellam: ⁊ q̄d nisi caligo inuoluens ⁊ vmbra mortꝪ: ⁊ tenebre relinquūtur? In angustijs in periculis: in dubijs: Mariā cogita: mariā inuoca. Nō recedat a corde: nō recedat ab ore: ip̄am sequēs nō deuias: ipaz rogās nō desperas: ip̄am cogitās nō erras: ipsa tenente nō corruis: ip̄a ꝓtegente nō metuis: ip̄a duce nō fatigaris: ip̄a ꝓpitia peruenis. hec ille. Tertio btā virgo p̄ostensa fuit in lune diminutōe. Luna siquidē hꝫ hoc proprīū: ꝙ crescit vsqꝫ ad xiiij. diē. quousqꝫ in ipsa appareat imago hominis integra. ⁊ vltra crescere nō pōt. sed postea decrescit. ¶ Eodem modo. btā virgo creuit vsqꝫ ad. xiiij. annū. q̄ in hac etate creditur xp̄m cōcepisse. ⁊ tunc ipse qui est imago dei inuisibilis in ei⁹ vtero virꝑfectus extitit. nō q̄ntum ad etatē: sed quantum ad sapientiam ⁊ oīm gratiarū plenitudinem. Jere. xxxiij. Nouū faciet dñs super terram. mulier circumdabit virū. ¶ Postꝙ autē intm̄ creuit: statim in sui reputatiōe decrescere cepit: quia non matrem dei: non reginam celi: non dominaz mundi: sed ancillam dei se appellauit dicēs. Luce. i. Respexit humilitatē ancille sue. ¶ Quarto beata virgo p̄ostēsa fuit in celoꝝ distinctiōe. Sicut eñi in pma rerum creatione p̄mo formatuz est celū. Gen̄.

p̄mo. In principio creauit deus celum. Qð distinxit in celū sydereū: cristallinū: ꝛ empyreum. Sic in mūdi recreatione ꝛ redēptione creauit btām virginē velut celuꝫ sydereum. Eccl'. xliij. Species celi .i. btē ꝟginis celestis gloria stellarū .i. gloriosa varietas virtutum Apocal'. xij. In capite eius corona stellaruꝫ duodecim .s. Seraphin. qꝛ fuit igne diuini amoris totaliter inflāmata. Cherubin. qꝛ fuit splendore diuine cognitionis totaliter illustrata. Tronoꝝ. qꝛ fuit tota ꝑmente tranq̄lla ꝛ quieta. Dn̄ationū. qꝛ corpori suo ꝛ omībꝰ vitijs dn̄ata fuit. Uirtutū. qꝛ gloria miraculoꝝ illustrata extitit. Potestatū: qꝛ demonū potētiam refrenauit. Principatuū. qꝛ de omībus regnis ꝛ prouincijs prouidentiam magnam habet. Archangelorum. qꝛ de omībus ciuitatibus ꝛ locis, diligentiam grandem gerit. angeloꝝ: qꝛ omībus hominibus ꝛ singularibꝰ ꝑsonis curā ꝛ custodiā habet. Patruꝫ in lymbo de infernali carcere eos liberando Purgandoꝝ de purgatorio eos eripiendo. Fidelium in mūdo eos in viā salutis dirigēdo. Unde Bern̄. ait. Ecce inquit Maria: ex hoc beatam me dicent om̄es generationes. Ecce intuentis ꝛ demonstrantis est aduerbiū: ac si dicat. Ecce iam video q̄d futurū sit de me. Quis fructus ꝓcedet ex me. Que ꝛ quanta bona: nō mihi soli. sed omībus generationibꝰ ꝓuenient ex me. Nam ꝛ angelicarum generationū numerus ꝑ meū genitū reintegrabit: ꝛ hoīm generatio in adam maledicta: ꝑ bn̄dictioneꝫ fructus ventris mei ad eternā bn̄dictionē regenerabit. Letare pat adam: sed tu magis eua exulta. qꝛ sicut oīm fuistis parentes. Sic oīm fuistis peremptores. ꝛ qð infelicius est prius ꝑemptores q̄ parētes. ꝓpterea curre eua ad Mariā: curre mater ad filiam. Filia ꝓ matre r̄ndeat. Filia matris obprobriū auferat. Filia patri ꝓ matre satisfaciat. qm̄ vir cecidit per feminā. Currite nūc matres ꝛ filie. currite om̄es que parturimini: ꝛ parturitis cū tristicia adite virginalē thalamū. adite si potestis sororis vestre pudicū cubiculū. hec ille. Ipsa em̄ velut. celū sydereū cōtinue mouet. Nunc ad filiū ipsuꝫ ꝓ nobis exorando. Nunc ad angelos ipsos ad nostrū ministeriū dirigēdo. Nūc ad btōs ipsos vt ꝓ nobis orent exhortādo. Nunc ad nos oculos misc̄die sue cōuertendo. iux illud Illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. Sapi. vij. Omībus mobilibꝰ mobilior est sapientia. Fuit etiam tanq̄ celum cristallinū. cuius forma est sperica magne capacitatꝭ. qꝛ dei habitatio effecta. Iuxta illð. Quē celi capere nō poterant tuo gremio cōtulisti. Fuit etiam tanq̄ celum empyreū. cuiꝰ gloria inter ceteras creaturas fuit altior ꝛ sublimior: qꝛ exaltata super choros angeloꝝ.

¶ Secundo in btā virgine

est gratia om̄is vite spiritalis. Sciendū q̄ dignitas ꝛ gloria btē virginis preostensa fuit in angelis quo ad quattuor. ¶ Primo in ꝑfectione: ƀm quā transcēdit angelos. Ezech. xxxi. Cedri nō fuerunt altiores illa in paradiso dei. abietis nō adequauerūt summitatē eiꝰ Et platani nō fuerunt eque frondibus illius om̄e lignū paradisi dei nō est assimilatuꝫ illi ꝛ pulcritudini eius. Licet em̄ in angelis sint claritas: sapientia: ꝛ caritas. que perfectissime fulserunt in lucifero. Iuxta illud. Om̄is lapis preciosus operimentū tuū. In maiori tamē dignitate. Btā virgo istas ꝑfectiones habuit. Unde Bern̄. super missus est: dicit. Maria deū angeloꝝ ꝛ hominū audacter suum vocat filium dicens. Fili. quid fecisti nobis sic: Ecce Marie priuilegium. Quis eniꝫ audeat angeloꝝ. deniq̄ꝫ descendit cum illis ꝛ venit in Nazareth: ꝛ erat subditꝰ illis. Quis: Quibus: deus hoībus. Mirare ergo vtrū q̄ vel elige q̄d amplius mireris. Siue filij benignissimā dignationē: siue matris excellentissimā dignitatē: vtrūq̄ꝫ mirū. Qð femine deꝰ obtēperat humilitas absq̄ꝫ exēplo. Qð femina deo ꝓncipet sublimitas sine socio. hec ille.

¶ Secūdo in bn̄dictione. Nam Gen̄. xxxij. ð: Qð luctāte Iacob cū angelo: dixit ei angelꝰ dimitte me. iā em̄ ascēdit aurora. ꝛ r̄ndit Iacob. nō dimittā te nisi bn̄dixeris mihi. ꝛ bn̄dixit ei in eodē loco. Ante natiuitatē ꝟginis lucta erat ꝛ bellū inter āgelos ꝛ hoīes. offenderat q̄ppe homo deū ꝛ regē angeloꝝ. In natiuitate aūt virginis facta est pax ꝛ cessauit lucta. ꝛ ideo dixit dimitte me. iam em̄ aurora ascendit .i. iam orta est Maria: q̄ est ꝟe aurora noctē pcti finiēs: ꝛ diē grē inchoās. Sicut em̄ in aurora descendit ros: sic in natiuitate btē Marie descēdit ros grē. Et quēadmoduꝫ angelus bn̄dixit Iacob. sic in natiuitate virginis data fuit bn̄dictio humano generi. Unde Iohes Damas. in sermone hodierno dicit. Ois lingua: oīs etas: om̄isq̄ꝫ dignitas cū leticia natiuitatē btē Marie celebremus Si em̄ gentiles mendaci fabula demonū: humanū intellectum surripientiū: ꝛ veritatem

obumbrantiū: festiuitates regūq; natalicia
om̄i diuulgabant honore. nō minimum sepe
patiētes detrimentū rerū vn̄ ducebant vitaȝ
quāto magis oportet natalitiū genitricis dei
deuotissime celebrare per quā genus huma
nū erigit̄: per quā prime parentis eue in gau
diū tristicia ⁊ in bn̄dictionē maledictio verti
tur. Tertio in sanatione. Vn̄ Damas in ser
mone hodierno dic̄ sic. Gaude ꝓphetica pis
tina: que cōdā semel in anno recipiebas an
gelum dn̄i mouentē aquā. aut vnū sanantē
⁊ ab infirmitate qua detinebat̄ liberantem.
Nunc autē multitudinē celestium spūum ha
bentē nobiscū te collaudantiū. te miraculoꝝ
pelagus. fontem sanitatis totius orbis: non
ministrum angelum suscipiēs sed ipsum ma
gni consilij angelum: qui nō descendit cū ali
quo strepitu. sed tanq̄ benignitatꝭ pluuia in
vellus oēm naturā languidā ⁊ ad corruptio
nem ꝓcliuē: ad salutē ⁊ ⁊ ad vitā erigit. hec il
le. Quarto in prenūciatione. qꝛ ꝑ minoribꝰ
negocijs sepe deus angelū mittere consueuit
Sicut misit angeluȝ Raphaelē tēpore Tho
bie ad curationē infirmitatū. misit Gabrielē
ad liberationē captiuoꝝ. vt dicit̄. Daniel. ix.
Misit Michaelem ad expugnationē inimi-
coꝝ. vt habet̄. Apocal. xij. Sic etiam ꝯgruū
fuit vt angelus mitteret̄ ad prenūciandam
natiuitatē btē virginis q̄ conceptura erat illū
qui veniebat ad curationē infirmitatum. ad
captiuoꝝ liberationē ad hostiū expugnatio-
nem. Esa. lxi. Spūs dn̄i super me: ⁊ misit me
vt mederer cōtritos corde. ⁊ predicarem ca-
ptiuis indulgentiā: ⁊ diē vltionis deo nostro
Sic etiam angelus prenūciauit conceptuȝ ⁊
natiuitatem virginis. Joachim viro btē an
ne. vt habet̄ in legendis. ibi. Joachim nāq;
ex galilea ⁊c̄. vsq;. diuinū ꝓmissum hylariter
expectantes. ⁊ sic pȝ secundū.

¶ Tertio in btā virgine est
gratia om̄is vite patriarchalis. Sciendum
ꝙ natiuitas btē virginis fuit multis figuris
⁊ enigmatibus preostensa. ¶ Primo in para
diso voluptatis in quo positꝰ fuit Adam in
statu innocentie. Sic btā virgo fuit ortus de
litiarū in quo positus fuit scd̄s adam. s. xp̄s.
Vn̄ ipsa dicit Cant. vi. Dilectus meꝰ descen
dit in ortū suū ad areolā aromatum. Et Da
mas. in sermone hodierno dicit. Tu appella-
ris intellectualis eden sacratior ac diuinior
antiqua. Jn illa em̄ terrenꝰ adā habitauit. in
te aūt dn̄s celi. hec ille. Secūdo in archa di
luuij. de qua hr̄. Gen̄. vij. Dixit dn̄s ad Noe.
Fac tibi archā de lignis leuigatꝭ mā̄siunculās
in ea facies. ⁊ bitumine linies eā intrinsecꝰ ⁊
extrinsecꝰ. Jsta archa ē btā v̄go. vn̄ Damas.
vbi supra dicit. Te archa p̄figurauit secundi
mūdi ferens semina. Tu em̄ xp̄m salutē mū
di genuisti: q̄ pctm̄ q̄dē subruit. eiusq; inūda
tiones mitigauit. hec ille: Deus pr̄ p̄cepit fi-
lio suo: vt faceret sibi hāc archā. qꝛ em̄ erant
rupti fontes abyssi. iō inundauerat diluuiuȝ
vitioꝝ. Osee. iiij. Maledictū ⁊ mēdaciū ho-
micidiū: ⁊ furtū: ⁊ adulteriū inūdauerūt. Jn
undauerat em̄ maledictū rupto fonte incre-
dulitatis. mendaciū rupto fonte falsitatꝭ. ho-
micidiū rupto fonte credulitatis. furtū rupto
fonte cupiditatis. adulteriū rupto fonte car
nalis voluptatis. ꝓpter hāc inundationē cla
mabat Dauid in ps̄. Saluū me fac deꝰ: qm̄
intrauerūt aq̄ vsq; ad aīam meā. Cōtra istā
inundationē adhibuit deꝰ remediū. s. archam
btām v̄ginē fabricādo. in qua verus Noe. i.
xp̄s ingrediēs mundū ab isto diluuio salua-
uit. Jsta archa fuit de lignis leuigatꝭ. i. cōpla-
natis. qꝛ ab oī asꝑitate pcti immunis. Fe-
cit in ea mansiunculas. s. pr̄i ꝑ humilitatē. fi
lio per fecūditatē. spūisancto ꝑ virginitatem.
Liniuit eā bitumine caritatꝭ. ne aque diluuij
vsq; in eā subingrederet̄. ¶ Tertio in arcu re
cōciliationis. de quo dr̄. Gen̄. ix. Archū meū
ponā in nubibus celi ⁊ erit signū federis int̄
me ⁊ terrā. Jlle em̄ arcus ex quattuor elemē
tis contrahit colores. vt dicit Beda. Nam ex
igne ꝯtrahit colorē rubeū. ex aere iacinctinū
ex aqua ceruleū. ex terra viridem. Sic beata
virgo fuit rubea: qꝛ tota fuit igne diuini amo
ris inflāmata. Fuit iacinctina: qꝛ semꝑ fuit ī
celestibꝰ cōuersata. Fuit cerulea: qꝛ tota fuit
pre cōpassione liquida effecta. Fuit viridis:
qꝛ tota fuit in conuersione amena. Vn̄ Gil-
bertus carnotensis ep̄s dicit. Virtutes ma-
rie depromebāt in cogitatiōe ⁊ affectiōe cor
dis ineffabilem armoniā: quā ipsa creatrix ⁊
habitatrix eius dei sapiā: delectabat̄ audire
Chorusabat quoq; foris ⁊ in superficie ser
monis ⁊ intus. Unde possent hoīes glorifi-
care deū. ⁊ exempla virtutis accipere. hec ille
Arcus etiā ille est sine chorda ⁊ sine sagitta ⁊
versus nos tenet cornua. Sic btā virgo est
absq; chorda seueritatis: qꝛ ē tota mitissima
⁊ absq; sagitta cōminatiōis. qꝛ est tota dul-
cissima. Bern̄. sup. missus est dicit. Quid hu
mana fragilitas trepidat ire ad mariā: Nihil
est in ea austeruȝ: nihil terribile. Tota suauis

est.hec ille. Duo cornua sunt gr̄a ⁊ mia q̄ te-
net versus nos,q2 iustus dat gr̄am ⁊ in pctō
ribus misericordiam. Maria mater gr̄e:ma
ter misericordie. ¶ Quarto in tabernaculi A
brahe dispositione. Unde Damas.in sermo
ne hodierno dicit sic. Tabernaculū quoqꝫ A
brahe te euidenter expressit. dei q̄ppe verbo
qȯ in vtero tuo habitauit.hūana natura oc-
cultū panem primitias sui quasi immacula-
to tuo sanguine obtulit.quodāmodo azimū
⁊ perfectū a spūsancto.in sua diuina existen
tia ꝑmanente.⁊ in verā substantiā corporis
aiati veniēte aīa rōnali ⁊ intellectuali.h̄ ille.
¶ Quinto in scale Jacob preparatione. Un̄
Damas.vbi sup̄ dicit sic. Hodie filius fabri
qui fabricatus est aurorā ⁊ solem verbū pa-
tris per qȯ oīa facta sunt:forte brachiū altis-
simi dei:digito suo.s. spūsancto natura nostra
iam hebete:fabricauit sibi aiatam scalā cuiꝰ
basis in terra caput vero stabilitur in celo.in
quo quiescit deus. Huius scale typum vidit
Jacob.per quā deꝰ in terris visus est. ⁊ cum
hoibus cōuersatus est. Hic est ille descensus
hec est illa scala humilitatis cōuersatio inter
hoīes agnitio eius data est hoibus. Intelle
ctualis scala btā virgo. E terra eīn h3 natiui
tatem.caput aūt ad celum. Omīs q̄ppe mu-
lieris caput est vir. Sed hec q̄ñ virum nō co
gnouit.caput quoqꝫ habet deū ⁊ patrē3:qui
cōtraxit in spūsancto ⁊ tanq̄ diuinū adhibu
it filium suū qui portat omīa verbo virtutis
sue. Uoluntate eīn patris non naturali ꝯta-
ctu de spūsancto:⁊ Maria semꝑ v̄gine ꝑter
naturā verbū caro factū est incōuertibiliter ⁊
habitauit in nobis.ꝑ spm̄sctm̄ eīn fit ꝯiūctio
dei ad hoīes. At v̄o quēadmodū ille vidit ꝑ
scale extremitatē celū terre ꝯiunctū. ⁊ ꝑ hāc
angelos ascēdentes ⁊ descendētes:⁊ virū for
tē ⁊ inuictū secū colluctātē.sic ⁊ tu mediatrix
⁊ scala facta descēsus dei ad nos.q̄ nr̄a3 susce
pit infirmitatē sibi cōplectēs ⁊ vniēs. dāsqꝫ
intellectū hoī q̄ deū possit intueri.ꝯiūxit distā
tia.vn̄ angeli ad ipsam descēderunt vt deo ⁊
dn̄o ministrātes hoīes aūt angelica ꝯuersa
tiōe sublimati ad celū rapiunt. Sexto in ar
che fabricatiōe.vn̄ Damas.vbi sup̄ dic̄ sic. A
gnoscat se btīssima v̄go archā incōparabilē.
Archa eīn vndiqꝫ coopta auro.mānaqꝫ ī se
hn̄s.lagena aurea:mēsa ⁊ oīa vetera in figu
ra huiꝰ tanq̄ veri ꝑmitiui vmbra venerabāt
vrna aurea cādelabra:mensa.v̄ga Aaron q̄
fronduit.patent te btā virgo significauit. Ex
te eīn deitatꝭ flāma verbu3 p̄ris.māna celeste
dulcissimū.nomē suꝑ omē nom̄.eternū lumē
⁊ iaccessibile:celestis panis:vite fructꝰ absqꝫ
cultu corꝑalit̄ ex te pullulauit.h̄ ille. Septi-
mo in tabernaculi moysi ꝯstructiōe.vn̄ Da-
mas.vbi sup̄ dic̄ sic. Cedat typicū tabernacu-
lū qȯ ꝯstruxit moyses in deserto e p̄ciosis la-
pidibꝰ multimoda materia. Hoc eīn taberna
culū btā v̄go maria nō arte hūana varioqꝫ
labore artificū. factū dei receptaculū filiū dei
in se suscepit.hec ille. Octauo in tabularū le
gis inscriptōe.vn̄ Damas.vbi sup̄ dic̄ sic. No
tissimꝰ mons dei nascit̄:q̄ p̄cellit oī colli.oīqꝫ
hūano cacumini:ac p̄eminētie nature āgeli-
ce.vn̄ sine manibꝰ abscidi voluit angularis la
pis xp̄s. Cuiꝰ sanctior synai sublimitas:quā
nec fumꝰ nec caligo:nec ꝓcella: nec terribilis
ignis tetigit.s̄ spūsctī splēdor luciſluꝰ. Ibi
eīn v̄bū dei scripsit ī tabul' lapideis digito.i.
spūscō. In hac āt ex spūscō eiusqꝫ sāguīe idē
verbū incarnatū est ⁊ tradidit seipsum natu
re nostre.effectiuū salutis antidotū. hec ille.

¶ Quarto in btā virgine est

gr̄a oīs vite ꝓphetalis. Sciendū q̄ natiui-
tas btē marie fuit a ꝓphis ꝓmissa. Balaam
Nume.xxiiij.dic̄. Orief stella ex Jacob ⁊ cō-
surget v̄ga de isrl' ⁊ ꝑcutiet duces moab. Hec
eīn stella est btā v̄go q̄ dr̄ stella. Un̄ Augꝰ.
in quodā sermone dic̄ sic. Spē siq̄dē magnā
aꝑuit tui noīs apertio ⁊ ad sublimitatꝭ tue so
liu3 p̄ces petōꝝ inducit. Noīe eīn dulcissimo
Maria.i.stella maris diceris nob nāqꝫ naui
gātibꝰ.ꝑ h̄ mare magnū ⁊ spaciosum int̄ va
rios mutabilis mortalitatis fluctꝰ. speciosa
n:ia tua.speciosius syderū sydere refulget vt
nos ꝑ te recuꝑare felicitatꝭ ꝑducat in patriā.
Fident̄ ꝑinde noīo nomē tuū:qȯ est ori mel
auri melos:cordi iubilus.qȯ precē leuat:spē
adiuuat desperantiū.hec ille. Et Bern̄.super
missus est.dic̄ sic. Ipsa ē illa nobilis stella or
ta ex Jacob cuiꝰ radiꝰ vniuersum mūdū illu
minat.cui.splēdor p̄fulget in suꝑnis:⁊ infe-
ros penetrat.terras etiā ꝑlustrās ⁊ calefaciēs
mētes magꝭ q̄ corpora.fouet v̄tutes:excoq̄t
vitia.hec ille. Job.xxiiij.dic̄. Si subito appa-
ruerit aurora:arbitrant̄ vmbrā mortis demo
nes eīn velut latrūculi aduētū aurore fugiūt:
q2 natiuitas virginis ipsos fugauit.coꝝ ꝑtā
tem auferēdo.iux̄ illud. Gen̄.iij. Ipsa ꝯteret
caput tuū.vn̄ Fulbertꝰ carnoten̄.eꝑus dicit.
Quid eīn est caput s̄ꝑētis ꝯterere:nisi ꝑnci-
palē diaboli suggestionē resistendo suꝑare?
Btā ḡ Maria eiꝰ caput ꝯtriuit q2 v̄ginitatē

τ humilitatē: tā inexplicabiliter seruauit τ cu
stodiuit. hec ille. Dauid in psal. dicit. Descen
det sicut pluuia in vellꝰ. btā vgo est illud vel
lus in qđ descendit xp̄s velut pluuia. vñ Da
mas. in smone hodierno dic̄ sic. Ubi ponemꝰ
ꝓpħaꝝ p̄conia: Nōne ī te vgo btā si ea ve ex
ponere voluerimꝰ. Quid dauiticū vellꝰ in qđ
filius dei regis oīm: τ p̄ncipalis τ cōregnās
genitori pp̄rio. descēdit sicut pluuia: nōne tu
liq̄do vgo: quā Esaias ꝓuide p̄dixit: qđ ha-
bebit in vtero: τ pariet filiū deū nobiscū: τ post
q̄ fuerit ꝑmanebit deꝰ. hec ille. Salomon de
q̄ dr. ij. Paral. ix. Fecit rex salomon soliuȝ de
ebore grande: τ vestiuit auro mūdissimo. nō
fuit tale soliū in vniuersis regnis. Istud soli
um fuit btā vgo in q̊ sedit xp̄s qđ τ fecit sua
sapiā. Helyas q̄ dicit. iij. Reg. xviij. Nubecu
la parua q̄si vestigiū hoīs ascēdebat de mari qꝛ
de gēte iudeoꝝ amara ascēdit hodie nubecu
la. s. btā vgo sctificata τ refrigerata. Esaias
qui dicit. xi. c. Egredieť virga de radice iesse:
τ flos de radice eiꝰ ascender. Ut eñi cantat ec
clesia. Uirgo dei genitrix vga est. flos filiꝰ eiꝰ
In virga designať p̄tās q̄ plagauit egiptios
q̄ mare rubꝝ diuisit. q̄ aquā de petra eduxit
Nume. xx. Nemo ḡ desperet ex seruitute pc̄ti
s; currat festinanť ad suffragiū vginis. a qua
fluūt aque grarū. Bern. Si graȝ recōciliatio
nis in veritate querimꝰ: in ea est vt recōcilie-
mur. Uere in q̄ oīs gr̄a vite τ veritatis. Me
ruisti morteȝ: gr̄a eiꝰ debeť tibi vita. hec ille.
¶ Jeremias q̄ dic̄. xxiiij. c. Solij tui dñe recor
dare: ne irritū facias pactū tuū nobiscū. qua
significat ī ꝑsona gn̄is hūani. Recordare o pr̄
solij glie tue. i. btē vginis in quā sedit filiꝰ tuꝰ
q̄ dr glia tua. ne irritū. i. vacuū facias pactuȝ
tuū. i. pmissionē tuā exaudiēdi p̄ces nr̄as τ
vota nostra. meritis τ intercessione genitric̄
filij tui. ¶ Ezechiel. de q̄ Damas. in sermōe ho
dierno dicit sic. Accedat τ sctūs Ezechiel: et
oñdat portā clausam p quā solus dñs trāsit
τ non aperiť vt p̄dixit ꝓphetice: τ oñdat eo
rū q̄ p̄dixit explanatōeȝ ꝓculdubio te oñdet
quā deꝰ oīm ptrāsiens sumēsq; carnē: nō a
peruit portā vginitat̄. Manet eñi sigillū ꝑ-
seuerās intactū. hec ille. ¶ Daniel q̄ dic̄. iiij. c.
Uidebā τ ecce arbor in medio terre. magna
arbor est fortis τ p̄ceritas eiꝰ ꝯtingens celos
Arbor ista est gl̄iosa vgo Maria. magna q̄
dem p humilitatē. celos. i. celestia cōtingens
p ꝯtēplationē. Bern. Beata virgo celestem
vitā gessit τ cōuersationē habuit in celis ar-
denter illud anhelabat firmissima celo sere-
no. hec ille. Et Damas. in sermone hodierno
dicit sic. Benedicta q̄ placuisti dño. ad queȝ
tua semp intētio. ad quē tuū semp desideriuȝ
viuebas eñi nō tibi. neq; eñi ꝓpť te nata es.
Uñ viuebas deo ꝓpť quē in hūc mundū ve
nisti. vt salutē afferres mūdo. vt antiquū dei
ꝯsiliū incarnatiōis verbi. nostreq; saluatōis
cōpleret. Cuiꝰ affectꝰ diuinꝰ inuigilare collo
quijs. τ his pasci tanq̄ oliua fructifera in do
mo dei q̄si lignū plātatū secꝰ decursus aq̄ruȝ
spūs tanq̄ lignū vite qđ dedit fructuȝ suū in
tp̄e suo p̄destinato a deo. deū incarnatū. vitā
oīm. oculi tui sp ad dñȝ vidētes lumē eternū
incircūscriptū īaccessibile. h ille. ¶ Esdras li.
ij. c. iij. dic̄. Sellū edificauit portā font̄. Sellū
interp̄tať pacificꝰ: τ designat dei filiū: q̄ p suū
sanguinē pacificauit q̄ in celꝰ τ q̄ in terris sūt
ipse edificauit hodie portā font̄. i. btāȝ vginē
p quā fons bonoꝝ celestiū ad nos defluxit.
¶ Joel. iij. c. dic̄. Egredieť fons de domo dñi.
Btā vgo ē domꝰ dñi: de q̄ egredieť xp̄s fōs
sapie: qꝛ fōs sapie vbū dei ī excelsis. ¶ Naum
iij. c. dic̄. In die frigoris ortꝰ ē sol qꝛ btā vgo
electa vt sol hodie in tp̄e leḡ antiq̄ nata ē. vñ
oēs gaudēt. iux̄ illud. Natiuitas tua dei geni-
trix vgo gaudiū annūciauit vniuerso mūdo
¶ Hester. v. c. dicit. Judeꝰ noua lux oriri visa
est. gaudiū: honor: τ triūphū apđ oēs p̄plos
Btā vgo est ista noua lux: qꝛ eiꝰ vita inclita
cūctas illustrat eccl̄as. est etiā fōs ille de q̄ dr
ibidē. vi. c. Fōs paruꝰ creuit in fluuiū τ in lucē
solēq; ꝯuersus ē. Fuit ei fōs paruꝰ in sua nati-
uitate: q̄ creuit in fluuiū qñ spūsanctꝰ supue-
nit in ipsam: τ in lucē solemq; cōuersus est.
Qñ dei filius factus est per carnē assumptā
etiaȝ virginis filius qui est verus sol iusticie.

¶ Quinto ī btā virgīe ē gra

tia oīs vite hūanalis. ¶ Sciēdū q̄ h nomē ma
ria fuit sibi ab āgelo īpositū. Lu. i. Nomē vir
ginis maria qđ ē nomē magne auctat̄. Uñ
Jobes Damas. ī smōe hodierno dic̄ sic. Cō-
stituamꝰ diē solēnē in natiuitate btē marie ge-
nitric̄ dei. Letare āna sterilꝰ q̄ nō paris: erūpe
clama q̄ nō p̄turis. O felix copula ioachim τ
āne. e q̄bꝰ nata est vgo maria. vgo ī ptu vgo
pꝰ ptū. O filia pulcerrima. o filia dulcissima.
O liliū natū int̄ spinas ex nobilissima τ regia
stirpe dauitica. p te regia ditať eccl̄a sac̄dotiō
p te fit leḡ trāslatio. p te ṙuelatꝰ sp̄s latēs sb̄
l̄ra sac̄dotali dignitate trāslata e tribu leui ad
tribū iuda. o rosa nata e spīs iudeis q̄ diuīo o
dor ṙplesti oīa. o ade filia τ dei mr̄. btīs vēt τc.

Maria

⁊ beate vlne q̄ cōplexe sunt te O sacerrima
filia Joachin ⁊ anne. O sacerrimus fetus q̄
maternis portaris in brachijs. ⁊ ꝑtātes apo
staticas abigis tremefactas. O ꝓles sacerri
ma q̄ materno pendens ab vbere angeloruꝫ
obsequijs honoraris. O soboles sanctissima
parentū glīa. te generationes generationuꝫ
btīficant. hec ille. Istud nomen Maria cōpo
nitur ex quinqꝫ litteris: ꝓpter q̄nqꝫ beneficia
q̄ beata virgo cōtulit mundo in sua natiuita
te. Per. M. denotat̄ ꝙ ipā est mediatrix no
stra. s. inter deū ⁊ hoīem. ps. Suscepim⁹ de⁹
mīam tuā in medio tēpli tui. Per A deno-
tatur ꝙ ipsa est auxiliatrix nostra. Ber. Do-
mina nr̄a auxiliatrix nostra: tuo filio nos re-
cōcilia: tuo filio nos recōmēda: tuo filio nos
representa. Fac benedicta ꝑ grām quā inue-
nisti ꝑ prerogatiuā quam meruisti: ꝑ miseri-
cordiam quā peperisti: vt sicut te mediāte fi-
lius tu⁹ dignatus est particeps fieri infirmi-
tatis ⁊ miserie nostre. sic quoqꝫ te intercedē-
te pticipes nos faciat glorie ⁊ btitudinis sue.
hec ille. Per. R. denotat̄ ꝙ ipsa est restaura
trix nostra. Augu. Mater generis nr̄i penaꝫ
ītulit mūdo. genitrix dn̄i nr̄i salutē attulit mū
do. Auctrix peccati eua: auctrix meriti Ma-
ria: Eua occidendo obfuit: Maria viuifican-
do ꝓfuit. percussit illa: sanauit ista. Hec ille.
Per. I. denotatur ꝙ ipsa est illuminatrix no
stra. ij. Reg. xxiij. Lux aurore oriēte sole ma
ne absqꝫ nubib⁹ rutilat. Nam in beata virgīe
fulsit lux aurore. Quādo in ventre matris fu
it sanctificata. ⁊ tunc oēm nubē peccati ori-
ginalis spūssanctus ab ea fugauit. q̄ omib⁹
sua beneficia cōtulit. Juxta illud Esa. xlix. De
di te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsqꝫ ad
extremū terre. Per. A. denotatur ꝙ ipsa est
aduocata nostra. Bern. Aduocatam p̄misit
peregrinatio nostra: q̄ tanq̄ iudicis mater: ⁊
mater mīe suppliciter ⁊ efficaciter nostra ne
gocia ptractabit. Hec ille. Propterea cantat
ecclīa. eya ergo aduocata nr̄a ⁊c. Istud no
men Maria etiā cōponit̄ ex q̄nqꝫ litteris. q꞉
ipsa est figurata ꝑ q̄nqꝫ dn̄as veteris testa-
menti. quarū noīa incipiūt ab aliqua lr̄arum
hui⁹ noīs. Per. M. denotat̄ ꝙ ipsa fuit figu-
rata ꝑ Micol q fuit vxor dauid regis ⁊ pro-
phete: ⁊ intm̄ ipsa placuit Dauid ꝙ cum diu
fuisset extra regnū iudeoꝝ noluit redire ītra-
turus regnum: nisi primo p̄sentata esset sibi.
vt dr̄. i. Reg. vlti. Sic btā virgo intm̄ placuit
altissimo. ꝙ filius dei exn̄s extra regnū mun
di: noluit illud ingredi: nisi p̄us ipsa nasceret̄
in mūdo. Micol em̄ interpretatur pietas: et
ipsa fuit pietate plenissima. Per. A. denota-
tur ꝙ ipsa fuit figurata ꝑ Abigail: q etiā fu-
it vxor Dauid. Cum em̄ Nabal vir eius esset
rusticus. ⁊ male respondisset nūtijs Dauid.
ꝓposuit dauid ipm̄ occidere: ⁊ oēm domum
eius. at vbi abigail cognouit. obuiauit dauid
⁊ verbis humilib⁹ ipm̄ placauit. vt dr̄ p̄mo
Reg. xxv. Sic beata ṽgo cognoscens deum
iratū cōtra genus humanū. sua maxima hūi
litate ipm̄ placuit. Per. R. denotat̄ ꝙ ipā fu-
it figurata ꝑ Rachel: q fuit vxor Jacob: ⁊ ge
nuit Joseph: q̄ interpretat̄ saluator. vt hēt̄r
Gen̄. xxxiij. Sic btā virgo genuit xp̄m salua
torem mūdi. Per. I. denotat̄ ꝙ ipā fuit figu
rata ꝑ Judith q̄ virtute castitatis occidit ho
loferne. vt hr̄ Judith. xiij. Sic btā virgo meri
to sue humilis ṽginitatis. interfecit luciferū
p̄ncipē diaboloꝝ cōterēdo ei⁹ ptātem ⁊ vim.
Per. A. denotat̄ ꝙ ipsa fuit figurata per abi
sach q̄ fuit electa sup omēs filias hierusaleꝫ
tanq̄ pulcrior ⁊ delectabilior ad seruienduꝫ
⁊ ministrandū regi Dauid. vt hr̄. iij. Reg. i.
Sic btā virgo fuit electa sup om̄s mulieres
ad mistrandū regi celesti. Eccle. xxiiij. In ha
bitatiōe scā corā ipo mistraui. Istud nomē
ꝯponitur ex lr̄is. v. designātib⁹ in btā virgīe.
virtutes ⁊ ꝑfectiones. v. lapidū p̄ciosorum.
Per. M. denotat̄ ꝙ ipā est margarita: q̄ est
lapis p̄ciosus pulcherrim⁹: ⁊ cōfortat cor in
ꝑiculis. Sic btā virgo est refugiū nr̄m in pi-
culis nostris. Per. A denotat̄ ꝙ ipā ē ada-
mas q̄ hꝫ virtutē recōciliatiuā. Sic btā ṽgo
recōciliauit humanū gen⁹ cū deo. Per. R de
notat̄ ꝙ ipā est rubin⁹ siue carbūculus q̄ est
valde splēdidus. ⁊ nascit̄ in viscerib⁹ saphiri
hn̄tis splendorē ⁊ colorē celestē. Iste saphi-
rus est btā virgo: in cui⁹ viscerib⁹ opatōe spūs
sancti gn̄at⁹ est rubin⁹. s. Jesus xp̄s. Per. I.
denotat̄ ꝙ ipsa est iaspis q̄ reddit hoīem ip-
sum ferentē tutū sine timore. Sic btā ṽgo fa
cit nos securos a demonib⁹. Per. A. denota
tur ꝙ ipsa est alectorius. q̄ facit hominem for
tunatum ad habendos honores. Sic beata
virgo cōtribuit nobis maiōs honores. Ber
nar. Si mariā diligenter inspicias: nihil ṽtu-
tis: nihil honoris: nihil splendoris: nihil glo-
rie. qd̄ ex ipā non splendeat. hec ille.

Sexto in beata virgine ē gratia om̄is vite virtualis. Sciēduꝫ ꝙ cō
uersatio et vita beate virginis fuit cū paren-
tibus suis. fuit in templo: fuit cū angelo. fuit

cuz sponso suo. fuit cū Elizabeth. fuit cū xp̄o
filio suo. fuit cū cetu apostolico. fuit cum Jo
hāne custode suo. ¶ Primo fuit cū parentib⁹
scȝ Joachim ꝛ Anna. q̄ eaȝ in timore dn̄i nu
trierūt. toto ablactationis tēpe. s. triēnij quo
nil mundanū nil terrenū cōcupiuit: sed spūs
sanctus magnā abstinentiā ipsam docuit. a
cibo: potu: somno. Eccl. iij. Cor sapiens ꝛ in-
telligēs abstinebit se a peccatis. ¶ Secundo
fuit in tēplo: qꝛ quarto anno etatis sue cū ob
lationib⁹ ad templū ꝛ parentib⁹ suis fuit ad
ducta. que q̄ndecim psalmos graduales di-
xit. iuxta q̄ndecim gradus ascensionis tēpli.
quos btā virgo sine humano: nō tn̄ sine diui
no auxilio cōscendit: quā parentes ei⁹ pfecta
oblatione cū ceteris virginibus in tēplo di-
miserunt. ¶ Tertio fuit cum angelo. qꝛ virgo
quottidie in omī sanctitate pficiens: ab an-
gelo visitabat̄: ꝛ visione diuina omī die foue
bat̄. a mane em̄ vsqȝ ad tertiā orōnib⁹ insta
bat. a tertia vsqȝ ad nonā texebat. a nona ab
oratiōe nō cessabat: quousqȝ angelus appa-
rens sibi escā ministrabat. Quarto fuit cuȝ
sponso suo Joseph q̄ nupsit. xiiij. etatis sue
anno. vt habes in legendis. ibi. Quartode-
cimo aūt etatis sue āno pontifex ꝛc. vsqȝ de
ea nasciturū dei filiū nūciauit. ¶ Quinto fuit
cum Elizabet cognata sua tribus mensibus
Luce. i. Sexto fuit cū xp̄o filio suo. iens in
egyptū ꝛ inde rediens vsqȝ ad nuptias in q̄-
bus aquā cōuertit in vinū. Luce. ij. ꝛ Joh. ij.
¶ Septimo fuit cū cetu aplīco ab ascensione
xp̄i vsqȝ ad egressum eoꝝ de hierl̄m. Act. i.
¶ Octauo fuit cū Johāne custode suo: ante
assumptionē eius in celuȝ. Ideo Aug⁹. dicit
Toto affectu ad auxiliū btē virginis cōfera-
mur. Omēs em̄ sua patrocinia imploremus
vt dū nos eam supplici obsequio frequenta
mus in terris. ipā nos per secula cōmendare
digneẗ in celis. Amen.

¶ In festo sancti Mathei apostolo ꝛ
euangeliste. Sermo. liij.

Vidit iesus matheū
Mathei. ix. ꝛ in euangelio pre-
sentis solēnitat. Beda in oml.
super Math dicit sic. Non est mirandum ꝙ
ad primaȝ dn̄i iubentis vocem, terrena q̄ cu-
rabat lucra reliquerit. opibusqȝ neglectis il-
lius cōcomitatui quē nil diuitiarum habere
cernebat adheserit. Ipse em̄ dn̄s foris eum
verbo vocauit, intus instinctu inuisibili vt se
queretur edocuit. infundens illius mēti gra-
tie lumen spūalis qua intelligeret ꝙ is qui a
tēporalibus auocabat in terris, incorruptibi
les dare valeret thesauros in celis. hec ille.
Super quo talem moueo questionē. Vtruȝ
beatus Matheus de theloneo vocatus fue-
rit. statim assumptus ad statuȝ perfectionis
ꝛ apostolatus. Ad istam questionē respon-
dent quattuor doctores noui testamenti.
¶ Primus est beatus Hieronimus sup Ma
theum dicens sic. Matheus de publicano re
pente fit apostolus. ¶ Secundus est Beda
super Lucam dicens sic. Matheus de publi
cano in apostolum de theloneario in euange
listam est repente mutatus. hec ille. ¶ Terti⁹
est Ambrosius sup Lucā dicens sic. Tanta
cupiditate sequēdi dn̄m ductus est. vt in nul
lo prsus huius vite respectū vel cogitationē
sibimet reseruauerit. Siquidem ipse domin⁹
qui hunc exterius humana collocutione vt se
sequeretur vocauit: intus diuina inspiratiōe
vt mox vocantem sequereẗ accendit. ipse in-
uisibiliter quomodo obsequenduȝ esset edo-
cuit. Propter qđ ille merito obedientie dum
humana contēnens negocia deserit dn̄i coꝝ
fidelis dispensator factus est. hec ille. ¶ Quar
tus est sanctus Thomas quolibȝ. v. dicēs sic
Questio ista ex verbis euangelij determina
ri potest. Si em̄ loquamur de apostolatu ma
nifestum est ex verbis euangelij ƀm narrati-
onē Mathei. Marci. ꝛ Luce. ꝙ dn̄s post vo
cationeȝ Mathei aliquāto spacio temporis
interiecto ex suis discipulis duodecim apo-
stolos vocauit ꝛ elegit. inter quos vnus fuit
Matheus. Et sic pȝ ꝙ statim a pncipio fuit
vocatus ad discipulatum xp̄i. non autem ad
apostolatum christi. nisi ƀm preordinationē
christi qui eum in apostolum sumendū dispo
nebat. Et ƀm hoc intelligēda sunt verba Hie
ronimi. Bede ꝛ Ambrosij supradicta. Si au
tem loquamur de pfectione euangelica. Sic
manifestum est ꝙ statim a principio vocat⁹
est ad statum perfectionis. diciẗ em̄ Luce. v.
ꝙ surgens relictis omibus statim sequutus
est eum. quod etiam ad discipulatum christi
pertinebat. ƀm illud quod dicitur. Luce. xiiij.
Nisi quis renunciauerit omibus que possi-
det: non potest meus esse discipulus. Sum
mum em̄ in vita humana potest accipi dupli
citer. Vno modo ƀm comparationeȝ status
ad statū. ƀm ꝙ in humana vita vnus status
est maior alio: ꝛ aliquis summus. ꝛ sic nihil
phibet fieri aliquem repente summuȝ. id est

attingere ad statum summū. ⁊ hoc apparet tam in spirituali vita ꝙ̄ in seculari. Inueniū tur enī aliqui ꝗ̄uis pauci statim a puericia ad statum religionis qui est perfectissimus conuolasse vel proprio arbitrio. Sicut btūs Johannes baptista. ⁊ beatus Benedictus. vel etiam deuotione parentum. sicut illi qui monasterijs traduntur a parētibus. Sic enī non oportet vt in seculari vita exerceat ante ꝙ̄ ad religionem transeat. Sicut etiam non oportet ꝙ aliquis exerceatur in laycali vita anteꝙ̄ clericus fiat. Similiter etiaʒ aliqui re pente assumūtur ad regnum: vel ab ipsa pue ritia. Sicut Salomon ⁊ Josias reges Juda vel etiam ex vltimo statu. Sicut Saul. Et Ec clesiastes. vi. dicitur. Quod de carcere cathe nisqꝫ quis interdum ad regnum ingreditur. Alio modo potest accipi summum ꝫm com parationem graduum: qui sunt perfectio vni us hominis. Et sic dicit Gregorius. ꝙ nemo repente fit summus. Dicit enim Augustinꝰ super canonica Johānis. ꝙ caritas nō mox vt nascitur perfecta est. Nam vt perficiatur nascitur. cum fuerit nata nutritur. cum fuerit nutrita roboratur. cum fuerit roborata perfi citur. hec Thomas. Sic ergo beatꝰ Mathe us subito de statu peccati conuersus est ad statum virtutis ⁊ perfectionis euangelice. qꝛ Jesus vidit Matheum. scilicet interna inspi ratione. Unde Beda in omelia hodierna di cit sic. Ex lectione euangelica audiuimus. qꝛ sedentem in theloneo Matheum. ac tempo ralibus curis intentum. repente dominꝰ mi seratus vocauit. ⁊ de publicano iustum. De thelonenario discipulum fecit. quem etiam ꝑ ficientibus eiusdem gratie incrementis. De cōmuni discipulorum numero ad apostola tus gradum promouit. Hec ille. Hec autem omnia conuenerunt beato Matheo. qꝛ vidit Jesus Matheum.

¶ Vidit Jesus Matheum.
- Obedientem.
- Distribuentemtem.
- Euangelizantem.
- Conuincentem.
- Suscitantem.
- Erudientem.
- Subuenientem.

¶ Primo vidit iesus Matheum Obedientem.

Unde Beda in omel. hodierna dicit sic. Vidit inquit Jesus homi nem sedentem in theloneo Matheū nomi ne. Vidit autem non tam corporeo intuitu: ꝙ̄ interne miserationis aspectu. quo ⁊ Pe trum negantem vt reatum suum agnoscere ac deflere posset aspicere dignatus est. quo populum suum egyptiaca seruitute depres sum vt eriperet respexit. dicens ad Moysen Videns vidi afflictionez populi mei qui est in egypto ⁊ gemitum eius audiui. ⁊ descen di liberare eos. Vidit ergo hominem misera tus est eum qui humanis tantum studijs de ditus: necduʒ euangelico nomine dignus ex titerat. Vidit sedentem in theloneo pertina ci videlicet animo lucris temporalibus inhiā tem. Et relictis omnibus surgens sequutus est euʒ. Intelligens ergo Matheus quid sit veraciter dominū sequi relictis oīubus seꝗ̄ tur. Sequi enim imitari est. Ideoqꝫ vt pau perez christum non tam gressu ꝙ̄ affectu cō sectari potuisset. reliquit propria qui rapere solebat aliena. Perfectamqꝫ nobis abrenun ciantis formam tribuens non solum lucra re liquit vectigalium. Verūetiam rationes im perfectas atqꝫ incompositas dereliquit. Hec ille. In hoc notatur in Matheo obedientie velocitas. Pro hac velocitate obedientie ꝗ̄ dam occasionem erroris sibi assumpserunt. sicut recitat Heronimus in originali suꝑ ma theum dicēs sic. Arguit in hoc loco Porphi rius ⁊ Julianꝰ augustus. vel imperitiam hy storici mentientis. vel stulticiam eorum qui statim sequuti sunt saluatorem quasi irratio nabiliter quēlibet vocantem hominem sint sequuti cum tante virtutes tantaqꝫ signa ꝓ cesserint que apostolos anteꝙ̄ crederent vi disse non dubium est. Certe fulgur ipse ⁊ ma iestas diuinitatis occulta que etiaʒ in huma na relucebat facie. ex primo ad se videntes tra here poterat aspectu. Si enim in magnete la pide hec esse virtus dicitur. vt anulos ⁊ festu cas sibi copulet quanto magis dn̄s omniuʒ creaturarum ad se trahere poterat quos vo lebat. hec ille. Ubi assignat sex causas quare beatus Matheus tam velociter sequutꝰ est christum. non ex animi sui leuitate: sed ex d uine virtutis bonitate. ¶ Primo quia fuit ver bi dei virtuosa operatione conuersus. ¶ Se cundo quia fuit interna inspiratione afflatꝰ. Tertio miraculoruʒ operatione permotus ¶ Quarto splēdore facici illustratus ¶ Quin to gloriosa maiestate electus. Sexto poten ti virtute attractus. Quidam enim conuer tuntur ad christum ad vnam dei vocem. seʒ ad interiorem inspirationem. Quidam vero

non conuertuntur nisi habeant duas. scilicet interiorem inspirationem ⁊ exteriorem exhortationem. Quidam autem non conuertuntur nisi cum illis duabus habeant tertiaꝫ scilicet diuitiarum largitionem. Quidam tãdem non conuertuntur: nisi cum illis tribus habeant quartam. scilicet diram flagellationem. ⁊ tunc flagellati ad deum currunt. psal. Multiplicate sunt infirmitates eoruꝫ postea accelerauerunt. Beatus Matheus subito sequutus est christum gressu corporis. affectu mentis. ⁊ effectu corporis. Unde Ambrosius dicit. Sequebatur Matheus christum letus ⁊ alacer: ⁊ exultabat dicens. Jam nõ publicanuꝫ gero iam non porto leui. Exui leui postq̃ christũ indui. hec ille.

Secundo vidit iesus matheum

distribuentem. Unde Beda in omlia hodierna dicit sic. Factum est autem discumbente illo in domo. multi publicani ⁊ peccatores venientes discumbebant cum Jesu. vnius publicani conuersio. multis exemplũ penitentie tribuit. Non enim dubitandũ est quia publicani ⁊ peccatores esse desierant q̃ cum iesu discumbebant. Non enim si in peccatis perseuerare decernerent ei qui sine peccato est conuesci auderent. Matheus ipse cõuiuium illi magnum parauit. Congruam quippe beneficijs celestibus vicem rependit. vt a quo perhẽnia bona speraret. illi sua temporalia commodaret. eũq̃ corporalibus reficeret epulis. quo ipsi donante gustum spiritualis acceperat suauitatis: Nec hoc tantũ ei corporaliter exhibuit. sed multo gratius illi conuiuium in domo pectoris sui per fideꝫ ac dilectionem parauit. hec ille. Ecce q̃ magna liberalitas beati Mathei circa christũ. quia statim fecit ei conuiuiũ magnum in domo sua. Fuit enim magnum quadrupliciter.

Primo ratione voti. quia cum magno affectu ⁊ desiderio ipsum recepit. Secundo ratione misterij. quia illud fuit indicatiuuꝫ magni misterij. Quod exponit glo. super Lucã dicens. Qui domicilio christum interno recipit maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Jtaq̃ dominus libenter ingreditur. ⁊ in eius qui crediderit recumbit affectu hec ille. Tertio ratione documẽtorum. quia ibi magna documẽta exhibuit christus qui dicit se venisse ad medendum ⁊ sanandum: cum ait. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male se habent. Item ad miserendum. cum ait misericordiam volo et non sacrificium. Etiam ad vocandum Cum ait. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Hoc est bonorum operuꝫ spiritale cõuiuiũ quo diues populus eget: pauper epulatur. Et erat turba publicanoꝝ ⁊ aliorum qui cum ipsis erant recumbentes. Uidebant publicanũ a peccatis ad meliora cõuersum locum inuenisse penitentie. ⁊ ob hoc etiam ipsi non desperant salutem. Hec ille.

Quarto ratione inuitatorum. quia magni discumbentes inuitati sunt scꝫ christus. discipuli eius. ⁊ pharisei. Unde Beda vbi supra dicit sic. Murmurabunt scribe ⁊ pharisei dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis ⁊ peccatoribus manducatis ⁊ bibitis? Cõuiuantibus cuꝫ domino publicanis. pharisei murmurantes de ieiunio gloriantur. vbi primo quanta sit legis ⁊ gratie distantia declaratur. quia qui legem sequuntur ieiunementis famem patientur eternam. Qui vero verbum in interioribus anime receperunt alimenti celestis ⁊ fontis vbertate recreati. esurire ⁊ sitire non possunt. hec ille. Quando enĩ pharisei murmurabant q̃ ad hominẽ peccatorem diuertisset. Matheus vsus est magna patientia. Fuit enim patiens: quia pharisei dicebant ipsuꝫ esse peccatorẽ q̃ erat iustificatus. publicanũ q̃ erat mũdat᷒. p̄ñtia xp̄i indignũ q̃ iaꝫ dign᷒ erat effect᷒. ſ; ad ista in nullo fuit cõmot᷒. Non in aĩo ex vlla turbatione. Non in signo ex vlla tumultuositatis ostensione. Non in ore ex vllo impatienti sermone. Non ex facto ex vllo iniurioso ope ⁊c̄.

Tertio vidit iesus Matheum

euãgelizantẽ. Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Nec solũ p̄dicãdi. verũ etiã scribendi euãgeliũ ministeriũ cõmisit illi dominus. vt q̃ terrestriũ curã omiserat. celestiũ esse talentoꝝ dispẽsator inciperet. Qd̄ ob id vtiq̃ p̄uidẽtia superna fieri disposuit vt nullum enormitas peccatoꝝ. nullũ numerositas scelerum a speranda venia reuocaret. cũ hũc tantis mundi nexibus absolutum tam celestem factũ cõspiceret vt cõicato cum angelicis spiritib᷒ vocabulo euangelista noĩaret᷑ ⁊ esset. hec ille. Euangelium beati Mathei est valde commendabile propter quattuor.

Primo ratiõe prefigurationis. Nam inter quattuor euangelistas Matheus fuit prefigurat᷒ in forma hominis, vt patet. Ezech. i.

⁊ Apoc. iiij. In p̄ncipio em̄ euangelij sui oñ-
dit xp̄i incarnationē. In medio p̄dicationez.
In fine passionē. Unde Beda in omelia su-
per matheū dicit sic. Huic em̄ speciali p̄uile-
gio datum est vt incarnationis dñice myste
ria que cuncti a seculo p̄phete p̄cinebant. ip
se p̄mus oīm iam facta descripserit. ⁊ creden
tibus legēda transmiserit. ¶ Secūdo rōne in
structionis. fuit em̄ p̄ xp̄m imediate instru-
ctus. Joh̄ xv. Omnia q̄ audiui a patre meo
nota feci vobis. Qui etiā oīa miracula xp̄i vi
dit. ¶ Tertio rōne reuelationis. Fuit em̄ a vir
gine in specialem familiarē assumptus q̄ suā
genealogiam sibi reuelauit. ⁊ cubiculū suum
imaculatum. ideo tanq̄ fidelis notarius ait.
Liber generatiōis Jesu xp̄i ⁊c̄. Et iterū. Cū
esset desponsata ⁊c̄ i. ca. Quarto rōne op̄a
tionis. Nam beat⁹ barnabas istud euangeli-
um in magna reuerentia habuit: q2 ip̄m secū
portauit vt a demonibus p̄tegeret̄. sup̄ infir
mos posuit vt sanarētur secū in sepulcro po-
ni iussit: vt securius moreret̄. Unde Johan
nes cōsobrinus Barnabe ait. Sanctus aūt
barnabas dum ad p̄dicationis officiū per di
uersas vrbes p̄grraret. hoc euangeliū secum
portabat. ⁊ vbiq3 sup̄ infirmos ponebat: qui
cōtinuo sanabantur. a quocūq3 languore de-
tinebant̄. Hec ille. ¶ Hoc euangeliū abbreui-
auit beat⁹ Marcus euāgelista. q2 Matheus
descripsit incarnationē dñi s̄m stirpem regiā
Regis aūt est nō esse sine comitum obseq̄o.
Etiam ecclesia valde frequenter recitat euā-
gelium beati Mathei. Unde Beda in ome-
lia hodierna dicit sic. Pulcro vero presagio
Matheus q̄ doctor gentiū erat futurus in p̄
ma sua cōuersatione peccantiū post se gregē
ad salutē trahit. ⁊ euangelizandi officiū3 qd̄
p̄ficiente merito virtutū3 erat expleturus a
p̄mis iam fidei sue rudimentis incipit. Non
em̄ solum q̄ verbo fratrē suū erudit. sed etiā
qui exēplo ad meliora cōuertit: doctoris mi-
nisterium gerit. Hec ille. ¶ Licet aūt Paulus
ecclesiam dei supra modū expugnauerit. Da
uid adulteriū ⁊ homicidiū p̄petrauerit. Ma
theus lucris turpibus inhiauerit. tñ istoꝝ pe
nitentia valde deo placuit. vt nō solū dñs eo
rū culpis ignosceret. sed in eis etiā dona sua
multiplicius cumularet. Nam seuissimū per-
secutorem fecit fidelissimū predicatorē. Ad-
ulterum ⁊ homicidam fecit p̄phetam. lucris
inhiantem ⁊ cupidum fecit euangelistam et
apostolum. Ideo ergo horum triū3 dicta no-
bis frequentius recitantur: vt nullus qui cō-
uerti voluerit desperet de venia. Quādo tā-
tos in culpa tales conspicit fuisse in grā ⁊c̄.

¶ Quarto vidit Jesus matheum cōuincentem.

Unde Criso. sup̄ Ma
theum dicit sic. Matheus sanctoꝝ quidez p̄-
cipue tñ peccatoꝝ euangelista fuit qui nō tm̄
sermone sed etiā ipsa vite sue correctione pec
catoribus euangeliū predicauit. Nunq̄ eni3
in theloneo cōstitutus qui pecunias collige-
re perituras cōsueuerat. euāgelista fieret vt
sermones in eternū mansuros ɔscriberet: ni
si exemplo suo peccatores ad penitentie mi-
sericordiam inuitaret. qui aliquādo fuit cau-
tus terrenarum longotheca rōnum nunc est
diligentissimus dispensator sp̄ualium prece
ptorum. Tunc quidē multos pauperes fecit
fraudando pecuniā. nūc aūt innumerabiles
diuites fecit p̄dicando iusticiā. hec ille. Pre
dicauit em̄ euangelium iuxta mandatu3 xp̄i
quadrupliciter. ¶ Primo sapiēter oīa figmē-
ta demonū detegendo. Nam magi volebant
tanq̄ dij adorari. ⁊ ideo duos dracones ignē
spirantes miserunt. Sed beat⁹ mathe⁹ signo
crucis demones fugauit. Sacerdotes idolo
rum sibi voluerunt sacrificare Sed ip̄e docu
it soli deo esse sacrificandū. ⁊ oīa q̄ attulerūt
respuit. ⁊ inde ecclesias edificari p̄cepit ⁊c̄.
¶ Secūdo prudenter ⁊ discrete. quia cū ei op
tio daret̄. vt aut Ephigeniā virginē regi vxo
rem daret aut mortē subiret. predicauit pru-
denter ne virgo alteri q̄ deo in sponsam co-
pularetur. magis eligens mori q̄ virginem
violari. ¶ Tertio fideliter. q2 honore3 dñi sui
sibi noluit vsurpare nec sacrificiu3 qd̄ sibi im
pendere volebant acceptare. quia licet quis
multos cōuertat nō tamē hoc sibi ascribat. sꝫ
diuine virtuti. Math. x. Non em̄ vos estis q̄
loquimini. sed sp̄us patris vestri q̄ loquitur
in vobis. ¶ Quarto cōstanter. quia nec pro-
missis potuit emolliri cum rex dimidium re-
gni sui sibi dare p̄mitteret nec minis deter-
reri. nec supplicijs superari. sed missam deuo-
te perficiens mortem accepit p̄ nomine dñi
sui Jesu xp̄i ⁊c̄.

¶ Quinto vidit Jesus matheum Suscitantē.

Filius em̄ regis mortu⁹
plangebatur ab oībus: in qua suscitatiōe fue
runt quattuor. ¶ Primo magoꝝ impotentia
qui eū suscitare nequerunt: sed suaserunt re-
gi q̄ in deoꝝ ɔsortiū raptus esset. Et ideo si
mulacrum ⁊ templu3 sibi edificaret. ¶ Secū-
do orationis efficientia. Nam Eunuchus re

gine candacis aduocauit apostolū. Qui fusa orōne ad dn̄m: illū p̄rimus suscitauit. Tertio cōuersionis instantia. Naz quicq̄d ei allatum fuit in auro ⁊ argento in ecclesiam fabricandam expendi voluit. q̄ intra triginta dierum spaciū cōsummata fuit. in qua apostolꝰ trigintatribus annis sedit ⁊ totam egyptuz ad fidem cōuertit. Unde beda in omelia hodierna dicit sic. Qualis matheus factꝰ sit. docet ipsa gens ethyopum: quā de vltimis terre finibꝰ ad ecclesie sancte societatē predicādo conuertit. ablutāq3 fonte baptismatis de fusca formosam reddidit q2 nigredine vitiorum illam exuit. ⁊ ornatu virtutū illam decorauit. hec ille. Quarto miraculoꝝ refulgentia. Nam multos mortuos suscitauit. cecos illumiāuit. leprosos mūdauit. regē cū vxore ⁊ omni populo baptizauit.

¶ Sexto vidit Jesus Matheum Erudientem.

Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Matheus interpretat̄ additus siue assumptus significans. q2 assumptus est per dilectionem a dn̄o ⁊ additꝰ ad numerū gradꝰ apostolici. hec ille. In sua eruditione ostendit se habere quadruplicē dignitatem. ¶ Primo angeli. in eo ꝙ multa predicauit de gloria paradisi terrestris a quo homo eiectus fuerat ⁊ per xp̄m ad paradisum celestem fuerat reuocatus. quasi ip̄e esset angelus cherubin in illo collocatus. ¶ Secūdo apostoli. quia int̄. xij. apostolos ꝯnumeratus est. vt p3 Luce. ix. ca. Mar. iij. ca. Tertio euangeliste. qui fuit figuratus inter quattuor animalia oculis vndiq3 plena. deum assidue laudantia. Apoc. iiij. Quarto martyris. p̄ fide xp̄i moriēdo. ⁊ p̄ eius veritate sanguinē suū fundendo. Ita ꝙ iste quattuor p̄prietates in nullo simul inueniūtur. Cherubin em̄ fuit angelus. sed non apostolus nec euangelista. nec martyr. Petrus fuit apl's ⁊ martyr sed nō euangelista. Johannes fuit apostolꝰ et euangelista. sed nō martyr. Stephanꝰ fuit martyr: sed nō aplus nec euangelista. Matheus autē fuit angelus. apostolus. euangelista. ⁊ martyr. vt p3 in eius legenda.

¶ Septimo vidit Jesus matheum Subuenientez.

Un̄ quattuor modis subuenit. ¶ Primo benedicendo. Nam intrepidus ⁊ cōstans ad patientiā oēs ⁊ cōstantiaz cōfortauit. et Ephigeniā corā se ex timore prostratā cū ceteris virginibus plusq̄ ducentis benedixit. Secūdo defendendo. Cū em̄ rex misisset spiculatorem qui matheū iuxta altare stantē ⁊ orantem occideret. populꝰ cucurrit ad domū regis ip̄az incēsurus cū oī familia eius: sed apl's apparuit presbyteris ⁊ clericis catholicis vt populum retraherent qd̄ ⁊ fecerunt. apostoli martyriū cū gaudio celebrantes. Tertio preseruando. Cū enim rex animū Ephigenie inflectere nequiret totam eius domū igne copioso vallauit vt eaz cum ceteris virginibus ꝯcremaret. apostolus aūt eisdem apparēs oēm ignem ab eius domo excussit. Quarto informando. Nam ignis in domū regis irrumpens solo rege cuz vnico filio euadente: cuncta consumpsit. Statimq3 filius eiꝰ arreptus a demonio crimina patris confitens ad sepulcrū apostoli p̄perauit. Pater vero turpissimus leprosus effectꝰ ⁊ insanabilis manu p̄pria se gladio īteremit. Apparuit aūt aplus p̄plo admonens vt fratrem ephigenie ab ip̄o aplo baptizatum. regem sibi cōstitueret. Qui p̄ annos septuaginta regnauit ⁊ filiū suū sibi substituens xp̄ianum cultum magnifice ampliauit. Et totam Ethiopie p̄uinciaz ecclesijs xp̄i repleuit. meritis ⁊ intercessione beati apostoli. Amen.

¶ In festo angelorum. Sermo. liij.

V[v]obis angeli vidēt Mathei. xviij. ⁊ in euangelio presentis solennitatis. Beatus bernardꝰ sup̄ cantica sermōe. v. dicit sic. Angelꝰ curat satagitq3 in libertate sp̄us administrare officiū pietatis futuroꝝ bonoꝝ. p̄mptum mortalibus alacrēq3 sese ministrū exhibens: vtpote suis ineternū futuris ciuibus ⁊ coheredibus sup̄ne iocūditatis. Hec ille. Super quo talem moueo questionez. Utrū cuilibet hoī vnus angelꝰ deputet̄ ad virtutē quo securius assequat̄ eternā salutē. Ad istā qōem r̄ndent tres doctores noui testi. ¶ Primꝰ est btūs Hiero. exponēs illō Math. Angeli eorum semp̄ vidēt faciē patris: q2 dicit sic. Magna est dignitas aīarū: vt vna queq3 hēat ab ortu sue natiuitatis in custodiā sui angelum delegatū. Secūdus est btūs Augu. lib. Soliloquioꝝ. ca. xxix. dicens sic. Diligūt nempe angeli ciues suos per quos sue ruine scissuras instaurari expectāt. Ideoq3 magna cura ⁊ vigilanti studio assunt nobis oībus horis ⁊ locis succurrentes ⁊ p̄uidentes necessitatibus nr̄is: ⁊ sollicite discurrētes int̄ nos ⁊ te dn̄e. gemitus nostros et suspiria nostra

[illegible]

referentes ad te. vt impetrẽt nobis faci'ẽ tue
benignitatis ꝓpitiationẽ: ꝛ referãt ad nos de
sideratam tue gr̃e benedictionẽ. Ambulant
nobiscum in oĩbus vijs nostris: intrãt ꝛ exe-
unt nobiscũ attẽte. cõsiderantes ꝙ pie ꝙ ho
neste in medio praue nationis conuersemur.
quãto studio quanto ꝗ desiderio queramus
regnum tuũ ꝛ iusticiam ei⁹. quanto timore ꝛ
tremore seruiamus tibi ꝛ exultemus in leti-
cia cordis nostri. adiuuãt laborãtes: ꝓtegũt
quiescentes. hortantur pugnantes: coronãt
vincentes: congaudẽt gaudentibus: cõpatiũ
tur ꝓ te inꝙ patientibus. Grandis est eorũ
cura de nobis: ꝛ magn⁹ feruor dilectiõis eoꝝ
erga nos. ꝛ hoc totũ ꝓpter honorẽ tue inexti
mabilis charitatis qua dilexisti nos. Diligũt
enĩ quos tu diligis: custodiũt quos custodis
odiunt quos odisti. hec ille. ¶ Tertius est sã-
ctus Tho. pte i. q. cxiij. articulo iiij. dicens sic.
Homo in statu vite istius cõstitutus est qua
si in quadam via qua tendere dꝫ ad patriaꝫ.
in qua quidẽ via pericula multa homini im-
minent. tam ab exteriori ꝙ ab interiori. ꝫm
ps. 41. illud ps. In via hac qua ambulabã: abscõde
runt superbi laqueuꝫ mihi. Et ideo sicut homi
nibus ꝑ viam nõ tutã ambulantibus dantur
custodes: ita ꝛ cuilibet homĩ ꝙ diu viator est
custos ãgelus deputat̃. Quãdo aũt iam ad
terminũ vie ꝑuenerit. iam nõ habebit custo-
dem. sed in regno habebit angeluꝫ corregnã
tem: in inferno demonem punientem. hec il-
le. ¶ Sciendũ ꝙ in rebus agendis cognitio
et affectus homĩs multipliciter variari ꝛ de-
ficere possunt a bono. ꝛ ideo necessariũ fuit ꝙ
hominibus angeli ad custodiã deputarentur
per quos regularent̃ ꝛ mouerent̃ ad bonuꝫ
Unde pono octo cõclusiones. ¶ Prima con
clusio. licet homo possit seipm̃ custodire ꝑ li-
beruꝫ arbitriũ ꝛ ꝑ naturalẽ cognitionẽ legis
naturalis: tamẽ adhuc est sibi necessaria cu-
stodia angeloꝝ. Patet quia per liberũ arbi-
trium potest aliqualiter homo malũ vitare.
sed nõ sufficiẽter. quia infirmat̃ circa affectũ
boni ꝓpter multiplices aĩe passiões. Simili
ter etiã cognitio vl̃is legis natural' q̃ hoĩ na
turaliter adest aliqualit̃ dirigit hoĩem ad bo
num sed nõ sufficienter. q͛ in applicãdo vl̃ia
principia iuris ad ꝑticularia opera cõtingit
hominẽ multipliciter deficere. Unñ dicit̃ Sa
pien. ix. Cogitatões mortaliũ timide ꝛ incer
te ꝓuidentie nr̃e: ꝛ iõ necessaria fuit homĩ cu
stodia angeloꝝ. ꝫm qd̃ dicit̃ in ps. Angelis
suis de⁹ mãdauit de te vt custodiãt te in oĩb⁹
vijs tuis ꝛc. Secũda ꝯclusio. lꝫ multi hoĩes
pereant in peccato cadẽtes: nõ tñ priuantur
custodia angeloꝝ. Patet. q͛ sicut hoĩes a na
turali instinctu boni discedunt ꝓpter passio-
nem pcti. ita etiã discedunt ab instigatiõe bo
noꝝ angeloꝝ q̃ fit inuisibiliter ꝑ hoc ꝙ hoĩes
illuminant ad bene agendũ. Unde ꝙ hoĩes
pereunt nõ est imputandũ negligẽtie ange-
loꝝ: sed malicie hoĩm. ¶ Tertia cõclusio. licet
adam in statu innocentie nullis angustiare
tur ꝑiculis. tñ habebat angelũ sibi ad custo-
diam deputatũ. Patet. qm̃ homo in statu in
nocentie nõ patiebat̃ aliqd̃ periculũ ab inte
riori. q͛ interi⁹ erãt oĩa ordĩata. sed ĩminebat
ei periculũ ab exteriori ꝓpter insidias demo
num. vt rei ꝓbauit euentus. ꝛ ideo indigebat
custodia angeloꝝ. ¶ Quarta cõclusio. pueris
in materno vtero existentib⁹: ꝛ extra vterum
angelus ad custodiã deputat̃. Patꝫ q͛ puer
ꝙdiu est in materno vtero: nõ totaliter est a
matre seꝑatus. sed ꝑ quandã colligationẽ q̃-
dãmõ est adhuc aliquid eius sicut fruct⁹ pen
dens in arbore est aliq̃d arboris. iõ angelus
q̃ est custodia matris: custodit ꝓlem in vtero
mr̃is existẽtem. s3 in natiuitate qñ seꝑatus est a
mr̃e angel⁹ ei ad custodiã deputat̃. ¶ Quĩta
cõclusio. lꝫ pueri non illuminent̃ ꝑ modũ do
ctrine: tñ mox nati custodiuntur ab angelis.
Pꝫ q͛ offm̃ custodie ordinat̃ quidẽ ad illuĩa
tionẽ doctrine: sicut ad vltimũ ꝛ ꝓ̃ncipalẽ ef-
fectũ. nihilominus⁹ tñ hꝫ m̃ltos alios effectus
q̃ pueris cõpetũt. s. arcere demões ꝛ alia no-
cumẽta tam corporalia ꝙ spũalia ꝓhibere.
¶ Sexta ꝯclusio. hoĩes p̃sciti ꝛ etiã infideles
ꝛ antixp̃us: hñt angelos sibi ad custodiã de-
putatos. Patet. q͛ hoĩes p̃sciti ꝛ infideles ꝛ
creata: inuisibilis: incorporea: immortalis: deo simillima: imaginē habēs creatoris sui Sic ergo ē similis deo in simplicitate. ¶ Secundo est similis deo in pluralitate. Nam sicut in deo est substantie vnitas ⁊ psonaruz pluralitas. Sic in aīa sunt potētie diuerse. s. memoria: intelligētia: ⁊ volūtas in vna substantia aīe. vt dicit magr̄ sentētiarū li. i. dist. iij. ¶ Tertio est similis deo in bonitate. Nam deus est ita bonꝰ ꝙ nihil est eo meliꝰ. sic in creaturis nihil est aīa meliꝰ. Vn̄ Aug. li. de quantitate aīe. ca. xxiiij. dicit sic. Anime aūt natura: nec terra: nec maria: nec sydera: nec luna nec sol: nec quicꝙ̄ om̄ino qd̄ tangi: aut his oculis videri pōt. nō deniqꝫ ipm qd̄ oculis videri nō pōt. s. celū meliꝰ esse credendū est: imo hec oīa longe deteriora esse ꝙ̄ est quelibet aīa creata: rō cōuincit. Deus ergo solꝰ colendꝰ est: qui solus auctor eiꝰ est. ¶ Quarto est similis deo in p̄sentialitate. Sicut em̄ deo nil secretiꝰ est ⁊ nil p̄sentiꝰ. sic aīa nil secretiꝰ ⁊ maxime in corpe nil p̄sentiꝰ: cū totū moueat corpꝰ qd̄ moriēdo nil tibi manifestius. Vn̄ Aug. vbi supra. Quis em̄ iuste stomachet̄ ꝙ agēdo atqꝫ ministrādo corpi aīa data sit? Vn̄ eiꝰ p̄sentia patet p oēs sensus sensificādo: corpꝰ viuificādo: vegetando ⁊c̄. ¶ Quinto est similis deo in incorruptibilitate. Sicut em̄ sine deo nihil eē pōt: sic sine aīa nō est hō. qr illa separata a corpe iam nō est hō: imo corrūpit̄ corpꝰ. Jdō Bern̄. in meditationibꝰ exclamat dicēs sic. O aīa insignita dei imagine: decorata similitudine: despōsata fide: dotata spū: redēpta sanguīe: deputata cuz angelis: capax beatitudinis: heres bonitatis: rōnis particeps. qd tibi cū carne nūꝙ̄ maiꝰ sterqliniū inuenisti. hec ille. Aīa ergo colēs deū sup oīa est filis deo. Sed aīa gentilis ⁊ pagani subijciēs se ydolis: nō est filis deo nec sponsa eiꝰ. Similit̄ aīa xp̄iani auaricie dedita: q̄ ē ydoloꝝ seruitꝰ: ⁊ aīa gulosi: cuiꝰ deꝰ vent̄ ē: ⁊ aīa cuiuscūqꝫ pctōris nō ē deo filis nec eiꝰ spōsa. lꝫ autē sic adulterauerit. iux̄ illō Jerem̄. iij. Tu aūt fornicata es post amatores tuos: tn̄ deꝰ vocat eā dicēs illō Can̄. vi. Reuertere reuertere sunamitꝭ: ⁊ ego suscipiā te. Et tūc similitudo dei deformata in aīa renouat̄. Vn̄ Bern̄. sup Can̄. dic̄ sic. Pauptate: mansuetudine: ⁊ fletu renouat̄ in aīa similitudo q̄dā trinitatꝭ: imago eternitatis oīa tēporalia cōplectēs: dū paupertate futura meret̄: māsuetudine p̄sentia sibi vendicat: luctū penitētie p̄terita recuperat. hec ille. Pro cuius intellectu sciendū ꝙ aduentꝰ diuine inspirationis in aīam p̄mo eā īmutat p dolorē ⁊ cōpūctionē dū ignis praui amoris ꝯfundit̄: ⁊ lux praui ītellectꝰ abscondit̄. Sicut adueniente luce solis lux lune ⁊ aliarū stellarū abscōdit̄. ps̄. Renuit ꝯsolari aīa mea: memor fui dei ⁊ delectatꝰ sum ⁊ exercitatꝰ sum: ⁊ deficit spūs meꝰ. vn̄ aīa peccatrix stat suspensa ⁊ desinit peccare O q̄lis mutatio. ps̄. Hec mutatio dextere excelsi. O factū mirabile. ps̄. A dn̄o factuz est istud: ⁊ est mirabile in oculis nr̄is. Secundo peccatricez aīam sic suspensam claudit infra se: ⁊ in sui cogitatione facit ipsam stare stupefactā. Exēpluz. priꝰ ip̄a currebat sicut flumē post mūdana tp̄alia peccando varijs cogitationibꝰ. Nūc aūt stat clausa in suis cogitationibꝰ. Sic̄ flumē iordanis stetit dū filij israel portarēt archā dn̄i. Tertio peccatricē aīam stupefactā vulnerat: ⁊ in desiderium amoris dei atqꝫ virtutis ip̄am inflammat: ita vt quasi appareat liquefieri. ps̄. Factum est cor meum tanqꝫ cera liquescens. Quarto peccatricem animam percutit ⁊ ad rugitū ⁊ gemitum prouocat cognoscens propriū peccatū quo creatorem suuz offendit. ps̄. Rugiebam a gemitu cordis mei. Sic vocauit balaam volentem ire ad maledicendum populo dei. Nume. xxij. Sic vocauit petrum quando ipsum respexit scꝫ illuminando intellectuz eius. Math. xxvi. Sic vocauit paulum quando subito circunfulsit eum lux de celo. Actuum. ix. Et petrū vinctum cathenis duabus. vnde angelus domini astitit ⁊ lumē refulsit in habitaculo carceris: percussoqꝫ latere petri excitauit eū dicens. Surge velociter ⁊c̄. Actuū. xij. Jō̄ Bernardus in sermone dedicationis ecclesie dicit sic. Aīe desiderāti dn̄s festinꝰ occurrit celesti rore circūfusus: vnguētꝭ optimis delibutꝰ aīam recreat fatigatā. esurientem reficit. aridā impugnat. faciēs terrenorum oblitā. etiā suij p̄ius īmemorē. hec ille. Sic vocauit sctām Katherinā q̄ ꝯsciam suam q̄druplici sentiebat cōpūctiōe morderi. scꝫ pudore gemino: ⁊ gemino metu. Deū cogitabat factorē suū: cogitabat ⁊ bn̄factorē. cogitabat p̄rem: cogitabat dn̄m. ad oīa reā se cognoscebat: plāgebat p singula. Ad p̄mū ⁊ vltimū rn̄debat timor eiꝰ: ad duo media pudor. ppterea ꝯscia eiꝰ semp ī pena erat ⁊ nūqꝫ secura donec spōsuz suū īuenit cui despōsata est p ꝯformitatē in sua ꝯūsiōe ⁊c̄.

¶ Secundo btā katherina exhibuit se xp̄o tanq̄ virginē castam sponsam eius p nobilitatē. Habet em̄ aīa humana hanc nobilitatē. qꝛ cū sit a deo creata: est a nobilissima ꝓgenie ꝓducta ⁊ sibi ꝓpinq̄ Vn̄ Augꝰ. li. de quātitate aīe. ca. xxiiij. dicit sic. Queadmodū fateoꝛ dicendū aīam humanam non esse qd̄ deus est. ita presumendū nil inter oīa q̄ creauit: deo eē ꝓpinquius Ab hac nobilitate nemo excludit̄: qꝛ oēs in diuina creatione includunt̄. iuxta illud Ezechi. xviij. Oēs aīe mee sunt. Sed ista nobilitas ꝑdit̄ per pctm̄. Sicut Augꝰ. sup Gen̄. ad litterā declarat sic. Sicut deꝰ oēm creaturam: sic aīa oēm creaturā corporalē dignitate nature precellit. Oīs aīa aut xp̄i sponsa: aut diaboli est adultera. hec ille. Et lib. iiij. de ciuita. dei dicit sic. Bonꝰ etiā si seruiat: liber est: malus aūt si regnat seruus est: nec vniꝰ dn̄i. sed qd̄ grauius est: tot dn̄oꝝ quot viciorū. Forte dicis. Ego sum de vili semine. aīa mea nō poterit xp̄o desponsari. Rn̄deo: q̄ nobilitas est duplex. s. materialis parentele diuitiaruz: ⁊ hec est corporis. de qua pħs. i. retho. dicit. Qd̄ quātūcūq̄ magna sit informis est. Ista nō est nobilitas: quā petit spōsus. s. xp̄s. Alia est nobilitas mentis p ꝩtutem: que ꝫm pħm. ij. rheto. dꝛ gn̄ositas. Vn̄ Hieron̄. in ep̄la ad cellantiā dicit sic. Sola apud deū libertas est: nō seruire pctīs. Nobilitas est summa apud deū: clarū esse virtutibus. Nam ille apud deū preest potioꝛ: non quē nobilitas generis: nec dignitas seculi. Sed quē deuotio fidei ⁊ vita sancta cōmendat. hec ille. Ideo pħus primo politicoꝝ dicit. Qd̄ nihil aliud q̄ virtus ⁊ malicia: determinant seruū ⁊ liberū. Cum autem tu possis adipisci virtutes potes esse nobilis. vn̄ Bern̄. ad eugeniuz dicit. Genus apl̄oꝝ nō aliunde nobile q̄ moꝝ ingenuitate ⁊ animi fortitudine. hec ille. Sed btā Katherina habuit vtrāq̄ nobilitatē. s. corporis. Vn̄ dixit Maxentio imparatori. Confiteoꝛ meam ꝓgeniem nō tumore iactantie. sed humilitatꝭ amore. Ego em̄ sum Katherina costi regis filia. Hanc aūt nobilitatē corporis deo dedicauit per virginitatem. vt clarioꝛ esset eiꝰ nobilitas. vn̄ Cryſ. sup illud Mat. iiij. Patrez habemus. Abrahā dicit sic. Quid ei ꝓdest ei quē sordāt mores: gn̄atio clara? aut quid nocet illi gn̄atio vilis: quē mores adornāt ⁊ nobilitāt. Ipsi em̄ se vacuū ab oībus bonis actibus on̄dit qui gloriat̄ in patribꝰ. Quid ꝓfuit cham q̄ fuit Noe filius: nōne separatus de medio filioꝝ: q̄ ꝫm carnē frater fuerat natus ꝫm animū factus est seruus. Nec familia eius scā: potuit defendere impios mores: aut q̄d nocuit abrahe q̄ patrem habuit tharā luteoꝝ deoꝝ cultorē. Nōne separatꝰ a genere suo positus est in caput fideliū: vt iam nō dꝛ filius pctōꝝ sed pater sctōꝝ. Nec potuerūt eiꝰ gloriā sordidare patrū errores hec ille. Sic btā Katherina ne gentilitas ⁊ ydolatria parentū sordidaret eius nobilitatē: cōsecrauit eā xp̄o. vn̄ post predicta verba dixit impatori. Quāuis in purpura sim nata: ⁊ liberalibus disciplinis nō mediocriter instructa: hec tn̄ oīa ꝯtēpsi ⁊ ad dn̄m iesum ꝯfugi. etiā habuit nobilitatē mentis p virtutum adeptionē. sicut Augꝰ. lib. de ꝩgini. dic̄ Dn̄ica virgo debet cognoscere q̄bus preceptis debeat insistere: vel a quātis vitijs debeat abstinere: si vult etiā in seculo posita cū deo manere. ⁊ cū eodē post vite huiꝰ resolutionē in claritate celesti regnare. hec ille. Sꝫ btā Katherina habuit multa retrahētia ipsam a ꝩginitate: que ꝩtute mētis supauit.

¶ Primo habuit iuuentutē. erat em̄ decem ⁊ octo ānoꝝ. iuuētꝰ aūt multis est cā lasciuie. Eccl̄. ix. Adolescētia ⁊ voluptas vana sunt. sed istud nō nocuit. qꝛ maturitatē cordis seruauit. Sap̄. iiij. Cani sunt sensus homīs: ⁊ etas senectutis vita īmaculata. ¶ Secundo hūit pulcritudinē. Vn̄ de ea dꝛ. Qd̄ erat incredibilis pulcritudinis ⁊ oīm oculis admirabilis videbat̄. pulcritudo autē in iuuēcula est cā ruine. Eze. xvi. Hn̄s fiduciā in pulcritudine eiꝰ fornicata est: ſꝫ istud nō nocuit qꝛ innocētiā ꝫuauit q̄ ē pulcritudo interioꝛ. ps̄ Oīs gl̄ia eiꝰ filie eiꝰ ab intus in fimbrijs aureis. i. lucidis. ¶ Tertio habuit rerū abūdantiā: qꝛ pr̄i suo q̄ rex erat: in diuitijs magnis successit. Talis autē abūdātia est multis cā ruine. psal̄. Prodijt quasi ex adipe iniq̄tas eoꝝ ⁊c̄. Sꝫ istud nō nocuit: qꝛ tēperātiā seruauit. Prouerb. xiij. Est diues cū nihil hēat ⁊ est paup cū in multis diuitijs sit. ¶ Quarto habuit libertatē: qꝛ sui ⁊ suoꝝ dn̄a remāserat. Talis aūt libertas est cā ruine in iuuēcula. Eccl̄. vij. Filie tibi sunt: serua corpus illarum ⁊ nō ostendas faciem tuā hylarē ad illas. Sed istud nō nocuit: qꝛ timorem dn̄i custodiuit. Prouerb. xxxi. Mulier timēs deum ipsa laudabitur. ¶ Quinto habuit oblationē muneris: qꝛ tyrānus dixit ei. Recōde

oro in corde tuo qđ moneo:⁊ noli dubijs res
pondere sermonibꝰ. Nō te quasi famulā pos
sidere cupimꝰ.sed regina potens ⁊ electa de-
core ĩ regno meo triũphabis. Multe aũt sũt
quas nō decipit iuuentꝰ:nec pulcritudo:ſꝫ mu
nerũ oblatio. Osee.viij. Munera dederunt
amatoribꝰ suis. Sed istud nō nocuit.qꝛ con
stātiā mētis obseruauit. Vñ ipa rñdit impa
tori. Attende ⁊ tu obsecro:⁊ iudicij examine
veridica sanctione decerne:quē magis elige
re debeo. Aut potentē.eternũ.gloriosum.⁊ de
corũ aut infirmũ.mortalē.ignobilē:⁊ diffor-
mem. Sciebat enī ꝙ hmōi munera dabant
cōcubinis.⁊ nō spōsis. Gen̄.xxv. Filijs autē
cōcubinarũ largitꝰ est munera. Sexto habu
it nobilitatē inuitātis. Nobilitas enī amato-
rũ facilꝰ inclinat aīos puellarũ.vt pꝫ de da-
uid ⁊ Bersabee.ij.Reg.xi. Iste aũt erat im-
perator:iō nobilis ⁊ sublimis.sed istud nō no
cuit.qꝛ cōtinentiā custodiuit. Eius enī nobili
tatem cōparatione sponsi celestis vilipēdit.
Eccl'.xlviij. In diebꝰ suis nō ptimuit pncipē.
⁊ potentia nemo vicit illā.nec supauit illā vb
buz aliqđ:qꝛ cōtinentiā dilexit. Septio hũit
cōminationē supplicij. Imperator.n.dixit ei.
Quāuis arte magica reginaꝫ mori feceris si
tñ resipueris:pma in palatio meo eris. Ho-
die igit aut dijs sacrificia offeres:aut caput
amittes. Multe aũt iuuēcule sunt q̄ respuũt
munera ⁊ nobilitatē inuitātis ⁊ cōsentiũt p-
pter supplicia. Dan̄.xiij. Sic faciebatis filia-
bus israel. Et ille timentes loq̄bantur vobis
Sed istud nō nocuit qꝛ magnanimitatē ser-
uauit. Vñ impator rñdit. Fac q̄ aīo ꝯcepisti
paratā enī me videbis ad oīa sustinēda.vnđ
minas eiꝰ cōtēpsit.i.Iob.ij. Adolescētes vici
stis malignũ. Octauo habuit corporis nu-
ditatē qꝛ tyrānus furore repletꝰ:iussit eā spo-
liatā scorpionibꝰ cedi:vt sic nuditas verecun
diaꝫ ei adduceret. Solēt enī virgines magis
nuditatꝫ verecũdiā timere:ꝙ penā. Ezech.xvi
Eras nuda ⁊ cōfusione plena. Sꝫ istud non
nocuit:qꝛ patiētiā cōseruauit.potiꝰ sustinens
ꝯfusionē corpis ꝙ mētis.pūer.xvi. Melior
ē patiens viro forti.⁊ q̄ dn̄atur aīo suo expu
gnatore vrbiũ. Nono hũit loci obscurissimi ĩ
clusionē:qꝛ tyrānus sic celaꝫ in obscurissimo
carcere iussit tradi vt loci obscuritas virgīeꝫ
deterreret. Iob.vij. Nũq̄d mare sum ego aut
cethe.qꝛ circũdedisti me carcere? Sed istud
nō nocuit qꝛ regina ingrediēs carcerē:vidit
eũ inextimabili claritate fulgenteꝫ. Sapien̄.
xviij. Sanctis autem tuis maxima erit lux.

Decimo habuit famis longeue afflictionē.
Nam imperator iussit vt in carcere diebꝰ.xij.
continuata fame cruciaret.vt sic eā ad se in-
clinaret quēadmodũ Ruth:obstinato aīo
decernit pgere cum Noemi.qꝛ facta erat fa-
mes in terra.vt habet Ruth.i. Et sicut pdi-
gus pre fame adhesit vni ciuiũ regionis illiꝰ
⁊c. Luce.xv. Sed istud nō nocuit.qꝛ xp̄us p
hos dies missa de celo candida columba:ce-
lesti eā cibo refouebat.vñ ipsa ad orōnis suf
fragiũ cōfugit. Iob.v. In vastitate ⁊ fame ri
debis.⁊ bestiā terre nō formidabis. Ecce q̄t
modis impugnabatur eiꝰ virginitas. Iō am
brosiꝰ de viduitate dicit sic. Supgradit virgi-
nitas conditio humane nature:p quā hoīes
assimilant angelis in puritate. Maior est ta
men victoria virginũ ꝙ angeloꝝ. Angeli enī
sine carne viuēdo militant.virgines vero in
carne triũphant.hec ille. Magna itaqꝫ solli-
citudīe ⁊ virtute ꝯseruauit nobilitatē suā ⁊c.

Tertio beata katherina
exhibuit se xp̄o tanꝙ virginē castā sponsam
eiꝰ per docibilitatē. Nō enī fuit sui cōsilij:sed
alieni.sapiēs ⁊ discreta. Sapiens in moribꝰ
⁊ discreta.sciens discernere inter virtutes:et
vitia:inter maiꝰ et minus. Hoc enī est saluta
re studium. Vñ Criso.li.i.de nugis curialiuꝫ
⁊ vestigijs phoꝝ dicit sic. Omnino iniquũ est
nobiliora ingenia studijs dehonestari mino
ribꝰ.⁊ eos quos grauiora et ardua expectāt
officia:voluptatis ⁊ vanitatis occupatiōibꝰ
agitari.hec ille. Ideo Isido.lib.pmo de sum
mo bono dicit sic. Quid pdest in humanis
pficere doctrinis:⁊ inanescere in diuinis:ca
duca sequi figmēta:⁊ diuina fastidire myste
ria? Cauendi sunt ergo tales libri:⁊ ppter a-
morem scripturarũ sanctarũ vitandi.hec ille
Cuius rationē assignat Cyprianus ep'la se-
cũda de disciplina ⁊ habitu virginuꝫ:dicens
sic. Disciplina i.scriptura sacra.custos spei.
retinaculum fidei.dux itineris.fomes ac nu-
trimentũ bone indolis.magistra virtutis:fa
cit semper in xp̄o manere.iugiter bene viue-
re:ad pmissa celestia:⁊ eterna diuinaqꝫ pre-
mia puenire.hec ille. Sed btā Katherina in
studijs humanarũ litterarum erudita nō cō-
tentabatur:donec.xiiij.etatis sue āno sancta
rum scripturarũ pfunda mysteria cognosce-
ret.vñ nullo docente sed spōsero suggerente.
multa de creatione ⁊ dn̄o oīm intellexit. De-
siderabat enī sctāruꝫ scripturarũ eruditionē:
q̄ naturā laudabileꝫ eximie reddit:cũ sapien

tior fieret atq3 ornatior. Aduertit sctĩssima
virgo ꝙ ibi prudens inuenit. vñ sapiẽtior fi
at: ibi bellator reperit vñ animi virtute robo
ret: ibi pnceps accipit quõ pp̃los sub equa
litate cõponat: nec aliqua in mũdo põt esse
fortuna quã litterarũ sctãrũ nõ augeat glĩo
sa noticia. Tantã em̃ sapiam spũssanct⁹ mẽ
ti ei⁹ infudit: vt oẽs alias ꝟgines excesserit
Hoc em̃ põt patere ꝑ multa. ❡ Primo qꝛ a
lie virgines habuerũt aliquã sapiam a deo
infusam. hec aũt etiã fuit studijs oĩm libera
liũ3 artiũ erudita. que maiorẽ ei⁹ sapiam in
cõuincendis erroribus indicebãt. ❡ Secun
do qꝛ alie ꝟgines habuerũt sapiam regẽdi
seipsas. Hec aũt hũit sapia3 qua se oĩ mor
honestate cõposuit. q̃ dꝛ ethica seu moralis
Qua familiã sua3 q̃ sibi magna relicta fuit:
laudabi'iter rexit. ⁊ hec dꝛ yconomica. qua
vrbes regni sui sapienter disposuit. ⁊ hec dꝛ
politica siue ciuilis aut etiã regnatiua. ❡ Ter
tio: qꝛ alie virgines habuerũt sapiam q̊ ad
simplicẽ eruditionẽ. hec aũt ꝑ varias ↄclusio
nes sillogisimoꝝ allegorice: methanoice dis
te. ⁊ mistice cu3 cesare disputauit. ❡ Quarto
qꝛ alie ꝟgines habuerũt sapiam in p̃dican
do. Hec aũt habuit sapiam ⁊ prudentiã. vñ
dixit imperator. Est apud nos puella sensu
⁊ prudentia incõparabilis ⁊c. ❡ Quinto qꝛ
alie virgines habuerũt sapientiã in conuin
cẽdis erroribus Hec aũt habuit sapientia3
⁊ eloquentiã. vñ dixit Cesar. Audiuim⁹ tuã
eloquẽtiã: ⁊ mirati sumus tuã prudentiam.
❡ Sexto qꝛ alie ꝟgines habuerũt sapia3 in
demonstrãdo veritatẽ fidei. Hec aũt habuit
sapiam ⁊ cõuincendi efficaciam. vnde dixe
runt Rethores cũ q̃bus disputabat. Null⁹
vnq̃ ante nos stare potuit: q̃n cõtinuo vin
ceret. hec aũt puella sic nos in admirationẽ
cõuertit: vt contra ipsam dicere aut oĩno ne
sciamus aut penitus formidemus. ❡ Septi
mo qꝛ alie virgines habuerũt sapiam in cõ
uertendo hoĩes simplices ⁊ illiteratos. Hec
aũt habuit sapientiã cõuertendi q̃nquagin
ta rethores ⁊ ph̃os electos ex toto orbe.
❡ Octauo qꝛ alie virgines habuerũt sapiam
in ↄuertẽdo hoĩes pp̃lares. h̃ aũt habuit sa
piẽtiã in ↄuertẽdo reginas ⁊ pncipes. sicut
vxorẽ Maxẽtij: ⁊ Porphiriũ pncipẽ militũ
❡ Nono qꝛ alie ꝟgines hũerũt sapiam in rñ
dendo sibi obiect. h̃ autẽ hũit sapiam in ar
guẽdo. nã cũ oratores dicerẽt: deũ fieri hoĩe3
aut pati fore ĩpossibile ꝟgo ẽt h̃ a gẽtilib⁹ p̃
dictũ eẽ oñdit. nã plato astruit deũ circũro
tũdũ: ⁊ decurtatũ. Sibilla q̊3 sic ait. Felix ille
de⁹ ligno q̊ pẽdet ab alto. ❡ Decio qꝛ alie ꝟgi
nes habuerunt sapiam in exẽplis sctĩtatis.
hec aũt habuit sapiam mirifice ptãtis. vnd
Cesar dixit. Hec oẽs sapiẽtes ↄfutat: ⁊ deos
nr̃os demões eẽ affirmat. Itaq3 ꝟgo cũ ora
torib⁹ disputaret sapiẽtissime ⁊ deos rõnib⁹ a
ptis ↄfutaret potẽtissime obstupefacti illi ⁊ q̊d
dicerẽt nõ iueniẽtes muti penit⁹ sunt effecti.
Iõ Lu. xxi. dic̃ xp̃us sic. Ego dabo vob os ⁊
sapiam. cui nõ poterũt resistere oẽs aduersa
rij vr̃i. l3 aũt. b. K. esset adolescẽtula: nõ tñ e
rat ei⁹ doctrina despicienda. vñ glo. sup illõ.
Eccle. xliiij. Sis de seniorib⁹ qui iudicant ab
adolescentib⁹ ⁊ eris erudit⁹ in oĩbus ⁊c. dicit
sic. Qui cõgrua disciplina vnũquẽq3 arguit:
eruditũ se ⁊ ꝓbabilẽ doctorẽ in cõspectu oĩm
oñdit. Nec est etas iuuenilis in doctore desp
cienda: quã vita ⁊ discretio cõmẽdat venerã
da. hec ibi. apparet itaq3 ex his oĩb⁹ q̊mõ. b.
Kathe. exhibuit se spõsã xp̃i: ꝑ docibilitatẽ.

❡ Quarto btã katherina ex
hibuit se xp̃o tanq̃ virginẽ castã spõsam ei⁹
ꝑ stabilitatẽ. Sunt. n. quedam aĩe deo infir
me: ꝙ mĩma tẽtatione a deo recedunt ipsius
legẽ negligentes. Nõ sic faciebat susanna di
cens. Melius est mihi incidere in man⁹ ho
minum: q̃ derelinquere legẽ dei mei Danie.
xiij. Quedam ꝑ modico fumo vane glorie.
Quedam ꝑ cupiditate pecunie. quedam ꝑ
minimo verbo a deo recedunt. Queda3 sunt
ĩstabiles: modo hinc modo illinc se diuerten
tes. Hodie eligũt vnũ statũ: cras aliũ: totus
mũdus nõ sufficit eis. vna die petũt vt obti
neant lachrymas cũ magdalena. alia die sũt
in cõuiuio cũ herodiana. vna hora leuãt ocu
los ad xp̃i vulnera cũ maria ⁊ Iohe. alia ho
ra cũ hebreis in deserto ad idola vanitatib⁹ ple
na. Vno tp̃e delectãt videre xp̃m̃. alio q̊q3
tp̃e vidẽdo affligunt. Nõ volũt actiuã: nõ
ↄtẽplatiuã. In die p̃bẽt aures in ecclĩa diuino
ꝟbo: ꝙcito exeũt: ocioso ĩmo detractorio. Ec
ce q̃nta instabilitas. In se sunt pctõres: ⁊ vo
lũt reputari oratores. Sũt velut arena in lit
tore maris: vt puluis añ faciẽ vẽti. s. b. K. co
gitabat g̃uiorẽ eẽ culpã post veniã renouatũ
vuln⁹ pei⁹ dolere p⁹ curã. hoĩe3 pei⁹ sordidari
p⁹ gr̃am. Cogitabat ingratũ eẽ q̊ p⁹ veniã pec
cat. sanitat indignũ: q̊ semetipm̃ postq̃ sana
tus est vulnerat. nec mũdari debere: q̊ semet
ipsum post gratiã sordidat. Cogitabat enim
qualis debebat esse sponsa xp̃i ꝑ stabilitate3:

Considerando q̇d dn̄s requirat ab ea: ⁊ tūc
attendit ad illud ps̄. Ego autem in iusticia
apparebo conspectui tuo. Nam volens ac-
cedere xp̄m sponsum suū cum iusticia perfe
ctiua: ostendit se preeligendam ab eo: quaz
xp̄s ipse suis manibus fabricauit ⁊ firmam
eam fecit ſm dispositionem corporis sui.

¶ Primo fuit alta per donum sapientie con
templando diuinitatē xp̄i. ps̄. Satiabor cū
apparuerit gloria tua. ¶ Secundo fuit ꝓfun
da per donū scientie contēplando humilita
tem eius per incarnationem in virgine.

¶ Tertio fuit lata per caritatem ad dexteraz
ꝓsperitatis eū diligendo ad sinistram ad-
uersitatis euz amando. ¶ Quarto fuit inte-
gra in om̄ibus membris per obedientiam:
obseruando singula eius precepta ⁊ cōsilia

¶ Quinto habuit caput per prudētiā pulcre
capillatū mundis ⁊ sanctis cogitationibus

¶ Sexto fuit tota pulcra nō habēs in se ma-
culam per innocentia baptismalē ⁊c̄. ¶ Se-
ptimo fuit recta per veritatē vite: non decli-
nans ad obliquitatē alicuiꝰ malicie. ¶ Octa
uo fuit proportionata: in intellectu per vir-
tutes intellectus: ⁊ in affectu per virtutes
morales. ¶ Nono fuit robusta per fortitu-
dinem in aggrediendis arduis. s. qn̄ fuit po
sita super rotas. ¶ Decimo fuit cōplexiona-
ta optime per iusticiā fidei quā vsq3 ad mor
tem defendit. ¶ Undecimo fuit colorata co
lore roseo ꝑ tēperantiā quā impator vidit
splēdidiorē cū educeret e carcere. ¶ Duode-
cimo fuit amicabilis ꝑ benignitatē in appe
titu subueniens indigētibꝰ ⁊ miseris. ¶ De-
cimotertio fuit venerabilis ꝑ modestiaz in
ingressu. vitās lasciuiā discursus. ¶ Decimo
quarto fuit honestate admirabilis ī ꝓspectu
declinās oculoꝝ petulantiā. ¶ Decimoq̄nto
ꝑgit ad tēplū cū spōso vt deū exoret ꝑ latriā
abijciens ydolatriā. ¶ Decimosexto ꝑgit ad
desertū. i. ad carcerē ꝑ abstinentiā. vt cū xp̄o
vīcat tēptatiōes diaboli. ¶ Decimoseptimo
ascēdit in mōtē cū xp̄o sponso suo ꝑ viā cō
tēplatiuā meditādo. ¶ Decimooctauo descē
dit de mōte ꝑ vitā actiuā: opibꝰ mīe insisten
do. vt pz. Decimonono. ambulauit sup̄ ma-
re cū xp̄o: carnales sensus superādo ⁊ calcā
do. Uigesimo. iuit cū xp̄o ꝑ mūdū ꝑsecutio
nes ⁊ labores ꝑ patientiā tolerādo ⁊ susti-
nendo. Uigesimop̄mo ꝑrexit in hierl̄m cuz
xp̄o ꝑ magnanimitatē digna magno hono
re faciēdo. ¶ Uigesimoscd̄o egressa fuit ad
ortū cū xp̄o in orōne feruēti ꝑsistendo ⁊ cū
magna deuotiōe. ¶ Uigesimotertio ducta est
ad anā cū xp̄o. i. ad imperatorē: dulciter se ex
cusando de magicis artibꝰ. ¶ Uicesimoq̄rto
p̄ūtata est caiphe cū xp̄o. i. imperatori. verita
tem fidei sine iactantia ꝯfitendo. ¶ Uicesimo
q̄nto ligata fuit ad colūnam cū xp̄o: frequen
tes disciplinas suscipiēdo qn̄ scorpionibꝰ fla
gellabatur. ¶ Uicesimosexto adducta fuit ad
herodē cū xp̄o. i. ad. l. oratores: derisiones ab
eis sustinēdo. ¶ Uicesimoseptīo deducta fuit
ad Pilatū cū xp̄o. i. ad cesarē: capitalē snīam
audiēdo. ¶ Uicesimooctauo exiuit extra por-
tam cū xp̄o. boni publici priuationē letanter
admittēdo. vt pz. ¶ Uicesimonono ascendit
crucē cū xp̄o. iniurias ⁊ carceres ꝓ defensiōe
fidei patiēdo ⁊c̄. ¶ Tricesimo. vestibꝰ spoliata
fuit cū xp̄o. qn̄ impator iussit eā spoliari pro
prijs vestibꝰ ad confusionē. ¶ Tricesimop̄mo
Blasphemias oīm sustinuit cū xp̄o: patiens
linguis gentiliū vituꝑari. ¶ Tricesimoscd̄o.
Felle potata est cū xp̄o. patiēs dolorē dolore
acerrime grauari ⁊c̄. Tricesimotertio. Cupi
ebat ad xp̄i expirationē: a corꝑe seꝑari dices
q̄cūq3 tormēta potes cogitare ne differas. q2
carnē ⁊ sanguinē meū xp̄o offerre desidero. si
cut ip̄e ⁊c̄. ¶ Tricesimoq̄rto. optabat ire ad lī
bum cū xp̄o: cupiēs iustis ⁊ iniustis exēplis
⁊ meritis cōicari. ¶ Tricesimoq̄nto. resurrexit
cū xp̄o: qn̄ ī vita fuit trāsformata. ps̄. Reflo
ruit caro mea. ¶ Tricesimosexto. ascendit ī ce
lum cū xp̄o: qn̄ post eiꝰ passionē ⁊ martyriuz
ī gloria fuit collocata. ¶ Tricesimoseptīo spm̄
sctm̄ cū xp̄o. qn̄ ꝑ ip̄az nob̄ fuit gr̄a impetra
ta: dicēs. Jesu rex bone obsecro te vt q̇cunq3
passiōis mee memoriā egerit: seu in exitu aīe
vel in quacūq3 necessitate me inuocauerit tue
ꝓpitiatōis ꝯsequat̄ effcm̄. Factaq3 ē vox de
cel̄ dicēs. his q̇ passionē tuā celebrauerit op
tata p̄sidia ꝓmitto de cel̄. ¶ Tricesimooctauo
Mundū acq̄siuit cū xp̄o dū sua scitas mira-
culoꝝ celebratōe manifestat̄. ¶ Tricesimono
no. veniet ad resurrectionē quā expectās xp̄i
vocē audire: magna fiducia p̄stolat̄. ¶ Qua-
dragesimo. apparebit gloriosa in iudicio vni
uersali: dum ei sedes ad iudicandū cū xp̄o p̄-
paratur. Ecce q̄liter btā katherina fuit firma
⁊ stabil̄ seq̄ns vestigia xp̄i: tāq3 spōsa spōsuz

¶ Quito btā katherina exhi

buit se xp̄o tāq3 uirginē castā sponsā eiꝰ: ꝑ fe-
cunditatē. Mulier em̄ pōt dici fecūda: eo q2
habet mentis cōsensum versus virū suū p̄pa
ratum: habetq3 cōplexionē humilē ⁊ idoneā.

exēplū btā ꝟgo ꝑbuit deo ꝯsensum ⁊ spū-
sctō ꝑpata sic fuit fecundata. eodē mō aīa
ꝑ ꝯsensum sursuz dꝫ tēdere in deū ⁊ ab ipo
suscipe ꝑclarū semē grē q̊ fecundet. vtrūqꝫ
aūt est necessariū.s. vt ꝑpem⁹ mentes nr̄as
ad ꝟtutes ꝑ bonū ꝓpositū sursum leuādo
⁊ dn̄s dabit semen grē quo fecundat. Sic
fecit btā Katherina cui⁹ fecūditas spūalis
appuit qn̄ filios sapientes xp̄o sponso suo
gn̄auit. Cōuertit em̄ qnq̄ginta oratores, re
ginā. Porphiriū ⁊ ducentos milites ad fi
dem xp̄i. Cū aūt doleret ꝙ sine baptismo
decederēt: ⁊ ne ꝟgo eos mortuos spūaliter
gn̄aret: ait illis. Ne timeatis: qꝛ effusio vr̄i
sanguīs vob̄ baptism⁹ reputabit ⁊ corona.
⁊ sic gn̄auit eos spūalr̄ ipos ꝯfortās ⁊ ad
martyriū ꝯstātes efficiēs: ⁊ de fide xp̄i dili
gent instruēs. Similr̄ gn̄auit spūalr̄ regi-
nā q̄ nimio ei⁹ amore succēsa cū ꝑncipe mi
litū noīe Porphirio ad carcerē ꝟgis ꝑpa-
uit. Incipiensqꝫ ꝟgo eterna ei gaudia ꝑdi
cauit: ⁊ ad fidē ꝯuertēs martyrij coronā ei
ꝑdixit. Que cū omīa Porphiri⁹ audiuisset
ad pedes ꝟgīs ꝓcidit: ⁊ cū ducētis militi-
bus fidē recepit. Sꝫ hi oēs decollari iuben
tur: ⁊ ꝑ martyriū xp̄i regnāt. Multos ali-
os gn̄auit xp̄o spūalr̄: doctrinis miraculis
⁊ exēplis. iuxta illud Apoc. iiij. De throno
ꝓcedebāt fulgura coruscatōes ⁊ tonitrua
Thron⁹ em̄ est btā Katherina in cui⁹ aīa
de⁹ req̄euit a q̄ ꝓcedebāt voces ⁊ tonitrua
ꝑdicationū. fulgura miraculoꝝ. ⁊ corrusca
tiōes exēploꝝ. pꝫ ī orōe ꝑ ꝯfractōe rotarū.

Sexto btā katherina ex
hibuit se xp̄o tanq̄ ꝟginē castā sponsaz ei⁹
ꝑ locupletabilitatē. Nā iste sponsus ē valde
diues, qꝛ in ipo sunt omēs thezauri sapiē ⁊
scīe dei absconditi. imo ē summ⁹ thezaurus
quo gen⁹ hūanū est redēptū. Quid g̊ habe
mus diuitiarū quo merito acceptari valea
mus: Intra nos inq̄ram⁹. Dicat vnaqueqꝫ
aīa. Quid retribuaꝫ dn̄o ꝓ oīb⁹ q̄ retribuit
mihi: Interrogem⁹ alios si in nob̄ nihil in-
uenim⁹. Sicut sunt apl̄i quoꝝ vn⁹ portauit
yndiā: ali⁹ ethyopiā. Martyres ꝓpriū san
guinē. Cōfessores ꝓpriā linguā. Uirgines
sctīmoniā. Magdalena vnguētū. vel saltē
portem⁹ cū latrone miām postulādo. vel cū
Petro lachrymas fundēdo. vel cū Maria
Iohē Magdalena dolorē mētis ad pedes
cruc̄. vel cū Dauid ꝟbū triū syllabarū. scꝫ
peccaui. Qđ si lingua cares cōteras in cor
de ⁊ sufficit. ps̄. Cor cōtritū ⁊ hūiliatū de⁹
nō despicies. Sic g̊ aīa ꝑmunita ꝑmiabit
a xp̄o. Sꝫ btā Katherina in despōsatōe sui
cū xp̄o portauit magnā dotē vt pꝫ. Primo
portauit dotē charitat. qm̄ xp̄m sup oīa di-
lexit. Xp̄s aūt acceptauit hāc dotē augen-
do ei⁹ dotez ꝑ sui visitationē. Sicut em̄ ad
trāsitū iohis euāgeliste xp̄s venit cū disci-
pulis suis: sic dū btā Katherina eēt in car-
cere xp̄s cū multitudīe angeloꝝ ⁊ sctōꝝ ad
eā descendit. Ioh. xiiij. Si q̄s diligit me ser.
me. ser. ⁊ pr̄ me. ⁊c̄. Scđo portauit dotē cō-
tempt⁹ mūdane delectatiōis. qm̄ mūdi oble
ctamenta ꝯtēpsit. xp̄s aūt acceptauit hanc
dotē augēdo ei⁹ dotez ꝑ spūalē refectionē.
Sicut em̄ Magdalenā pauit spūalib⁹ refe
ctionib⁹: sic btē Katherine in carcere existē
ti ꝑ colūbā cōtinue mīstrauit. ps̄. Panē de
celo ꝑstitisti ei. oē. d. s. in se hn̄tē. Tertio por
tauit dotē magne sctītat. qm̄ se totā dedica
uit deo. Xp̄s aūt acceptauit hāc dotē augē
do ei⁹ dotē ꝑ petitionū exauditionē. Sicut
em̄ exaudiuit Blasiū ⁊ Margarethā vt q̄-
cunqꝫ in noīe ipoꝝ aliq̄d a deo peteret: ob-
tineret. Sic btā Katherina idē petijt ⁊ ipe
trauit. ps̄. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā.
Quarto portauit dotē magne perfectiōis,
qm̄ fuit valde ꝑfecta in suo sanguīe volēs
baptizari. Xp̄s acceptauit hāc dotē augen
do ei⁹ dotē ꝑ celi reserationē. Sic em̄ Ste-
phan⁹ vidit celos aptos: sic btā Katherina
cui vox de cel̄ dixit. veni dilecta mea spōsa
mea. Ecce tibi celi ianua apta. Luc. ij. Celi
apti sunt sup eā. Quinto portauit dotē vir-
ginitatis. qm̄ ipa fuit ꝟgo deo consecrata.
Xp̄s aūt acceptauit hāc dotē augēdo eius
dotē ꝑ angeloꝝ ꝯsolationē. Sic em̄ angeli
ꝯsolabant scm̄ Martinū ī ei⁹ obitu: sic āge
li btē Katherine ī sui obitu obseq̄a ꝑstiterūt
Eccl̄i. xxvij. Uolatilia. i. angeli ad sibi silīa
. i. ad ꝟgīes ꝯueniūt. Sexto portauit dotez
excellētis ꝑdicatiōis. qm̄ fuit de nūero sctō
rū ꝑdicatoꝝ. Xp̄s aūt acceptauit hāc dotē
augēdo ei⁹ dotē ꝑ lact emanationē. Sicut
em̄ Paul⁹ ꝓpt sui feruentē ⁊ purā ꝑdicati
onem dedit lac ꝑ sanguine cū decollaret: sic
btā Katherina cū decollata fuisset de ei⁹ cor
pore lac ꝑ sanguīe emanauit. Thren. iiij. Ni
tidiores lacte. Septimo portauit dotē luci-
de fame ⁊ ꝯuersationis. qm̄ famosa erat ⁊
magne reputatiōis, Xp̄us aūt acceptauit
hāc dotē augēdo ei⁹ dotē ꝑ diuine lucis cor
ruscationē. Sicut em̄ petr⁹ in sui martyrio

magna luce emicuit: sic btã Katherina in carcere tenebroso exñti magna claritas resplẽduit. Act. xij. Lumẽ refulsit in hitaclo carceris. Octauo portauit dotẽ magne sapiẽtie. qm̃ hũit sapiam hũanã τ diuinã. Xp̃s aũt acceptauit hãc dotẽ augẽdo ei⁹ dotẽ ꝑ sepulchri venerationẽ. Sic em̃ angeli ꝑpa rũt monumẽtũ marmoreũ btõ Clemẽti in mari: sic angeli corp⁹ btẽ Katherine ad montẽ synai itinere plusq̃. xx. dierũ deduxerũt: τ ibi honorifice sepelierũt. quia in eo monte in q̃ de⁹ moysi sapiaz suã dedit. Esa. xi. Erit sepulchrũ ei⁹ gl'iosum. Nono portauit dotẽ magne mĩe τ pietatꝭ. qm̃ extitit valde pia τ misericors. Xp̃us aũt acceptauit hãc dotẽ augẽdo eius dotẽ ꝑ miraculi illustrationẽ. Sic em̃ de corpe bti Nicolai oleũ emanat: sic de mẽbris ṽgineis btẽ Katherine oleũ emanat. ps. Sic oleũ in ossib⁹ ei⁹ ad signãdã miam ei⁹. Decimo portauit dotem magne fructuositatꝭ. qm̃ hũit fructũ virginũ: martyꝝ: τ p̄dicatoꝝ. Xp̃us aũt acceptauit hãc dotẽ augẽdo ei⁹ dotẽ ꝑ p̄miorũ gl'ificationẽ. Sic em̃ iohes baptista trecentena p̄mia hũit. Juxta illõ. Serta terdenis alios coronant: aucta crementis duplicata quosdã terna cẽteno cumulata fructu te sacer ornãt. Sic btã Katherina trecẽtena p̄mia a deo recepit. s. ṽginũ: martyꝝ: τ p̄dicatoꝝ. Ex his oib⁹ pz rñsio ad dubiũ. s. ꝙ btã Katherina est ceteris ṽgib⁹ gl'iosior: cũ sit sponsa dei familiarior in gloria eterna. Ad quam nos perducat τc. Amen.

¶ In dedicatione ecclesie scti Petri martyris de Utino. Sermo. lxv.

Hodie salus huic domui a deo facta est. Luc. xix. τ in euãgelio τc. Btũs Aug. x. de ciui. dei dic̃ sic. Uerũ sacrificiũ est oẽ op⁹ qd̃ agit̃ vt sctã societate inhereamr⁹ deo. Sup q̃ talẽ moueo q̃õnẽ. Utrũ sctitas xp̄iane religionis sit in cerimonijs dedicationis. Ad istã q̃õnem r̃ndẽt duo doctores noui testi. Prim⁹ est Richard⁹ de sctõ victore in excep̄tionib⁹. p̄te scd̃a dicẽs sic. Multi aũt estimant̃ in hoc edificio spũali ꝑ sctitatẽ contineri: q̃ tñ ab ip̃o lõge ꝑ p̄uitatẽ sunt remoti. Extra ip̃m q̃ppe sunt imundi. fornicarij: ebriosi: feneratores: auari: rapaces: odiosi: mẽdaces: τ q̃ fratri suo fatue dicũt: τ q̃ mulierẽ ad ↄcupiscẽdũ accipiũt. Nõ em̃ sunt illius edificij lapides q̃ charitatꝭ nõ sunt ꝑticipes. Talẽ ꝙ vitã frẽs agam⁹ vt dom⁹ dei lapides eẽ possim⁹. hec ille. Scd̃s est sanct⁹ Thomas. ij. ij. q. lxxxi. arti. viij. dicẽs sic. Nomen sctitatis duo videt̃ ip̄ortare. s. mũditiã τ huic significatiõi cõpetit nomẽ grecũ. Dicitur eniz agios q̃si sine terra. Alio mõ videtur ip̄ortare firmitatẽ. vñ apd̃ antiquos sctã dicebant̃ q̃ legib⁹ erãt munita vt violari nõ deberẽt. vñ τ dr̃ aliq̃d sctm̃ qꝛ est in lege firmatũ. Põt etiã ƀm latinos hoc nomẽ sctũs ad mũdiciã ꝑtinere. vt intelligat̃ sanctus q̃si sanguĩe tinct⁹. eo ꝙ antiq̃tus illi q̃ purificari volebãt sanguĩe hostie tingebãtur. vt Jsidor⁹ dicit libro ethimologiarũ. τ vtraq̃ significatio cõpetit vt attribuat̃ his q̃ diuino cultui applicant̃. ita ꝙ nõ solũ homines: ſ etiã tẽpla τ vasa τ alia hmõi sanctificari dicantur ex hoc ꝙ cultui diuino applicantur. hec ille. Sciendũ ꝙ cult⁹ dei duo respicit. s. deũ q̃ colit̃: τ hoĩes colẽtes. Jp̃e ꝙ de⁹ q̃ colit̃ nullo corpali loco claudit̃. Unde ꝑpter ip̃m nõ oportuit fieri tabernaculum aut templũ seu eccl'iam. Sz hoĩes ip̃m colentes corpales sunt: τ ꝑpter eos oportuit speciale tabernaculũ vel tẽplũ seu eccl'iam institui ad cultũ dei ꝑpter duo. Pr̃io vt ad hmõi locũ cõueniẽtes cũ hac cogitatiõe ꝙ deputaret̃ ad colendũ deũ cũ maiori reuerẽtia accederẽt. Scd̃o vt ꝑ dispositionẽ hui⁹ loci significarent̃ aliqua ꝑtinẽtia ad excellentiã diuinitatis vel hũanitatis xp̄i. Et hoc est qd̃ Salomon dicit. iij. Reg. viij. Si celũ τ celũ τ celi celoꝝ te cape nõ p̄nt: quãto magis dom⁹ hec quã edificaui tibi. Et post ea subdit. Sint oculi tui apti sup domũ hãc de qua dixisti. Erit nomẽ meũ ibi vt exaudias orõnem serui tui τ ppl'i tui isrl'. Ex quo pz ꝙ dom⁹ sanctuarij nõ est instituta ad hoc ꝙ deũ capiat q̃si localr̃ hitantẽ: ſ ad hoc ꝙ nomẽ dei inhitet ibi. i. vt noticia dei manifestetur ibi ꝑ ea q̃ fiũt τ dicunt̃ ibi. τ ꝙ ꝑpt̃ reuerẽtiã loci orõnes fierẽt ibi magis exaudibiles ex deuotõe orantiũ. Sctificatio aũt tabernaculi vel tẽpli seu eccl'ie τ vasoꝝ ei⁹ hz duplicẽ cãm. Primo litteralẽ vt in maiori reuerẽtia haberet̃ q̃si ꝑ hmõi ↄsecrationẽ diuino cultui deputatũ. Scd̃o figuralẽ vt per hmõi sanctificationem significaretur spiritualis sanctificatio viuentis tabernaculi. scilicet fidelium ex quibus construitur christi ecclesia. cui hodie salus a deo facta est.

¶ Hodie salus huic domui a deo facta est

Per inchoationem.
Per institutionem.
Per dispositionem.
Per emundationem.

Primo hodie salus huic domui a deo facta est p inchoationẽ consecrationis ecclesie vel altaris. Nã in q̃libet etate ⁊ apð quaslibet hoĩm natiões semp fuit aliqua sacrificioꝝ oblatio in signum debite subiectiõis ⁊ honoris dei: vt potest patere. Primo adã sicut ⁊ alij iusti sacrificiũ obtulit ꝭm sui tp̃is cõgruentiã. vt pꝫ p Greg. q̃ dicit ꝙ apud antiquos p sacrificioꝝ oblationes remittebaꝛ pueris originale pctm̃. nõ tñ de oĩbus iustoꝝ sacrificijs fit mentio in scriptura ꝫ solũ de illis circa que est aliquid speciale. Põt tñ esse rõ quare adã nõ legiꝛ sacrificiũ obtulisse: q: in ip̃o noĩaꝛ origo pctĩ. ne simꝉ etiã in ip̃o significareꝛ sanctificationis principiũ. De quo dꝛ Sap. x. Sapiẽtia eduxit illũ a delicto suo ⁊c. Secũdo abel. dꝛ em̃ Geñ. iiij ꝙ caym obtulit de fructib⁹ terre munera dño: abel aũt de p̃mogenitis gregis sui: ⁊ de adipib⁹ eoꝝ ⁊c. Tertio Noe. dꝛ em̃ Geñ. viij. Edificauit noe altare dño: ⁊ obtulit sup illud olocausta dño Quarto abrahã. Geñ. xij. Edificauit abraham altare dño: ⁊ inuocauit nomen ei⁹ ibi. Quinto iacob. dꝛ em̃ Geñ. xxviij. Tulit lapidẽ ⁊ erexit in titulũ fundẽs oleũ desup. Nã hmõi oblatiões sacrificia ⁊ olocausta offerebãt antiq̃ añ legẽ ex quadã deuotõe ꝓprie volũtatis ꝭm ꝙ eis videbaꝛ conueniens vt in reb⁹ quas a deo acceperãt quas in reuerentiã diuinã offerret. protestarenꝛ se colere deũ qui est oĩm principiũ ⁊ finis. Sexto moyses ꝯsecrauit tabernaculũ dñi cũ magna solẽnitate. Exodi. xxx. Septimo aaron obtulit sacrificiũ deo in odorẽ suauitatis in tabernacło. Eccłi. xlv. Hi em̃ sacra quedã instituerũt: q: videbaꝛ eis ꝯueniẽs vt in reuerẽtiã diuinã essent aliqua loca ab alijs discreta diuino cultui mancipata ⁊c. Octauo dauid. dꝛ em̃ Eccł. xlv. Dauid fecit stare cantores ꝯtra altare: ⁊ in sono eoꝝ dulces fecit modos. dedit in celebrationib⁹ dec⁹ ⁊ ornauit tp̃a vsq; ad cõsummationeꝫ vite vt laudarẽt nomẽ dñi sanctũ ⁊ amplificarent mane dei sanctitatẽ. Nono Salomon. dꝛ em̃. iij. Reg. ix. Sãctificaui domũ hãc quã edificasti vt ponerẽ nomẽ meũ ibi in sempiternũ. Decimo Zorobabel. dꝛ em̃ Eccł. xlix. Zorobabel ⁊ iesus iosedech ĩ diebus suis edificauerũt domũ: ⁊ exaltauerũt templũ sctm̃ dño paratũ in gł'ia sempiterna ⁊c. Undecimo iudas machabe⁹ tẽpluꝫ ꝓphanatũ a gẽtib⁹ mũdauit. ij. Macha. x. Duodecimo Johãnes. Apoc. xxi. Uidi ciuitatẽ sctãm hierłm nouã descendentẽ de celo a deo patã sicut sponsam ornatã viro suo.

Secũdo hodie salus huic domui a deo facta est p institutionẽ ꝯsecrationis eccl'ie vel altaris. Nã apud syriã in ciuitate Berith. anno dñi septingentesimo q̃nquagesimo post miraculũ de sanguine effuso miraculose ab ymagine scti saluatoris iudei synagogas in ecclias ꝯsecrarũt: ⁊ extũc hic mos inoleuit vt eccl'ie ꝯsecrarentur q: ante tm̃ altaria ꝯsecrabanꝛ. vt dꝛ in legẽda exaltatiõis sctẽ crucis. Eccl'ia em̃ ꝯsecratur ꝓpter quattuor. Primo ꝓpter dyabolice potestatis expulsionẽ. pꝫ p miraculũ qð refert beatus Greg. in dyalogo vt poniꝛ in legẽda dedicatiõis. Scðo ꝓpter orationuꝫ exauditionẽ. iij. Reg. viij. Quicunq; rogauerit in loco isto exeudies in loco habitacłi tui in celo. ⁊ cũ exaudieris ꝓpiti⁹ eris ⁊c. in legẽda dedicatiõis. Tertio ꝓpter laudũ persolutionẽ q̃ fit in septeꝫ horis canonicis. vt dꝛ ibidẽ. Quarto ꝓpter sacramẽtoꝝ ministrationẽ. q: in ecclia sacra ministrantur ⁊ continentur. vt dicitur ibideꝫ. Ex quo fit vt confugientes ad ecclesiam saluentur.

Tertio hodie huic domui salus a deo facta est p dispositionẽ quantũ ad ea q̃ exiguntur ad ꝯsecrationẽ. Nota in legenda dedicatiõis. ℌ. ij. Uidendũ est de ecclesia qualiter consecratur ⁊c.

Quarto hodie salus huic domui a deo facta est p emũdationẽ. precipue postq̃ prophanatur. Nota in legenda dedicationis. ℌ. iij. per quos prophanaꝛ ⁊c. vsq; ꝙ altaria fulgent ⁊c. Amen.

Finiuntur sermones aurei de sanctis Leonardi de Utino. impssi Lugduni p mgr̃m Johannem Trechsel alemanuꝫ. anno dñi m. cccc. xcv. vt dicet in fine sequẽtis tabule.

Tabula Alphabetica

Incipit tabula s[ecundu]m ordinem alphabeti p[er]q[uam] vtilis: ad facilit[er] inueniẽdas materias in hoc volumine specialit[er] pertractatas. Naz s[er]monũ ordinẽ ⁊ numerus ab alijs nescio q[ua] negligẽtia p[re]termissum: in frontib[us] singulo[rum] folio[rum] posuim[us]: ⁊ mẽbra cuiuslibet s[er]monis maiorib[us] characterib[us] distinxim[us]: vt nullus sit querentib[us] inueniendi labor.

Tabula Alphabetica

Facile est martyrem celebrādo venerari: s̄ difficile ē eiusdē fidē τ patiētiam imitari.sermone.xiij.mem.vi.in p̄nci.

Tabula Alphabetica

In ꝯuersione salutari sunt q̃ttuoꝛ signa. ser
mone. xxxvij. membro p̃mo in fine.
Indigne cōicans multa mala incurrit. ser-
mone. xxxvi. membro. vi.
Indulgẽtie q̃ꝫtū: quō: ꝛ q̃b⁹ valeāt: ꝛ plura
alia de ip̃is. ser. xxxix. membro. iij.
Inepta sunt ad susceptionẽ sacr̄i euchari-
stie. xiiij. gn̄a hoim̄. ser. xxxvi. mem. iiij.
Infidelitas g̃uissimū ẽ pctm̄. s. xxvij. mẽ. i.
Infidelitas gentilium est maxima: sed ma
ioꝛ est iudeoꝛum. ibidem.
Iniuria trib⁹ mōis infert̃. ser. lxiij. mẽ. viij.
In mūdo quadruplex defectus fuit per xp̄i
ascensionez amot⁹. s̃mo. xxxvi. memb. vi.
Innocentia s̃uari potest quo ad quattuoꝛ.
ser. lxij. membro. ij. ante medium.
Innocẽtia q̃druplex. s̃mo. viij. membro. i.
Innocẽtes ĩ nūero martyꝝ iure cōputant̃
ꝑ. iiij. rōnes. ibidem in p̃ncipio ꝑ totum.
Innocentes associati sunt agno. ibi. mẽ. iij.
ꝛ sunt p̃mitie dei in. iiij. ibidẽ membro. iiij.
Innocentū canticū. iiij. ꝯtinet. ibi. memb. ij.
Innocentū matres fuerunt martyres ꝓpt̃
quattuoꝛ. ibidem membro. vi.
In purgatorio quidā diuti⁹ toꝛquentur q̃ꝫ
alij. s̃mo. lxi. membro. iiij. ante finem.
In purgatorio sunt duo. s. acerbitas ꝛ diu-
turnitas. ibidem ante membra.
Interne charitatis p̃cio meruit sctā Aga-
tha esse in celo. s̃mo. xvij. in p̃ncipio
Inuenire xp̄m q̇d est. sermo. i. membro. iij.
In veteri testamento fiebat oblatio de sex
gn̄ibus aīaliū. s̃mo. xv. membro. ij.

Katherina exhibuit se spōsaꝫ xp̄o. s̃mo. lxiiij. mẽ. i.
Et a deo vocata sensit suā con
scientiam quadruplici morderi compun-
ctione. ibid̄ ante mẽbra.
Katherinā multa retrahebāt a virginita-
te: que tamẽ virtute mentis superauit. ibi
dẽ memb. ij a medio vsq̄ꝫ in finẽ.
Katherina excessit omnes virgines in sa-
pientia. ibi memb. iij. post principiū.
Katherina exhibuit se sponsam xp̄o ꝑ sta-
bilitatẽ. ibi membro. iiij. Unde probatur
ꝙ fuerit firma ꝛ stabilis vestigia christi se
quens. ibi post principium. de fecunditate
vide ibi. membro. v. per totum. Et de locu-
pletabilitate ibidem membro. vi. in p̃nci.
Katherinam solam sponsam christi fami-
liarioꝛẽ fuisse probant tres doctores vete
ris testamenti. ibidem in principio.
Katherine r̄nsio ad maxentiū imperatoꝛe
vide ante membra.
Karacter q̇ ĩp̄mit̃ aīe sacerdotis decoꝛat
animam eius plusq̄ꝫ lux solis solem. s̃mo
ne. xviij. memb. vij. in principio. Plura de
eadẽ materia vide ibidẽ eodẽ mẽ. ꝑ totū.

Laboꝛū duce ꝑtitus
videt militib⁹ eẽ mīoꝛ. s. iiij. m̄. vi
Lachrymaꝝ. iiij. gn̄a. s. xlix. m̄. iiij
Lapides materiales ꝛ spirituales quales
sint. s̃mo. xxix. membro. iij.
Laus p̃seuerātie in q̊ ꝯsistat. s. xiij. mẽ. iiij.
Laudare deū oẽs sctī inuitant̃ per ps̄. dicẽ
tem. Laudate dn̄m ꝛc̄. ser. lix. memb. vij.
Laurus arboꝛ vn̄ dr̄ Laurẽtius: quattuoꝛ
habet prerogatiuas. sermo. xlv. memb. ij.
Laurenti⁹ habuit dispensationẽ quadrupli
cẽ. ser. xlv. mẽ. iiij. Qui quattuoꝛ constant̃
superauit. ibidem membro. vi. Plura val
de pulchra de eo inuenies in toto ser. xlv.
Leonardus habuit grām q̃ttuoꝛ p̄riarcha
rū quoꝝ quart⁹ habuit libertatẽ captiuoꝝ
sermone. lxij. membro. ij.
Leonardi ꝯuersatio fuit similis ꝯuersatio
ni ꝓphetaꝝ. ibi. mẽ. ij. Pl̄a de eodẽ. s. liij.
Leuiathan conabat̃ extinguere verā peni
tentiā penitẽtiū. s. lx. mẽ. vij. in medio.
Lex noua p̃ncipal̄r est ip̄sa grā sp̄ūsctī q̄
datur xp̄ifidelibus. ser. lvi. memb. i. De ea
dem re vide s̃mo. lviij. membro. ij.
Legis diuinalis sunt septeꝫ mirabilia que
btā v̄go ꝑfecte in se h̄uit. s. xlvi. memb. i.
Legis naturalis duo precepta v̄go maria
ꝑfectissime seruauit. sermo. xlvi. memb. ij.
Legi circūcisionis xp̄s se subiecit ꝓpter q̃t
tuoꝛ. s̃mo. ix. membro. i.
Legẽ nouā dari vltra antiquā fuit necesse
ꝓpter. xij. rōnes. s̃mo. xlviij. post p̃ncipiū
Liber vite capit̃ sex modis. s. xxv. post p̃n.
De quo q̇s sex modis deleri pōt. ibidẽ ĩ fi.
Liber vite sig̃t p̄destinationẽ. ibidẽ in p̃n.
Liberalitas ꝑfecta q̄ sit ꝛ q̇b⁹ cōmẽdetur.
sermo. iij. memb. iij. in principio.
Licitū vno tp̄e pōt esse illicitū alio tempoꝛe
sermone. iij. post principiū.
Liliū recte defert sctūs dn̄icus ꝓpter quat
tuoꝛ causas. sermo. xliiij. memb. viij.
Lingua post extremum iudiciū remanebit
ad officiū laudandi deū: s̄ sola hebrea s̃m
Remigiū. ser. lix. memb. vij.
Longanimitas q̄ dicat̃. ser. xiij. memb. iij.
Longanimitas mala est quadruplex ibidẽ

Tabula Alphabetica

Quadruplicit inueni

Tabula Alphabetica

Xp̄s post suā ascensionē multis sanctis apparuit. sermone. xiiij. mem. iij.

Xp̄s anteq̄ ascēdit venit ad discipulos ad cenaculū vbi fecit quattuor. Et deinde cū comitiua. cxx. hoīm venit ad mōtem oliueti vbi etiā quattuor fecit. sermone. xxxiij. membro quarto.

Xp̄s manducat ad refectionē vite sp̄ualis sermo. xxvi ante membra.

Xp̄s cōuersat⁹ fuit recte et bm legem ꝓpter quattuor. ser. lx. ante membra.

Xp̄s ascendit in celū ꝓpria v̄tute. sermone xxxiij. ante membra.

Xp̄i ascensio iustis fuit vtilis ꝓpt quattuor ibidem memb. v. p totū.

Xp̄i ascensio facta est videntibus purgatis quos de lymbo eduxerat. ibidem mēb. vij.

Xp̄ianus verus q̇s sit. ser. ij. memb. vi.

Xp̄ianus volens suscipere sacramentum corporis christi debz se p̄parare quadrupliciter. ser. xxxvi memb. vi in fine.

Xp̄iani viderūt gloriā dn̄ice incarnatiōis. sermone. v. memb. vij.

Yoseph quomodo interpretat. ser. lvij post p̄nci.

Yoseph vidit gloriam dn̄ice incarnationis ser. v. memb. ij.

Ydolorū pontifices suscitauerūt seditionē in populo in morte sancte agnetis. sermone xij memb. v. in fine.

Ydola egypti subuersa sunt ī natiuitate xp̄i sermo. v. memb. vij. in fine.

Ydolatrantiū consuetudo. sermone. xxxvi. post p̄ncipium.

Ymago diuina adeo offuscat in peccatoribus q̄ vix a deo cognoscit. sermone. ij. mēbro. iij. in fine.

Ymago trinitat est in angelis q̇ ad quattuor. ser. xxxv. memb. ij. p totū.

Ymago dei est in ip̄a natura angeli impressa. sermo. xxiiij. memb. i. in p̄n.

Ymaginatio vehemēs fuit causa impressionis stigmatuz in corp⁹ sc̄ti francisci. ser. lv. memb. i post p̄nci.

Ymolatio agni paschalis figurabat ymolationē xp̄i. ser. xxxvi. memb. ij.

Ypocritarū. xxv. gr̄a. ser. lviij. memb. iij.

Ypocritarū fiducia. ser. xiij. memb. iij.

Ysaac vidit gloriā diuine īcarnatiōis. ser. v. memb. ij. circa mediū.

Ysaac professio. sermone. xxviij. membro p̄mo. folio rose q̇nto.

Ysaias seu esaias vidit gloriā incarnatiōis xp̄i. ser. v. memb. iij. circa mediū.



Zacharias propheta vidit gl̄iaz dominice incarnatiōis. ser. v. mēb. iij. in fine.

Zacharias pat iohānis baptiste vidit etiaz hanc gl̄iam. ibidē. memb. iiij. in fine.

Zacharias pat iohānis baptiste q2 dubitauit plagā incurrit. ser. xxxviij. memb. i.

Zabulon quō interp̄tat. ser. lvij. añ mēbra.

Zorobabel dicit edificasse templuz dn̄i. ser. vlti. memb. i. circa finē.

Zorobabel restauratio. sermone. xxviij. mēbro p̄mo: folio rose. xxv.

Finis tabule.

Aurea de sanctis Vtini preconia vatis
Necnon incarnati solenni lumine verbi
Lugduni impressit Trechsel bn̄ tersa iohes
Anno dn̄i. M. cccc. xcv. die. xiiij. Martij

Huius operis. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. A. B. quaterna. C. D. terna. E. vero q̇nternū est.



delectabile 7 Sap. xii. Q[illegible]
suauis 7 ꝗ gustato spū desipit oīs

coangustabunt te [illegible] ꝑ machinas 17
sultus 7 ad terram ꝓsternent te tandem ca
piendo 7 ū te qꝫ inte sunt occidendo 7 dis

[illegible] me lanceis [illegible]
dyaboli sunt suggestiones eius quas infigit
ioab. i. dyaꝰ in corde absalonis. i. peccatoris.

